

AR
us
um
e
ensis
1628

1628

ULB Düsseldorf




+4028 979 01

Fr. Jumpertz
Hef-Buchbinderei
sh. Cohen & Pflüger







f
10-
224
sobri

CATALOGUS

STUDIOSORUM SCHOLAE MARPURGENSIS

1527 1628
PER ANNOS MDXXVII—MDCXXVIII DESCRIPTUS

EDIDIT

IULIUS CAESAR.


MARBURGI.

IMPENSIS ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCLXXV—LXXXVII.

11.29





CATALOGUS

STUDIOSORUM SCHOLAE MARPURGENSIS.



STADTBIBLIOTHEK
DÜSSELDORF
KATALOG
DER
BÜCHER
UND
SCHRIFTEN
IM
JAHRE 1871

CATALOGUS

STUDIOSORUM SCHOLAE MARPURGENSIS

PER ANNOS MDXXVII—MDCXXVIII DESCRIPTUS

EDIDIT

IULIUS CAESAR.

MARBURGI.

IMPENSIS ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCLXXV—LXXXVII.



Cult. G. 842

22

(4.)

LANDES-
UND STADT
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

13. 1574



CATALOGUS
STUDIOSORUM SCHOLAE MARPURGENSIS.

EDIDIT

IULIUS CAESAR.

PARS PRIMA

VIGINTI ANNORUM SPATIUM

AB ANNO MDXXVII USQUE AD ANNUM MDXLVII


COMPLECTENS.

MARBURGI.

IMPENSIS ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCLXXV.





Catalogi studiosorum Marburgensium antiquissimi, qui simul cum albo quod dicitur annales continet, duas particulas ad indicenda natalicia Imperatoris ac Regis Guilielmi I annis MDCCCLXXII et MDCCCLXXIV editas nunc coniunctas emittimus, ut eis in promptu sint, qui tales res curant, libellos autem academicos inspiciendi occasionem non reperiunt. Cuius operis institutum ut recte cognosceretur, praefationes priori editioni praemissas hoc loco iterari placuit:

Cum identidem indicentes sollemnia academica aut lectiones habendas literarum monumenta veterem academiae nostrae memoriam illustrantia non sine eorum, quibus nostrae res curae sunt, assensu in publicum ediderimus, haud aliena videtur a faustissima huius libelli edendi occasione veterum annalium scholae Marpurgensis cum studiosorum catalogo coniunctorum promulgatio, quam a nonnullis viris doctis propter rarum usum ad doctrinae studiorumque in Germania historiam pertinentem desideratam esse compertum habemus. Nam ne sola quidem nomina una cum patria plerumque inscripta prorsus inutilia atque ieiuna esse concedent qui ad tales literas, quae chartis publicis tanquam fontibus utuntur, animum attendunt, et quod parvae res, quae nostri aevi hominibus nullius fere momenti esse videantur, a doctis illius aetatis viris dignae existimatae sunt quae memoriae traderentur, id ipsum quales istius temporis mores et qualis doctrinae status fuerit, non contemnendo exemplo demonstrat. In talibus autem scriptis edendis maximam fidem atque diligentiam supremam esse legem consentaneum est, quam ita observare studuimus, ut ne in scribendi quidem ratione a singulorum scriptorum usu recederemus, nisi nimium ob formarum naturam incommodum obstaret. Quo in negotio quantae difficultates expediendae fuerint propter negligentissimam nonnullorum rectorum in literis exarandis consuetudinem, facile qui ipsum librum archetypum inspexerit agnoscat. Itaque si in quibusdam peccaverimus, excusatione oculorum uti licebit.

Primorum igitur decem annorum spatium, quo academiae nostrae fundamenta posita sunt, hoc specimine edendorum annalium catalogique complexi

sumus. *Inscripti sunt hoc tempore septingenti quatuor, in quo numero professorum quoque nomina reperiuntur. Quae ad posteriora tempora pertinent paulatim emittere in animo est ratione ita mutata, ut res quidem gestas, quae annalibus continentur, integras, nomina autem eatenus exhibeamus, quoad eorum enumeratio maiorem utilitatem quam molestiam habere videatur.*

Quae ante hoc biennium incepta est catalogi antiquissimi studiosorum scholae Marpurgensis cum brevis annalibus coniuncti editio iam eadem faustissima occasione redeunte continuanda esse videbatur. In ipso operis instituto nihil mutatum est; nam etsi simplex nominum series lecturis forsitan aliquid laedii afferet, multiplicem tamen esse in ipsa nominum et maxime quidem in patriae civium academicorum designatione non solum ad historiam academiae nostrae, sed etiam ad alias literarum omnisque cultus istius aevi partes explanandas utilitatem et ipsi intelleximus et e nonnullorum eorum doctorum, quorum studia ex his et similibus aliarum academiarum actis in publicum emissis varios fructus perceperunt, assensu et adhortatione compertum habemus. Iterum complexi sumus decem annorum spatium, inde a medio anno tricesimo septimo usque ad medium annum quadragesimum septimum saeculi decimi sexti, qui annus patriae et ecclesiae funestissimus et huic academiae fere fatalis fuit; nam post proelium ad Mühlbergam mense Aprili commissum, in quo Saxoniae elector captus erat, etiam Philippus Hassiae princeps coactus est ut mense Iunio se submitteret imperatori, quem praeter expectationem fidemque diuturna custodia eum retinuisse constat. Quorum temporum memoriam ex ipsis illorum dierum perscriptionibus redintegrare haud ingratum erit. — Inscripti sunt his decem annis mille sexaginta quatuor.

Marburgi d. XVIII. m. Octobris a. MDCCCLXXIV.

Averso integumentu lateri haec inscripta sunt:

Catalogus studiosorum Scholae marpurg. Anno XXVII. Matricula Neacademiae Marpurgensis*). Catalogus studiosorum SCHOLAE Marpurgensis anno domini MDXXVII usque ad Calendas Iulii anni MDLIX exclusive.

Fol. 1 et
2. a vac.

Fol. 2. b.

Fol. 3. a.

Abs anno 1527 usque 1559.

CATALOGUS SCHOLAE MARPURG.

ANNO DOMINI M.CCCCC.XXVII.

Deo opti. maxi. auspice.

Illustriss. simul et pietiss. Princeps Philippus, Lantgravius Hessiae, Comes in Catzenelnbogen, in Dietz, Ziegehnain, et Nidda, vnicus et pietatis et literarum vindex, dum quasque liberales disciplinas, partim sophistarum invidia, partim temporis difficultate ruinam haud reparabilem minari videret, ad instaurandas eas animum adpult, et doctiss. quosque sub Annum Christianae salutis MDXXVII, liberalib. stipendiis inuitatos, Marpurgum vocat, atque in Neacademia illa sua trilingui recens instituta, sacras literas, Ius ciuile, utramque medicinam, treis linguas, atque adeo omneis bonas literas sinceriter docere iubet.

Fol. 3. b
vac.

Fol. 4. a.

Ioannes Ferrarius Montanus iuris ciuilis professor et Iudicii Hessiae quod curiale vocant, consiliarius, quum primum Academiae, apud Marpurgum per Philippum Principem recens institutae, magistratum III. Kalen. Iunias MDXXVII iniisset, Hos vti ordine scribuntur, in eius album, Deo opti. maximo auspice, retulit.

Ioannes Emmerichi Francobergius vtriusque iuris doctor Herffordianus et Iudicii curialis adessor.

Franciscus Lamberti Auenionens. sacrarum literarum professor.

Adamus Vegetius (*supraser.*: Crato, &vaßt) Fuldanus, Magister Herffordianus et Theologus.

Erhardus Schnepfius Magister Heidelbergensis, sacrarum literarum professor.

*) *Vc. Matricula — Marpurgensis manum Ferrarii primi rectoris produnt, ceterae inscriptiones posterioris sunt aetatis.*

Nicolaus Meige Treßensis.
 Ioannes Dorhain Treßensis.
 Iacobus Wendelinus Francobergius.
 Daniel Grifer a Weilburgh.
 Iudocus Reinharts a Weilburgh.
 Hieronymus Scribae a Weilburgh.
 Gotfredus Enteschauer(?) Wetzflariensis.
 Martinus Stoes a Berstadt.
 Ditmarus Detius Agricola Ecclesiastes apud
 Guiteros.
 (Wetter)

Fol. 7. a. Ioannes Althus Parochus in Mönchusen.
 Christophorus von der Heide Coloniensis.
 Nicolaus Mobes Dauernheim.
 Philippus Cordus } fratres.
 Valerius Cordus }
 Philippus Katzman Fritzlariensis.
 Casparus Voigt Marpurgianus.
 Ioannes Streithamer Francobergius.
 Lambertus Wolff Hoffhemius.
 Wet
 Volcuinus Weigel a Guiteris.
 Ioannes Columbinus Marpurgianus.
 Iosephus Lorichius Hadamarius.
 Ioannes Coloniae Wilnaus.

Fol. 8. a. Monachi ordinis predicatorii apud Marpurgum, dum monasticae illius factionis taedio adfecti essent, Illustriss. Principis Philippi liberalitate missionem acceperunt, et aedes quas reliquerunt in Academiae vsum transferebantur (illae nimirum, quod Collegium Lani appellamus). Anno MDXXVII sub Aprili.

Iam monachi franciscani quos Minoritanos dixere, etiam reuelato Euangelio aduersus veritatem grassari, et nihil non moliri haud desinebant, tantum abfuit, ut hypocriseos sue errorem agnoscerent, quare Illustriss. Princeps Philippus vbi rescivisset, id sine maxima Ecclesiae iactura tolerari non posse, iussit, vel Christum confiterentur, vel sedibus migrarent, sed cum difficillimum eam vitae partem sit relinquere, quam ab ineunte aetate quis imbibit, maluerunt veteratores sedibus migrare, quam cum Christo optime sapere, vno igitur agmine euolantes, sedes suas in Academiae vsum relinquere, anno MDXXVIII sub finem Maii. Nos Collegium Pomerii dicimus.

Fol. 8. b.
 vacuum.

Ludonicus Tuscherer (*sic*) Marpurgianus.
 Gulielmus Krönbergh Hadamarius.
 Philippus Schenck zcu Schweinsburgh.
 Petrus Arnoldi Marpurgianus.
 Ioannes Happel Marpurgianus.
 Ioannes Ortus Marpurgianus. Fol. 7. b.
 Ioannes Pannificis Marpurgianus.
 Ludovicus Scribae Wetzflariensis.
 Fridericus Armbruster Guiterus.
 Christophorus a Boineburgh nobilis familiae.
 Ludouicus Magirus Guiterus.
 Ioannes Wileckenbergh Cassellanus.
 Osualdus Sprenger Nastatinus.
 Ioannes Krugh Suntranus.
 Iacobus Plattenhart Eslingensis.
 Ioannes Emmerici Herffordianus.
 Guarinus Iunghman a Weilburgh.
 Laurentius Albertus de s. Guarino.
 Ioannes Stephani Francofordianus.
 Petrus Korlinus Alsfeldianus.
 Ioannes Königstein Francofordianus.
 Gulielmus Heckmann Wetzflariensis.
 Nicolaus Monachus Grunbergius
 Magister Herffordianus.

Fol. 9. a.

(XXIX.)*)

Adamo Krafft, Fuldense Ministrorum Christi per Hessiam seruo et Collega Scholasticae praefecturae Administratore sequentes ex ordine in scholam pro more sunt recepti et prioribus adiecti Anno ab Orbe redempto MDXXIX.

D. Ioannes Roßenweber Magister Wittenbergensis Ecclesiae Martpurgensis
Minister ex Lichtenfels.

Andreas Krafft Fuldensis.

Lodouicus Kremer Gelnhausen.

Sebastianus Ligarius(?) Mogun.

Fol. 9. b. Bartholomeus Francus Vuesaliensis [*postea add. Clivus*].

Henricus Beinn(?) Grunenburg.

Cunradus Kremer Bideñcopensis

Minister Eccl. in Eggoltshausen.

Iustus Vuinter Harelius.

Vuithelmus Dulberg ex Osnabrüg.

Gerlacus Vualter(?) Battenbergensis.

Balthassar Raidus Minister Ecclesiae

Heroldesfeldensis.

Arnoldus Korff Mindensis.

Henricus Myllenius in Vuolfhagen.

Ioannes Zcüddel(?) Treyßensis.

Gaspar Rabe Hamelensis.

Fol. 10. a.

Antonius Alffermann ex Vffeln.

Carsilus Pallant Eques.

Ioannes Kymeus Fuldensis Parochus Altdorphii.

Nicolaus Euander Ful Ecclesiastes in Wanfrede.

Ioannes a Lebenstein Eques Germanus.

Ioannes Schefferlin Grunenburgensis.

Ioannes Blumenawer ex Newenkirchen.

Iustus Rawe ab Holtzhausen Equestris Ordinis.

Fol. 10. b.

Albertus Cordis ex Meynungen.

Lucas Wetzfler civis Martpurgensis.

Georgius Orba presbyter.

Iordanus Iuliacensis.

Richardus Nydernhober.

Martinus Lysting Geyßensis
ymenusii ecclesiastes.

Daniel Lüncker Martpur.

Fol. 11. a.

Sub idem tempus Adamo Remp. scholasticam adhuc administrante Academia doctorum consilio et prudentia legibus sanctissimis et non contemnendis privilegiis est condecorata.

Nec id solum verum etiam Professoribus iam rude donatis ex optimi Principis munificentia (ne scilicet de litteris et litteratis bene meriti in extremis annis egerent) collegia aliquot juxta privilegiorum tenorem pie(?) sunt concessa exscripta et donata.

Fol. 11. b
vacuum

Fol. 12. a.

(Anno XXX.)

Cum Euricius Cordus medicinae doctor et professor Gymnasiarchae magistratum, quem anno millesimo quingentesimo tricesimo ingressus annum gessit, administraret, subscripti nomina sua in album seu catalogum dederunt.

Balthasar Clammer

Iuris professor et causidicus.

Casparus Rudolphus

Ma. Witembergens. rector Paedagogii.

*) *Annum designationem a posteriore manu adscriptam uncis inclusimus.*

- | | | |
|--|---|------------------|
| Nicolaus Blechler Schmalkaldianus
Ludi superioris magister. | Petrus Geminden | } Westerburgens. |
| Lucianus Cordus. | Mathias Wengerad | |
| Lambertus Hector Gallus. | Tilomannus Geminden | |
| Iacobus Mentus Lingensis. | Frederichus Veltersburg.) | |
| Vigandus Christianus Francobergensis. | Nicolaus Roding Treisensis. | |
| Carolus [<i>spatium vacuum</i>] Gallus. | Tobias Schrautenbach pastor in Maiore Linda. | |
| Fol.12.b. Fridericus Spedt Triburgensis [<i>nomen
postea deletum</i>]. | Franciscus Rhodus typographus. | |
| Antonius Moller Altendorffius. | Thomas Melius pharmacopola. | |
| Tilomannus Berganus Westerburgens. | Ludouicus Monchusen dictus Althus. | |
| Antonius Stoberus Beurensis. | Petrus Abel alias Wagner Martburgensis
sacerdos*). | |

Fol.13.a. Eodem anno schola nostra gravi ictu concussa est. Nam statim a cessante Anglico,
^{retro}
 ut vocant, sudore, qui proximo Autumno, cum celebris illa super sacramentaria re
 synodus hic coiret, irruit et plus infamia quam ipsa re nocuit, subsecuta pestis omnes
 studiosos dispulit, tantum abfuit, ut noua turba adfluere, tametsi et translata Franco-
 bergam schola fuit. Obstante igitur conatibus fortuna nihil egregium funestato hoc
 magistratu exhiberi potuit, tantum subsellia in magno lectorio structa sunt et pro habendis
 scriptis et sigillo adeoque gradus conferendi privilegiis laboratum est, quae princeps etiam
 non grauatim annuit.

Fol.13.b.
vac.

(XXXI.)

Fol.14.a.

Augustus Sebastianus Noutzenus Flander bonarum artium magister et sacrae linguae
 professor Anno christianae salutis XXXI Kalen. Januar. reipublicae literariae praefectus
 haec infra studiosorum scripta nomina in album scholae retulit

- | | | |
|---|--|-----------|
| Valentinus Breul hessicae curiae secretarius. | Hedericus ortius Marpurgen. | |
| Frederichus Iuda vetterianus. | Martinus ephippiarius Marpurgen. | |
| Eobanus knott ab hadelgehausen. | Godtfredus strolen Gelriensis. | |
| Iohannes histerius cliuiensis ducatus. | Nicolaus harnasch Cassellen. | Fol.14.b. |
| Otto vrbachius ducatus montensis. | Conradus spieß marpurgen. | |
| Nicolaus plechler ludimagister [<i>in marg. add.
bis inscriptus: etiam anno superiore</i>]. | Henricus calceolarius marpurg. | |
| Nicolaus heyse allendorffius. | Iohannes langius schottensis. | |
| Conradus gernant Compaginator Marpurg. | Iodocus oeniobulus ladenburgen., paedago-
gicorum praeceptorum adiutor. | |
| Iacobus vysmannus a veilborgh compaginator. | Iohannes fleysbenus comitatus a bolenhausen. | |

*) *Ultima duo nomina aliae manus addiderunt.*

- Petrus Campensis.
 Petrus Leodiensis.
 Iohannes Lersenerus Marpurgensis.
 Adolphus Schultheyß arhelien.
 Iohannes Rau eques hessus ab holtzhausen.
 Henricus duringus gronebergen.
 Conradus zölner a spexwinckel.
 Petrus Eybel Limpergius.
 Valentinus Rabe Fulden.
 Fol.15.a. Iohannes sibertus marpurgensis.
 Petrus lemaius parrhisiensis.
 Ambrosius hetzlerus sueuus gingracensis.
 Paulus bernhershausen a Lasfe.
 Ludouicus achenbach a Lasfe.
 Denhardus francobergius.
 Ambrosius montanus welmich.
 Balthassar muller sausenbeth essuen.
 sacerdos theologiae candidatus.
 Conradus fleck trecensis sacerdos theologiae
 sectator.
 Augustus Sebastianus Noutzenus Flander Artium Liberalium Magister et linguae
 sacrae in Schola Marpurgiana professor, Academiae gerens Magistratum II. subscripta
 studiosornm nomina in album referebat. Anno salutis Christi Millesimo quingentesimo
 XXXI Kalend. Iuliis.
 Fol.16.a. Theodoricus Vimensis ducatus cliuien.
 Christophorus Spitzenbergius Cassellanus**).
 Haymannus Spey a Reins.
 Vigandus Happel Marpurg.
 Mutianus Thuchscherer Alsfeldianus.
 Conradus Pleychenbachius Croneberg.
 Iohannes a Lesch.
 Albertus Trübach equestris.
 Philippus Schaidt Zigenhainensis.
 Lucas Koch a Linda.
 Iodocus Korbachius.
 Iohannes Schriber Trecensis.
 Burchardus Mitobius Baccaureus rosto-
 chien. et magister efforden. mathe-
 maticae disciplinae professor, ciuus
 hamburgianus in cymbria.
 Ludouicus korsbachius a Kunsteyn.
 Christophorus Spitzenbergius Cassell. [in
 mg. Ioannes].
 Theodoricus Vimensis Cliuiensis
 eques germanus*). Fol.15.b.
 Iohannes vlber ab ursell.
 Iacobus vrcuus Misnensis a friburgo ecclesiae
 minister in gerau.
 Iohannes diest Cassellen.
 Christopherus honeck Melsingen.
 Iohannes thomas Melsingen.
 Iohannes giese melosingen.
 Valentius Korbeche vestualus.
 Hieronimus a veblingh generosus.
 Iohannes Rosenthal. 49
- Iohannes Mesenbuck Eques Hessus.
 Balthassar Rydenhausen Fritzlarien.
 Iohannes Scriba Marpurgen.
 Casparus Pistorius Marpurgen.
 Iohannes Sarcinator Marpurgen. Fol.16.b
 Henricus Hoffman a Rosendael.
 Iohannes Hyphanticus Marpurgen.
 Iohannes Armbruster Marpurgen.
 Franciscus Sueys Herpornen.
 Emmericus Westerbergius.
 Iohannes Vokesser Giesnen.
 Iohannes Bouck Giesnen.

*) *Ultima duo nomina cum postea addita sint, quod idem in praecedentis paginae fine factum est, haec verba ad Ludovicum Korbachium a Kunsteyn pertinere videntur.*

***) *In mg. ab alia manu: eidem supra etiam.*

- Iohannes Ingler Wormacien.
 Bernhardus Schlatt Wormacien.
 Matthias Schlatt Wormacien.
 Balthassar Maiel Wormacien.
 Iohannes Vetten Wetterianus.
 Iohannes Püntziger Wetterianus.
 Philippus Weygel Wetterianus.
 Iohannes Poppe a Gote.
 Fol.17.a. Arnoldus Sebastianus Marpurgen.
 Henricus Sporer Marpurgen.
 Petrus Fickzaell Gronebergen.
 Iohannes Houbinck Monasterien.
 Gasparus Rabe Rhenanus.
 Nicolaus mare a Winckel Rhenanus.
 Iohannes Craushaen Sommerkorn Franco-
 bergius.
 Ludouicus Zimmerman Niddanus.
 Antonius Frueoff Resensis.
 Iohannes Bruno Gandauensis, Sacerdos.
 Gualterus Schellemannus, Brabatinus ad-
 dictus paedagogio.
 Fol.18.a. Quum ab Illustriss. pariter ac in pietatem et honestas disciplinas beneficentissimo
 Principe Philippo studiis suis honorum gradus academia Marpurgen. consecuta esset,
 Paedagogium certam quandam cum instituendi tum proficiendi formam accepit. Hinc quo-
 que et bonarum artium studiosis communi profitentium magistrorum decreto praescriptus
 modus et tempus constitutum est, ut certam ingressi uiam qui in hoc literarum studio
 currerent metam seu debitum honestis conatibus facilius brauium [*sic*] consequerentur.
 Sigillum etiam sub idem tempus Scholae principis autoritate concessum exaratum est.
 Praeterea ut ex iis prouentibus quos dominicanae factionis monachi deseruerunt, qui
 sane quam paucissimi fuere, academiae fiscus siue publicum scholae aerarium eadem
 principis Illustriss. liberalitate constitueretur, concessum, vt declamationibus, disputa-
 tionibus, actionibus scenicis et id genus exercitiis pro sua prudentia Rector cum profes-
 soribus (ne quid Scholae splendori desit) hinc praemia decernant aliisque scholasticis
 Fol.18.b. necessitatibus,] quae plurimae indies incrementum accipiente Academia emergent, inde non
 moleste succurrant.
 Deinde facultatis artium Decano, quandoquidem per academiae senatum huic Pae-
 dagogium et triuialem paroeciae ludum inspiciendi per singulas septimanas cura sit
 demandata, ut si quae segniter administrata uideat, uel aliter quam pro literarii senatus
 decreto obiri, corrigat, vel si huiusmodi sint, quae cum suis ipse collegis emendare
- Thomas Koeler ab Hailigart.
 Iohannes Spyrensis.
 Petrus Weert e comitatu Hornensi olim
 ecclesiastes in Limborch non procul
 a Zittert Magister Louaniensis.
 Ioachimus a Weert ecclesiastes ciuitatis Fol.17.b.
 eiusdem comitatus Hornensis.
 D. Iohannes Tuber Reydanus Colonien. olim
 uerbi minister.
 Magister Costus malart antverpensis.
 Martinus Ruheck Wormacien. typographus.
 Marcus Plateanus Micropolitane olim et
 Louanien. et Wittembergen. scholae
 discipulus.
 Iohannes Rielinus Argentoracus paedago-
 gorum coadiutor.
 Antonius Cortesius Parpinianensis Hispanus.
 Conradus Stolle Niddanus.
 Elehazarus Augustus } Marpurgenses.
 Gamaliel Augustus }
 Iohannes de Harde sacerdos Antuerpian.

aut in melius saltem pro autoritate constituere non queat, ad summum Scholae magistratum referat. Item pro aliis innumeris atque in dies crescentibus in ordine suorum studiorum laboribus ex utriusque collegii censibus, qui ex thalamorum*) illic annuatim redeunt pensionibus, sexta pars decreta est**).

Locus in aede sacra academiae rectori cum professoribus per D. Ioannem Ficinum Hessiae cancellarium unicum studiorum patronum designatus est, in quo ut commodius sacras conciones audire possent, sedilia constructa sunt***).

Postremo quia plerisque non satis esse conferendis studiorum honoribus prius impetrata Principis Philippi autoritas uisa est, ad Imperatorem Karolum Augustum, qui tum solutis Augustanis comitiis Bruxellae apud Brabantinos agebat, ab Illustriss. principe pro amplioribus Scholae suae priuilegiis legatio destinata. Quo tempore prima foelicissimis (uti speramus) auspiciis studiosis quibusdam adolescentibus honorum insignia publico ac frequenti doctissimorum honestissimorumque uirorum consessu collata sunt †).

Fol.19 b.
vac.

Fol.20.a.

(XXXII.)

Erhardus Schnepffius Hailprunnensis, Arcium Liberalium Magister, Sacrae Theologiae Baccal. A sacris praelectionibus et contionibus Marpurgi Anno Christianae salutis XXXII supra millesimum quingentesimum Kal. Ianuar. Reipublicae literariae praefectus, haec infra scripta studiosorum nomina in Album Scholae retulit.

Hermannus Rens.

Iohannes Andreae de Allendorf.

Andreas Pistoris Homburgius.

Michael Andreas Cassellanus.

Ioannes Ludouicus
Ludouicus } a Boinenburg.

Otto

Philippus Ermsdorf.

Rinhardus Habich.

Iohannes ex Sigen.

Godefridus Hotzfeld ex Tilmburg.

Fridrichus de monte Martis.

Franciscus Eichelberger Casselanus.

Gasparus Hammerschmid Franckfurds.

Franciscus a Franckfurt Kurbachius.

Guilhelmus Lasuenus.

Martinus Holtzschuer.

Chunradus
Iodocus } A Rabenaw.

Christophorus von der Nune.

Gerhardus Ridesell.

Rinhardus Wagner [postea add. Mart-
purgensis]. Fol.20.b.

Iacobus Fabri.

Chunradus Brawer.

Chunradus Lanio.

*) *Suprascr. cellarum.*

**) *Margini ab alia manu haec inscripta sunt:* Haec sexta pars nunquam Decano facultatis artium numerata est. caeterum deinceps decretum est, ut Decano duo aurei numerentur e pecunia fisci, quae ex promotionibus colligitur.

***) *Margini haec inscripta sunt ab alia manu:* Et per Erhardum Schnepffium theologum et ecclesiasten in concione sacra promulgatus.

†) *In marg. ab alia manu:* prima magistrorum promotio.

Chunradus Katzmann a Burcka.	Albertus A Dernbach.	
Eberhardus Hirss a Fulda.	Iohannes Marius ex Winckel.	
Iodocus Pistoris a Newenkirch.	Otto Husnerus de S. Guaro.	
Philippus Marquardt Wormaciensis.	Iohannes Gerhardi ex Battenhausen.	
Iohannes Hacus de Wildenfels.	Iohannes Sutor Suntranus.	
Hermannus Vlner	Theoderichus Dorstenius Mgr. Erdfurd.	
Iohannes Stockhausen	Maternus Steindorfer Erdfurdianus.	
Iohannes Grefe	Georgius Luenensis.	Fol.21.a.
Theodorichus Butman Recklinghusensis	Daniel A Weblingen.	
magister Coloniensis.	Alexander Busseck.	
Chunradus Mathaeus Alsfeldianus.	Paulus Lasuenus.	
Georgius Sawerteig ex Sigen.	Iodocus Thorner Spangenburg.	
Georgius Cleberger ex Budingen.	Iohannes Gleym Homburg.	
Adamus Selbach ex Zappenfeld.	Guarus Wigandus de S. Guaro.	
Christophorus Eilas Maguntinus.	Iohannes Rudelius Franckfurd. LL.DOCTOR.	
Guilhelmus Selbach ex Zappenfeld.	Institutionum Imperialium praelector.	

Sub magistratu meo Eximius vir Baltasar Clammer, Institutionum Imperialium aliquamdiu apud nos praelector, postea ab Illustri Lunenburg. DVCE in Consiliarium accersitus, sub tempus abitionis suae Licentiatursae quam uocant laurea pro eruditione ac integritate haud vulgari a nobis coronatus est insigni viro Iohanne Ferrario Iuris Licenciato perorante.

Sub magistratu meo cloaca collegii Lani et ad hanc ducens transitus interpolata*).

Fol.21.b.
vacuum.

Fol.22.a.

(Anno XXXII.)

Io. Ferrarius Montanus artium liberalium magister, Sacrae Theologiae Bacc. Wittemberg. Iuris veteris professor et Iudicii Curialis Hessiae adessor, dum huius Academiae Magistratum II. gereret, a Calen. Iul. MDXXXII hos infra scriptos in Album studiosorum referebat.

Guilielmus Bicotius Gallus, Magr. Parisiensis.	XIII. Iul.
Hermannus Wisselbach Reichelheimius.	XXII. Iul.
Melchior Clarius Mgr. Moguntinus Procurator Curialis.	XXII. Iul.
Iudocus Pistorius ab Eschwege.	XVII. Septemb.
Iohannes Dreisbach ex Dietz.	XVII. Septemb.
Iohannes Kremer Spangenbergius.	XVII. Septemb.
Christophorus Lersenerus Marpurgianus.	XVII. Septemb.
Friderichus Wentzel Wetteranus.	XIX. Septemb.
Guilielmus a Bicken nobilis.	XXV. Septemb.

*) Posterior manus haec verba lineola deleuit et margini inscripsit: Simplicitas!

- Fol.22.b. Iohannes Eberhardi Doliarius Marpurgia. XXV. Septemb.
 Iudocus Wismariensis. XXV. Septemb.
 Casparus Hun ab Ellerßhusen. XXV. Septemb.
 Eualdus Leonardi Marpurgianus. XXV. Septemb.
 Henricus Moller ex Schotten. XXVII. Septemb.
 Sifridus Vrichi ex Schotten. XXVII. Septemb.
 Iohannes Geißeleri ex Bifskirchen. II. Octob.
 Iohannes Walteri Battenbergius. III. Octob.
 Eualdus Schot ab Herborn. III. Octob.
 Georgius Ortus Hanauensis. III. Octob.
 Erasmus Steindecker Hanauens. III. Octob.
 Vdalricus Holtzer Francofordianus. XII. Octob.
- Fol.23.a. Gerhardus Geldenhaurius Nouiomagus, Louaniensis Mgr. et Historiarum professor.
 XII. Octob.
 Iohannes Hessimannus Rhotenhainensis. XIII. Octob.
 Hieronymus Geiße Herbipolitanus. XIII. Octob.
 Iohannes Pfaltz Francobergius. IX. Nouemb.
 Gulielmus Agricola Bonnensis. XXVI. Nouemb.
 Antonius de Platea Buscunducensis. XXVI. Nouemb.
 Christophorus a Karben nobilis. XIX. Decemb.
 Sixtus Wolfskehel nobilis. XIX. Decemb.
 Vincentius Wolfskehel nobil. XIX. Decemb.
- Fol.23.b. Sub hoc nostro Magistratu publicum vniuersitatis aerarium institutum est, in quod et Clariss. vir Io. Ficinus Hessiae Cancellarius literas atque instrumenta censuum praedicatoriorum ex Archiuo conferri fecit.
 Proinde Illustriss. Princeps Philippus Hessiae Lantgra. etc. pollicebatur, se deinceps Prebendas (vt vocant) Ecclesiarum Collegiatarum Casselliae atque Rodenbergii in solos professores eosque diligentiss. auctarii vice collaturum. Praeter hoc quod sua Celsitudo etiam omnium Professorum salaria ex certo destinare, atque ita Academiam suis bonis perpetuam facere constituit.
- Fol.24.a. (Anno XXXIII.)
 Euricius Cordus liberalium artium et Medicinae doctor eiusque ordinarius Professor in secundo rectoratu suo, quem ab initio MDXXXIII anni ad calen. Iulii semestrem gessit, in album studiosorum infra scriptos recepit.
 Sunt autem hi.
 Ludouicus Lathomus Spangenbergensis. Petrus Bauckbeus Scotus.
 Augustus Cordus filius. Iohannes ab Hotzffelt dominus in Willen-
 Ludouicus Baurus Nastatinus. burgo.
 Petrus Nigidius Altendorffinus. Echardus Tuchscherer Marp.

- Ludouicus Daemonius Montanus.
 Iacobus Streithamerus ex Wolckerßdorffio.
 Philippus Schönhals Deubringensis.
 Fol.24.b. Symon Bingus Hombergensis.
 Iohannes Paulus Mosonauerus.
 Hendrichus Saxo Rauschenbergensis.
 Kunratus Meuserlingus Marp.
 Ioannes Meles.
 Bonus Scribonius Marpurgensis.
 Rudolphus Alopoecius Dauentrien.
 Laurentius Blanchenheimius Marpurgensis.
 Ioannes Lonicerus, filius.
 Petrus Bernerus Marp.
 Ioannes Stephanus Rauschenb.
 Georgius Buchus Gissinensis.
 Thomas Crispus Gottingensis.
 Georgius Picus, vulgo Specht a Bubenheim.
- Ioannes Velcherus Francofordianus. Fol.25.a.
 Ioannes Daemonius Brunsuicensis.
 Kunratus Semlerus Francofordianus.
 Theodorus Leurbachus.
 Ioannes Blechenbachus.
 Ludouicus Leonardus Marp.
 Michael ex Lato Saxo Lasphianus.
 Hendrichus Frisberius Confluentinus.
 Adamus Aemilius } Waltherhausenses.
 Petrus Fuldenerus }
 Andreas Vrisbergus Erfordianus.
 Christophorus }
 Iosephus } Lengenfeldani fratres.
 Lazarus }
 Ioannes Emmelius Osthemius.
 M. Antonius Niger Vratislaviensis.
 Petrus Plateanus Brabantinus.
- Fol.25.b. Sub eodem magistratu Aerarii repositorium factum, et sacrarium pro conuentorio id est consultationum loco paratum et dicatum, missisque aliquot ad Principem collegis pro fundanda schola multum sed frustra laboratum est.
 Sceptra item duo vix tandem extorta, sed quae postea Aerarii pecunia ab artifice redempta sunt.

Fol.26.a
 et b. vac.

Fol.27.a.

(XXXIII.)

Augustus Sebastianus Nouzenus, Flander, Liberalium artium Magister et Sacrae linguae Marpurgi professor, Anno Christianae salutis XXXIII Millesimo quingentesimo Kalen. Iulii Reipub. Literariae III praefectus, haec studiosorum nomina in album Scholae referebat.

- Georgius Munich Argentinens.
 Simon Bornick.
 Bechtoldus Valerius Bossus.
 Adamus Weeß Stadianus.
 Ioannes Helvetius Tzaerpruck.
 Cilianus Liliegefeyn (*sic*) Carolostadian.
 Euerhardus Heresbachius Iuliacen.
 Ludouicus Spechtus Kirchpurgen. Generosus.
 Iohannes Blanchenheim ciuis et consularis Marpurgen.
- Martinus Warburgen.
 Nicolaus Hornicher Confluentinus.
 Iacobus Sexheller Herborn.
 Philippus Bruun Wetzelarien.
 Wolfgangus Zwern.
 Iacobus Worms Marpurgen.
 Georgius Froenhausen.
 Gasparus Heyglenius Francofordian. Fol.27.b.
 Melchior Freundt Francofordian.
 Antonius Rabe Marpurg.

Petrus Musculus Amelburgen.	Otto Wernerus Esuensis.	
Henricus Pistorius.	Iohannes Gilghe Baden.	
Michael	Michael Frihans a Poppardia.	
Iohannes Cotzusius Bidencappius Bacca-	Iohannes Naldicenus.	
laureus Erfurdien.	Solomon Augustus filius	} Marpurgen.
Franciscus Gvdenus Grebenstenus.	Valerius Breuleus	
Gerhardus Sleumerus Grebestenus.	Laurentius Blanchenheym	
Iohannes Boelhardt Aquen.	Dauid Blanchenheym	
Henricus Habellius Gvaren.	Iacobus Blanchenheym Marpurgen.	*)
Iodocus Vrsinus Herborn.		

Fol.28.a.

Sub Magistratu meo docti quidam adolescentes numero XV prima in bonis studiis corona, perorante viro doctissimo Burchardo Mithobio Mathematico donati sunt.

Eodem fere tempore viri eruditionis laude commendabiles Petrus Plateanus Brabantinus, Artis Rhetoricae Professor, Petrus Nigidius Aldendorffius, Terentianae Comoediae in Paedagogio praelector, Philippus Pistorius Niddanus, Walterus Schellemannus Brabantinus Magisterii laurea M. Ioanne Lonicerō professore Graeco**) perorante a nobis donati sunt.

Paulo post Eximius vir D. Iohannes Ferrarius Montanus, Artium liberalium magister, Sacrae Theologiae Baccalaureus, veteris Iurisprudentiae professor et Principis Illustrissimi Philippi consiliarius, praeceptor mihi in ciuili disciplina perpetuum obseruandus, pro incredibili cum eruditione tum integritate sua primus in hac schola Doctoratus insignia accepit praeside viro doctissimo pariter et humaniss. Iohanne Rudelio Francofordiano L. L. et Iuris Pontificii Doctore celeberrimo.

Fol.28.b. Constructa praeterea sunt Illustrissimi Principis liberalitate in collegio Pomerii ad publicum studiosorum vsum Hypocausta quinque.

Sub eodem Magistratu nostro Aedes, quas uocant Kuguliticas, beneficio Clarissimi viri D. Iohannis Ficini Illustriss. Hessorum Principis Philippi Cancellarii Vniuersitati a qua alienatae fuerant sunt restituae.

Postremo et illa quoque domus licet difficulter in publicam Paedagogii commoditatem tandem recuperata est, quam Scholae permissu Cordus inhabitauit, ob quam ille tamen, quod pro commodatitiis aedibus proprias facere non posset, mirum quam indignas pace publica tragoedias Academiae immerito excitauerit. Qui Christianae modestiae oblitus sic in omnes pene professores et scholae praecipuos patronos debacchatus est, vt parum probi hominis officium abiens adimpleuerit.

*) In extrema pagina haec addita sunt:

Iohannes Rhodius Nastadianus Medicinae studiosus a me Dryandro inscriptus est. dicit se sub D. Sebastiani Rectoratu receptum, sed obliuione fortasse minime inscriptum esse.

**) Cum Nouzenus h. l. M. Burchardo Mythobio Mathematico, antea pro Mithobio Iohanne Lonicerō scripsisset, posterior manus ea quae edidimus deletis prioribus scripsit.

Fol.29.a.

(XXXIII.)

Anno a Christo nato 1534 Ego Erhardus Schnepphius, Artium liberalium Magister, Sacrae Theosebiae in Academia Marpurgensi professor, secundum rei literariae publicis habenis moderandis praefectus, subsequentes magistratus mei tempore in album hoc inscripsi, a Calendis Ianuariis ad Iulias usque praesidatu functus.

Ioannes Cocus Herbipolensis.

Arnoldus Mindensis.

Melchior a Langensteynn.

Hieronymus ab Herden.

Griso Catzmann.

Volprechtus Engelbach.

Sebastianus Gerbottus Argentoratensis.

Kilianus Vualtherus ex Eschenrott.

Ioannes Schmitterius Campensis.

Carolus

Ioannes Georgius } Mart fratres tres

Iulius } Spirenses.

Adolphus Raw.

Adolphus Holtzapffell.

Crato Rauchius ex Hanaw.

Ludouicus Holtzapffell.

Ioannes Picardus Homburgensis.

Iacobus Faber.

Henricus Morus ex Grüningenn.

Fol.29.b.

Hac aestate princeps noster illuss. paucarum hebdomadarum interuallo ducem Vdalricum Vuirtembergensem ξὺν θεῷ patriae reique publicae suae restituit, eiectis Ferdinandicis. Res nimirum dignissima, quae omnibus quum historiis tum Annalibus inseratur.

Fol.30.a.

(XXXIII.)

Ioannes Rudelius Francophurdianus, Liberalium artium Magister, Iuris Pontificii et LL. Doctor atque Professor, in Magistratu suo, quem Kalen. Iulii ingressus est, anno ab incarnato Christo 1534. subscriptos in catalogum studiosorum conscripsit.

Ioannes Glandorphius Monasteriensis
historiae Professor.

Bernardus Faber Nasstadianus.

Iacobus Kötz Wolffhacensis.

Hermannus de Manheym compactor librorum.

Adolffus Wilhelmus Dornberger.

Ioannes Casparus Ruxleben.

Wendelinus Osuualdus.

Philippus Lauter de Budingem.

Ioannes Corrupff ex Sunthra.

Gasparus Tolde Guttespergen.

Georgius Franck Cassellanus.

Eustachius Steyndorffer Erphurden.

Fridericus Franck.

Georgius Thomas Basiliensis.

Hupertus Traiectensis.

Ludouicus Seltzer Erphurdianus.

Ioannes Nemini de Ietzstein.

Ioannes Born Wetzflariensis.

Henricus Schwan Marpurgen.

Iodocus Gümpel Bidekappen.

Ioannes Köler Homburgen.

Ioannes Sartorius Marpurgen.

Ioannes Rudelßheim.

Nicolaus Weygel Bidekappen.

Ioannes Megobacchus vtriusque medicinae
Doctor et Professor celeberrimus.Christophorus }
Ioannes } Cellarius fratres, Franco-
Ludouicus } phurdiani.

Weygel Wolff Francophurdianus.

Fol.30.b.

Facturum me operae precium arbitror, si morem antecessorum meorum secutus, cum quid Rector in reipub. nostrae scholasticae vtilitatem*), tum quid toto magistratus mei tempore partim apud nos, partim apud exteros contigerit, obiter subiecero. Poterit hac ratione posteritati nonnihil consultum videri, ex hoc catalogo veluti ex annalibus indubitatae fidei, praeteritorum temporum res gestas petiturae.

Fol.31.a. Exordium dabit felicissima in Sueuiam Illmi nostri Principis Hessorum Philippi expeditio, cuius eruditissimus vir Erhardus Schnepfius antecessor noster paulo ante meminit. Siquidem mox a principio Rectoratus nos certiores reddimur, duce Principe hoc nostro regios milites caesos fugatosque, Ducem Wirtembergensem Vlricum recuperato ducatu suis restitutum, | Hessum ad Danubium castris promotis minari, ni pacis perpetuae conditionibus res transigatur, hostem armis vltius persequi sese velle. Accepta igitur et data vltro citroque fide, reuertitur in sua Hesus, immortalis parta gloria. Itaque vix dum reuerso Principe de belli huius caussis, rebus et euentu Orationem insignem et magnificam habuit insignis Philosophiae moralis professor et Poeta Christianus Nicolaus Asclepius Barbatas, quae nunc quoque extat formis typographicis excusa.

Conuentorium in collegio Lani, in secretorum consiliorum et fisci vsum ab Euricio Cordo parari ceptum, lapidibus sterni curauimus, et ianuam qua ex ambitu pateret ingressus aperiri effractis e muro lapidibus iussimus.

Solum item prioris partis dicti ambitus quadratis lapidibus reliquae parti aequauimus.

Vocatur item a me ad sacrarum literarum interpretationem amoenissimi vir ingenii Ioannes Draconites Theologiae Doctor, trium linguarum ex aequo doctus, et a carmine vel ex tempore scribendo non alienus. Cuius vita et oratio professioni sanctissimae respondet.

Fol.31.b. Autumno cum Principem a rebus bellicis quietum et pacatum rescuissemus, Cassellis accessimus pro Scholae fundatione, liberalique et Principe digno responso accepto Margurgum sumus reuersi.

Vix dum Cassellas peruenimus, cum nunciatur abiisse Eobanum Hessum Poetam huius temporis praestantissimum. Attulerat is Erphurdia libellum Principi carmine heroico scriptum, De rebus gestis in Sueuia. Igitur liberalitate donatus rediit Erphurdiam.

Aderat eodem tempore nuncius ab inuictissimo Caesare Carolo Quinto allatis literis, quibus significabatur, Caesarem non modo conditiones inter Ferdinandum regem et Principem Hessiae Philippum ratas habiturum, verum etiam clementissimum patrem futurum et nunc esse Principi Hessorum. Quid, nisi leta responderet.

Commodum abierat nuncius Hispanus, cum Princeps Fuldam ad comitia proficiscitur, conuenerant eo legati Regis Ferdinandi et Illmus Saxoniae Princeps Elector Ioannes Fridericus, et alii nonnulli. Debebat eo quoque venire Vlricus Wirtembergensis Dux, qui nescio quid causatus, cum non compareret, mox est discessum.

*) *Anacoluthon ipsi rectori tribuendum.*

Fol.32.a. Porro circa natalem Seruatoris nostri Iesu Christi conueniunt Cassellis diuersae in sacramentaria re factionis, a Wittenberga Philippus Melanchton, vir vt pientissimus ita longe eruditissimus, ex Argentina Martinus Bucerus. Itaque discessum est, vt credatur Corpus Christi in pane altaris praesens esse. In quae praeterea conuenerint, speramus libellis editis diuulgatum iri.

Nunciatum eodem tempore, cum magni orbis Christiani gaudio, Turcam insignem cladem accepisse a Persarum rege occisis plus septuaginta milibus hominum. Et quidem hoc ipso anno Turcam insigni affectum iri calamitate, iam olim diuini vir ingenii Ioannes Carion praedixerat.

Reuocatus item est sub nostro magistratu Gerhardus Nouiomagus vir doctissimus et integerrimus. Cui Novi testamenti praelectio commissa est.

Fol.32.b.

(XXXV.)

Ioannes Megobacchus Artium et Medicinarum Doctor celeberrimus Kalendis Ianuariis magistratum inuit Anno a Christo nato 1535. Hic cum frequenter auocaretur laborantium nomine, et tandem ab Illmo Principe nostro Hessorum prorsum nobis auferretur, Curiaque eius addiceretur post profectioem ad regem Ferdinandum, magistratui parum praeuit. Sub eius tum magistratu sequentium studiosorum nomina in album Academiae nostrae sunt relata, Vicem Rectoris gerente Ioanne Rudelio Francophordiano I. V. et Artium Doctore.

Nicolaus Weygel de Biedenkap.

Dionysius Melander olim ecclesiastes Francophurdian.

Ioannes Stoltzenbach Tresdensis.

Leonardus Deckensbach ex Deckensbach.

Christophorus Blanck de Rayn Bauarus.

Nicolaus Hattsteyn(?).

Henricus Bernhartsheuser

Cunradus Nauhausen

Iacobus Nauhausen

Bartolomeus Steynheymer

Henricus Gerhardi Hohinburgensis.

Ioannes Sutorius Gemunden. Werra.

Ioannes Rinck Rinckauuensis.

Philippus Selbach Eltfelden. Rinckauiae.

Eobanus Cuno Erphurdianus.

Christopherus Steynhauf ex Biedenkap.

Fol.33.a. Ioannes Makt (?) Grunenbergen.

Ioannes Stoer Frizlariensis.

Christophorus Cuno Erphordianus.

Martinus Tzhan a Lauffensen.

Ioannes a Lysingen nobilis.

Ioannes Lyppenhen a Rotterfhausen.

Christophorus Phoenicius Tubingensis.

Ioannes Schymmelpfennig Eschwegensis.

Ioannes Hoff Corbacchensis.

Cunradus Clauserus Tigurinus.

Reynhardus Suualbach nobilis.

Martinus Bellersheym nobilis.

Melchior Schott Guuarensis.

Ioannes Ieckel Weyssenbacchensis.

Ioannes Weyss Tlnbergensis.

Iodocus Coriarius Biedenkappen.

Iacobus Frumb a Stetten.

Ioannes Megabacchus Iunior, Rectoris ex fratre germano nepos et Alumnus. [*al. manus.*]

Strenuus et fortissimus Eques auratus Dns

Iacobus a Taubenheym, literis et clarissimis maiorum suorum imaginibus vir ornatissimus.

Fol.33.b. Magno consensu et maiori spe electus antedictus Rector Ornatiss. Doctissimusque vir Ioannes Megobacchus Spangenbergensis, Artium et Medicinarum Doctor, propter singularem fidem a latere Illustrissimi Principis nostri raro admodum discessit, animo tamen praesens et egregia voluntate semper fuit. Siquidem cum Illustrissimo Principe nostro in Austriam ad potentissimum Romanorum regem Ferdinandum ire perrexit. Nam Ferdinandus Caesar admiratione quadam motus rerum domi bellicae gestarum ab Illmo. Hessorum Principe Philippo illum ad se vocans Pragae primum ingenti cum pompa acceptum, Viennam Austriae pertraxit, ibique vt magnanimo Rege dignum erat, liberalissime magnificentissimeque habitum, Hessiae suae remisit. Ingens hic et imperio dignus Caesaris Ferdinandi animus, satis habens causae, qui Hessum vleisceretur, oblitus irarum, virtutum nomine hosti magnanimo conciliatur. Dignus etiam Hesus est qui praedicetur et efferatur laudibus, qui fretus pulcherrimarum rerum conscientia ad tam longinquam expeditionem sese amico reconciliato (cui non credendum esse adagio etiam monemur) credidit*).

Fol.34.a.

(XXXV.)

Ad extremum Hesus**) Ludum Troianum siue (vt vulgus vocat) Torneamenta indicit, eadem aestate Cassellis celebranda, conuocatis maximis Principibus et tota nobilitate. Quae res cum adhuc futura restet, relinquatur a me describenda fortissimo et Strenuo Dno dno IACOBO a TAVBENHeym publico bono electo Kalen. Iulii Rectori, et Doctissimo viro Mgro Nicolao Asclepio Barbato Poetae Rhetori et Philosopho vicem dicti Domini Iacobi propter negotia Principalia nonnunquam absentis gerenti.

Hactenus I. Rudelius transacti semestris prioris

Rector

et posterioris

Vicarius.

Electo magno optimorum consensu in vicarium strenui et fortiss. Equitis Iacobi Taubenheimii Rectoris magnifici Nicolao Asclepio Barbato, id temporis philosophiam docente, et iam e spectaculo Ludi Troiani Cassellis celebrati reuerso, in album studiosorum qui nunc sequuntur sunt recepti.

Remigius Albulanus Treuirensis, Ludimagister apud Cassellenses.

Iodocus Rue, Equestris ordinis.

Antonius Stange Eswegensis.

Daniel Synderbach Wezlariensis.

Andreas Herdenius Franckfordiensis.

Fridericus Bouneburgensis ab Hoensteyn cognominatus, Equest. ord.

Philippus Clarius Franckofordiensis.

*) Spatium vacuum, in quo nonnulli versus erasi esse videntur.

**) Nonnulla verba erasa.

Georgius oienhusen ab Eychholz Equestris ordinis.

Ioannes Antonianus diocesis Coloniensis.

Fol.34.b. *insigni gentis Taubenheimianae impletum est.*

Fol.35.a.

Augustinus Berckheym a Lichtenaw, artium et Medicinarum Doctor insignis
Academiae Moguntinensis, decimo septimo Augusti.

Nicolaus Koucz ex obbern Lidderbach 23 Augusti.

Iudocus Kleynhen ex Breydenbach 25 Augusti.

Georgius Reymbolt ex Kauffungen.

Wolfgangus Desiderius }
Iustus Ditmarus } Cassellenses 7^o die Septembris.

Ioannes ab Ottherr pater Erphordiensis, Iuris vtriusque doctor et Cancellarius
Fuldensis vicesima nona Septembris.

Christophorus ab Ottherr filius Molnhusensis eodem die.

Ioannes Cygglerus Fuldensis eodem die.

Petrus Westerburg Sygensis vltimo die Septembris.

Philippus a Dorfele primo die Octobris.

Conradus Isfrid de Werheym Baccalarius artium Scholae Erfurdiensis tertio
die Octobris.

Matthias Herdenius Pophardiensis, Iuris canonici Licentiatus, olim Procurator
fiscalis Confluentinus, Reuerendiss. Archipraesulis Treuerensis, nunc Curiae
Hessicae Aduocatus, vir liberalis et munificus doctorumque [?] amator singu-
laris quarto die Octobris.

Ioannes Götz Treysensis.

Fol.35.b.

Gerlacus Kessler de Gissen decima Octobris.

Iudocus Eckel a Lasphe

Conradus Smit a Kirchain

Engelhardus Schopedoyt a Nim

Conradus Winter a Rosenthal

Petrus Hayl a Schotten

Ludouicus Becker ex Holzhusen

Sebastianus Körper Oldendorffens.

Melchior Trap a Gissen

} vicesima nona Octobris.

Ioannes Dryander Wetteranus, Artium et Medicinarum Doctor Moguntiae pro-
motus, et in professione medica Megabacchi*) successor ordinarius, Mathematicus
insignis, et singulari modestia praeditus, die trigesimo Octobris.

Hermannus Zwern Marpurgensis

Hermannus Thomae Melsingensis

Martinus Geude a Fronhusen

} vltima Octobris.

*) A posteriore manu in Megabacchi conversum, ut supra.

- Theodericus Rimensnider Marpurgens. } vltima Octobris.
 Ioannes Darplage Fridburgensis }
 Paulus Bleychenrod Gothensis } decimo octauo Nouembris.
 Michael Dunckel Gothensis }
 Ioannes Petrus Tenner } fratres Germani.
 Hieronimus Thenner }
- Fol.36.a. Eucharius Ceruicornus Coloniensis typographus insignis, et vir modestiae singularis 25 die Nouembris.
 Henricus Eberweyn Franckobergensis scriba quaestorius monasterii ad Heydam in ripa Fuldae siti, vicesima Decembris.
 Ioannes Weck Francus ex pago Lenckersheym Ludimgr. Treysensis vicesima tertia Decembris.
 Georgius Leneck Franckfordiens.
 Henricus Orthius Marpurgens.
 Walterus Heusenstam equestris ordinis puer vicesima tertia Decembris.
 Cicero Asclepii vicereactoris filius vltima Decembris.
- Fol.36.b. Electus itaque vicarius eodem die conuocatos Collegii pomeriani scholasticos multis magnisque rationibus admonet, vt honeste viuendo nouum magistratum exornent. Hinc futurum vt non modo a deo optimo maximo caelestia, verum etiam hic in terris temporalia bona percipiant. Habituros enim clementissimum principem ob singularem Rectoris qui apud principem valeat plurimum auctoritatem*).
- Eodem die auocatus literis principalibus mag. Rector, itaque sequenti mox die acceptis conuiuio nobiliss. viris Georgio a Colonia praefecto et Cratone Ruio, professoribus etiam fere cunctis, reipublicae administrationem vicereactori commendans abiit.
- Nono eiusdem mensis die professores aduentum prudentissimi Cancellarii Ioannis Ficini gratulantes vino excipiunt.
- Vndecimo eiusdem mensis die Illustriss. Hessorum princeps, quo esset erga scholam animo, singulari diuinae clementiae argumento declarauit, siquidem professores in vniuersum omnes in arcem conuocatos liberalissimo et principe digno conuiuio accepit. Ornavit tantum conuiuium Christophorus a Tubenheym Rectoris frater Germanus Eques auratus, cui mox insequenti die vinum propinauit Academia.
- Fol.37.a. Decimo quinto die Iulii praestantiss. vir Ioannes Ficinus principis illustriss. et Academiae Cancellarius venit in senatum Academicum**).
- Primum vt Grammatica praelegerentur illis qui ad primam philosophiae lauream aspirant.
- Secundum vt maiorum facultatum professores, artium item et linguarum ex ordine

*) Sequitur spatium vacuum, in quo octo fere versus erasi esse videntur.

***) Nonnulla erasa esse videntur.

singuli semel in anno publicis disputationibus praesiderent. et Hebraeae Linguae professor ordini theologico est addictus.

Tertium Mathematico septuaginta florenorum decretum est stipendium, vt extra ordinem baccalaureandis principia Arithmeticae et spheram praelegeret.

Quartum vt Augustinus Berckheym medicus insignis ab vrbe Moguntina vocaretur ad lectionem physicam*).

Sequenti mox die, praesidente dno Cancellario vicerector habita oratione philosophica iuuentutem ad literarum studia adque honestissimas viuendi rationes est hortatus.

Vicesimo eiusdem mensis die homicida ex yffa (id pagi nomen est prope Alsfeldiam) cum e turri descenderet sistendus iudici, e summis schalis decidit illesus. Satis constat (aliter enim a plaerisque creditum est) vertigine capitis praecipitem decidisse. Huius igitur damnati caput academiae datum est. Cuius anatomiam Burcharthus Mithobius per duos fere dies demonstrans absoluit**).

Fol.37.b. Sub idem tempus Troianos ludos, spectaculum longe pulcherrimum exhibuit Cassellis Princeps Philippus. Ad hos ludos exornandos venerunt aliquot principes, Georgius Saxoniae dux, Hessorum principis socer, Ioannes filius cum vxore, quae principis nostri est soror, Henricus dux Brunswicensis, duo duces Luneburgenses, Wolffius et Ernestus Hennenbergenses, Comes ex Mansfelt, duo Comites ex Sulm, nobilitatis ingens numerus***).

Vicesima quinta Octobris Encomium Anatomiae habuit Ioannes Dryander artium et philosophiae doctor, tam facundus et eloquens quam modestus †).

Vndecimo Nouembris doctoratus insignia acceperunt Sebastianus Hebraeus et Mithobius Mathematicus, hic medicinarum, ille legum, promotore Ioanne Ferrario.

Fol.38.a.
vacuum.

Fol.38.b *Insigne gentis Taubenheimianae, cuius quatuor latera his versibus circumscripta sunt:*

Epigramma N. Asclepii.

Cernis magnanimi gentilia signa leonis,
Quae veterum longus praetulit ordo patrum.
Degener hic nemo, macti virtutibus omnes,
Macta animis semper longa propago nouis.
Sic tibi frater eques fuluum vestitur in aurum
Christophorus quam armis nec pietate minor.
At te dicentem cuncti mirantur amantque
Candorem ingenii docte Iacobe tui.

*) Iterum nonnulli versus erasi.

**) In marg.: Anatomia prima.

***) Fere octo versusum spatium rasurae vestigia exhibens.

†) Quinque versusum erasorum, ut videtur, spatium.

Fol.39.a. Philips von Gots gnadenn Lantgraue zu Hessen, Graue zw Catzenelnpogen etc.
 Lieben getrewen: Wir beuelhen euch hiemit, das ir vff Iohann Denners Vogt vnd anderer geordneten der Vniuersitet zu Martpurg ansynnen alle des Stiftts bey euch habende parschafft, guttere, inkommen an zinsen, renthen, gulten, pachten vnd andern nicht ausgescheiden, inuentirt, vnd hinfurter solche inventirung vnd alle des Stiftts obgemelt brieffe vnd siegell vnd registere zugleich verwarung in gemelter Vniuersitet vnd ewer hannden leget, vnd nichts mher darin thut, furnemet ader handelt, sonder gemelter Vniuersitet mit wissen vnd willen; Auch yedes jars in beysein irer zugeordneten Euwer rechnung vnd dismals inen, darzu jedesmals, szo genent Vniuersitet ire verordnete in solchen iren sachen hinfuro zu euch schicken wirdet, furters vnd inhalts aufrichtig thut, verlassen wir vns zu euch in Ernst gantzlich. Dat. Cassell Suntags den drey vnd zwentzigsten Ianuary, Anno Dni Millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

An Dechant vnd Capittoll zu Rotenbergk.

Georius Nuspicker vicecancellarius sspt.

Iohannes Strack dictus Hatzfelt, notarius publicus et scriba iuratus, Apostolica et Imperiali auctoritatibus admissus, ad collationandas praemissas literas vocatus et requisitus, manu propria in fidem scripsit et sspt.

Fol.39 b.
vac.

Fol.40.a.

(XXXVI.)

Anno a Natali Seruatoris nostri IHESV CHRISTI 1536 Academiae Marpurgen. albo inscripti sunt a Gerardo Geldenhaurio Nouiomago R.

Iacobus Mäylinus. 3. Ianuarii.

Foelicianus ab Heida Hamborgen. p.

Michael Henck.

Henricus Bock Eldacen. p.

Bonifacius Helphricht Erfurdianus. 6. Martii.

Laurentius Morsensis. 7. Martii.

Matthias Lympergius. 7. Aprilis.

Ioannes Dorbecker Neoclesianus eod. die.

Iodocus Gebenhuysen Francobergius.

Daniel Breitruck.

Ioachimus Vuestfalus. Magr. Vuittenberg.

Stephanus Ficardus Francfordianus.

Eodem mense Petrus Paganus Poeta laureatus, Poeseos atque Historiarum Professor, de aerumnis et miseriis humanae uitae publice peroravit.

Anno 1576 Februarii die 18 disputatio publica magisterii candidatorum habita est, praeside M. Georgio Sohn, uices D. Chunradi Matthaëi gerente.

Hi postea die 25 eiusdem mensis ob singularem eruditionem publice philosophiae magistri, quibus adiuncti septem bonae spei adolescentes fuerunt, artium liberalium Baccalarei a clarissimo doctissimoque viro D. Chunrado Matthaëo renunciati sunt.

Hoc mense Februario illustrissimi nostri principis Ludouici Secretarius Adamus Vinea, huius scholae alumnus, optime de omnibus praesertim literatis meritis, omnique laude dignissimus, pleurisi correptus, die 27 praedicti mensis uitam cum morte in uera Christi inuocatione commutauit.

Sub hoc rectoratu sancitum fuit, quod si quis professor ex conuocatione indicta sine iusta et legitima excusatione emaneret, Rectori poenae loco dimidium talerum numerare debere*).

Praeterea nec hoc praetereundum, quod mense Februario Francobergam perscribitur, D. Henricum Vietorem, sacrae Theologiae in hac schola professorem ac Marpurgi concionatorem, 7. Ianuarii ibi in domino placide obdormiisse. Cuius doctoris immaturam mortem non solum propter singularem eruditionem, uerum etiam pietatem ac humanitatem senatus scholasticus vna cum studiosis adolescentibus grauiter tulit.

*) Margini inscriptum est Poena consistorialis.

Die 14. Octobris anno etc. 75. de voluntate illustrissimorum principum nostrorum Ephoria, id est rei stipendiariae cura et administratio M. Danieli Arculario, Theologiae professori, commissa fuit*).

Fol.82.a.

Anno 1576.

Ad diem 9. Martii intra 9 et 10 horas antemeridianas clarissimus atque doctissimus vir Henricus Lerssenerus senior, quondam Hassiae Cancellarius summus, sacrarum literarum, uerae pietatis, iuris et virtutis studiosissimus, cum ultra quadraginta annos illustrissimo principi ac domino dno. Philippo Hassiae Landgraui, postea etiam Ludouico filio rerum potenti, operam suam addixisset, eamque dextre et fideliter praestitisset, et tandem propter infinitos labores diurnos ac nocturnos, domi militiaeque susceptos, uiribus exhaustus, cum per aliquot annos aduersa ualetudine affligeretur, Francobergae, quo una cum liberis suis profectus erat, ex hac uita, omnigenis calamitatibus et aerumnis exposita, in caelestem patriam ad aeterna gaudia placidissima morte, in praesentia liberorum, fratrum, sororis et amicorum, commigrauit: Cui ut aeternus pater domini nostri IESV CHRISTI laetam resurrectionem cum sanctis suis largiatur, ex animo ardentibus uotis precor. Funus autem eius postridie illustrissimi principis Ludouici consiliariis, aulae proceribus, liberis suis, fratribus, sorore, amicis, similiter senatu scholastico, studiosis, et uiris consularibus Franckenbergensibus, una cum magna parte populi comitantibus, ad templum honorifice delatum, ibidem terrae mandatum fuit. Concionem autem funebrem in ecclesia habuit reuerendus uir M. Casparus Tolden superintendens ecclesiarum ad Lanum: die uero 6 Maii, cum Vniuersitas pristino loco esset restituta, Marpurgi in Collegio Lani clarissi: atque doctissi: uir D. Bernhardus Copius, Dicasterii Hassiaci assessor dignissi. ac graecae linguae in hoc Gymnasio professor acutissimus, publicam orationem instituit de eius uita, pietate et uirtute. Quia autem defunctus semper huius scholae et omnium literatorum summus fautor extitit, ac eo tempore, quo a principe Philippo fundamenta huius scholae iacta fuerunt, celsitudinis ipsius a secretioribus consiliis fuit, et in ea non modo euehenda, sed etiam uera ac sincera religione, quae per aliquot secula falsis dogmatibus | deprauata, propaganda summum studium impendit: ut igitur tantorum beneficiorum aliqua esset recordatio, pietatis ergo filius Rector adiecit.

Fol.82.b.

Vicesima tertia Martii pro gradu doctoris consequendo in medicina, praeside D. Victorino Schonfeldt medicinae ac matheseos professore, Ioannes Niger Brunswicensis de pleurisi theses disputandas exhibuit.

Proxima subsequente die Antonius Dinckerman, ut in eum insignia Licentiae in iure ciuili licite conferri possent, publice praeside D. Valentino Forstero, iuris professore ordinario, de Renunciationibus respondit.

*) Haec uerba ab alia manu in extremo margine addita sunt.

Die uero 29 Martii publice in aede sacra, praesentibus consiliariis principis Ludouici, proceribus scholae multisque aliis honestis uiris, Antonius Dinckermannus in prolytam, ut uocant, iuris a D. Valentino Forstero, Ioannes uero Niger a D. Victorino Schonfeldt in Doctorem medicinae solenni ac consueto more creati sunt.

Circa finem Martii cum Francobergam nunciatum fuisset, Marpurgi pestem saevire desiisse, omnibus copia ad pristinam Musarum sedem conferendi se facta est, et Calend. Aprilis Marpurgi praesentibus plerisque professoribus, qui eo rursus cum suis commigrarant, calculatio prouentuum omnium bonorum Vniuersitati dedicatorum habita est.

Hoc etiam annotandum censuit rector, quod singulis professoribus Francoberga Marpurgum redeuntibus loco uiatici 15 floreni numerati fuerunt.

Fol.83.a. Postquam rector rursus Marpurgum appulerat, ac res suas componere studet, praeter omnem expectationem ab illustrissimis principibus Guilhelmo et Ludouico fratribus adferuntur literae, quibus illi iniungitur, ut nomine principis Georgii Hassiae Landgrauii, ipsorum Celsitudinum fratris, Ratisbonam, ubi tunc Imperator Maximilianus II. comitia agebat, acceleraret, ibique in Senatu Sacri Romani Imperii fratris uices sustineret. Cui mandato obsecundandum esse duxit, atque die 6. Maii arrepto itinere, 16. praememorati mensis eo uenit, ubi summa qua potuit fidelitate quae iniuncta fuerunt expediuit. Interim autem gubernacula huius Academiae patruo suo uiro clarissimo atque doctissimo, domino Iacobo Lerssenro, iuris utriusque doctori celeberrimo, consistorii Hassiaci assessori prudentissimo, huius scholae uicecancellario dignissimo commisit.

Appropinquantibus Calend. Iul., cum uicerector more recepto absentis atque in comitiis degentis rectoris officium resignasset, liberamque potestatem eligendi alium rectorem dominis professoribus fecisset, Senatus scholasticus rectori tale non cogitanti magistratum in sequentem annum prorogat.

Fol.83.b.
vac.

Fol.84.a.

(1576.)

Hermannus Lerssenerus Iuris doctor Hassus, dum huius Academiae magistratum II. gereret, a Calend. Iulii Anni 1576 usque ad Calend. Iul. Anni 1577, hos infra scriptos in album studiosorum recepit, quorum nomina haec sunt.

Guilhelmus Schenck nobilis.

Ioannes Leichthamer.

Henricus Rarus Membressensis.

Ioannes Laelius Veteranus.

Balthasar Orthius Veteranus.

Casparus a Fleckenbühel cognominatus
de Birgeln nobilis.

Ioannes Molitor Wolmariensis.

Wigandus Mogius Veteranus.

} 1 Maii Ao. 76.

- Iustus Breidenstein Bidencapius. }
 Osualdus Kröll Veteranus. } 1 Maii Ao. 76.
 Andreas Stockhausen Lindensis. }
 Casparus Keller Wetzflariensis. 2 Maii.
 Ioannes Schenck Moguntinensis. 4 Maii.
 Ludouicus Germudt Hattenheimensis. 6 Maii.
 Casparus Dippelius Francobergensis. 7 Maii.
 Ioannes Iacobus Gerauianus. 8 Maii.
 Petrus Castritius Darmstadinus. 8 Maii.
 Christianus Serarius Francobergensis. 9 Maii.
 Ioannes Weitz Laupachensis. 9 Maii.
 Fol.84.b. Arnoldus de Brülen nobilis. 9 Maii.
 Ioannes Kilgenstein Neapolitanus Francus. 11 Maii.
 Ioannes Schlecht Hombergensis. 11 Maii.
 Christianus Emmerich Francobergensis. 12 Maii.
 Philippus Hirn Hofheimensis.
 Christophorus Grauius Altendorffensis *) ad Salinas. }
 Henricus Grauius Spangenbergensis. } 14 Maii.
 Chunradus Fleischerus Aldendorffensis ad Lombam. }
 Ioannes Bucholtz Arenensis **) in praefectura Guttensbergensi. 16 Maii.
 Henricus Regener Gemundensis ad Woram. }
 Petrus Stöer Kirchagensis. } 18 Maii.
 Balthasar Trapp Giessensis. }
 Ioannes Vigelius Dreisensis. }
 Ioannes Streicherus Geismariensis. }
 Adamus Faurbach Fridbergensis. } 21 Maii.
 Chunradus Stecherus Fridbergensis. }
 Henricus Molterus Battimontanus. 25 Maii.
 Iacobus Wornserus Giessensis. 30 Maii.
 Gerlacus Wellerus Giessensis. 31 Maii.
 Bernhardus Gröerock nobilis. 4 Iunii.
 Gabriel Heckman Grunbergensis. 7 Iunii.
 Adamus Wittichius Giessensis. 13 Iunii.
 Wolfgangus Sifridus Butzbachensis. 27 Iunii.
 Wigandus Ioannes Schot Argentoratensis. 28 Iunii.
 Casparus Argilla Kauffungensis. 5 Iulii.
 Lucas Referus Hamelburgensis. 16 Iulii.

*) Antea scriptum erat Altenbergensis. — **) I. e. e pago Sand oriundus.

Fol.85.a. Ionas Homberger Bipontinus. } 4 Septemb.
 Casparus Stemperus Crucenacensis. }
 Haio Lemminga. } 17 Octob.
 Rempertus Friese. }
 Henricus Eubelius Neostadianus. 20 Octob.
 Euerhardus d. Weighe Hannoueranus. }
 Ioannes Lunde Hannoueranus. } 21 Oct.
 Hermannus Husen Hammonensis. }
 Ioannes Hesius Pickelsensis. 23 Octob.
 Ioannes Vogelius Saltzungensis. 27 Octob.
 Ioannes Brust Vrselanus. 28 Nouemb.
 Gabelus Wilstache } Hammonenses. 3 Decemb.
 Ioannes Nött }
 Constantinus Helwigius Hundelshusanus. 24 Decemb.

Anno 1577.

Ioannes Garkoch Cassellanus. 9 Ianua.
 Valentinus Knottarius Hombergensis. 19 Ianu.
 Iustus Tiburtius Hombergensis. 21 Ianua.
 Petrus Stephanus Cloppenheimensis. 1 Feb.
 Georgius Fridericus Wolff a Spanheim nobilis. 3 Feb.
 Augustus Sagittarius Dresdensis. 4 Feb.
 Eckhardus Vngefug Hesselrodanus. 26 Martii.
 Iacobus Thomae Meisenheimensis. 3 April.
 Casparus Niess Tremoniensis. 10 April.
 Ioannes Wernerus Hombergensis. } 12 April.
 Marcus Gerhardus Hombergensis. }
 Ffol.85.b. Euerhardus Brunckhorst Dauentriensis. 16 Apr.
 Amylius Rosenthal Hollandus. 18 Apr.
 Ioannes Meister Noforensis in Silesia. 19 Apr.
 Ortolphus Wolfius Schleusungensis. 23 Apr.
 Dionysius Molitor Vsingensis. } 24 Apr.
 Eckhardus Winckelman Hombergensis. }
 Henricus Neubel Holtmensis. 14 Maii.
 Georgius Wendelinus Cassellanus. 15 Maii.
 Georgius a Meisenbueg } fratres nobiles. 17 Maii.
 Wilhelmus a Meisenbueg }
 Ioannes Gobelius Hombergensis. 19 Maii.

Philippus a Glauburgk patricius Francofurtanus. 29 Maii.
 Henricus Sultzius Anruchtensis. 3 Iunii.
 Vlricus Stieber, Ioannis Cancellarii principis Bipontini filius. 7 Iunii.
 Nicolaus Waldenstein Cassellanus. 17 Iunii.
 Ioannes Mollerus Balhornensis. 17 Iu.
 Generosus dominus dominus Hieronymus Schlick Comes in Passaun, dominus in
 Weiskirchen et Schlackenwerde etc.

M. Iosephus Grabius Generosi Comitum praeceptor.

Elias Nicolaus { Lichtenstadiensis Generosi Comitum ministri. 18 Iunii.
 Georgius Krause }

Fol.86.a.

Adamus Cureus { Vratislavienses. 19 Iunii.
 Paulus Laurentius }

Ioannes a Münster nobilis. { 20 Iunii.
 Christophorus Meier Teckelburgensis. }

Paedagogici in matriculam hanc recepti et a Dno. Lazaro Schonero oblati.
 27 Iunii.

[*E paedagogicorum numero, ne nominum moles nimis accresceret, iam eos tantum
 afferre constituimus, qui aut ob patriam aut ob familiae nobilitatem aut ob ipsorum
 famam insigniores esse viderentur. Huius generis e centum viginti sex hoc loco in-
 scriptis sunt:*]

Gotfridus a Cram, strenui ac nobilis uiri Burchardi a Cram proprincipis
 Lani filius.

(Fol.87.a) Adamus a Stein { fratres nobiles.
 Reinhardus a Stein }

(Fol.88.a) Henricus Lerssenerus { Rectoris filii.
 Iacobus Lerssenerus }
 Nicolaus Lerssenerus.

Heiderichus Blanckenheim { fratres, rectoris ex sorore nepotes.
 Philippus Blanckenheim }
 Iacobus Blanckenheim*).

Henricus Ludouicus Schefferus, Reinhardi Cancellarii Guilielmi Landgrauii filius.

Ioannes Heintzenbergerus, Ioannis Cancellarii Ludouici Landgrauii filius.

Reinhardus Heintzenbergerus { filii Wolfgangi quaestoris in Blanckenstein.
 Ludouicus Heintzenbergerus }

Ioannes Ludouicus Riedesel { Hartmanni Vniuersitatis Aedilis filii.
 Adamus Riedesel }

*) Nicolai Lersseneri et Iacobi Blanckenheimii nomina postmodum ab eadem manu inserta sunt.
 Iacobus Lerssenerus Strieder VII, p. 494 auctore a. 1576 natus est, Nicolaus, Hermanni filius, demum
 a. 1579, ut dubitari possit, an alius sit is, cuius nomen h. l. legitur.

Cum ut supra annotatum est, schola quasi iure postliminii Marpurgi restituta esset, apud principes nostros illustrissimos rector effecit, ut in posterum stipendiarii magistri maiores propter labores, quos quilibet eorum per quinquennium hic sustinere cogitur, et nonnulli ex minoribus prouectiores, qui in prima mensa praepositi accumbunt, liberalius, quoad fercula, quam caeteri minores tractarentur, idque etiam postea speciali constitutione sancitum atque confirmatum fuit.

Ad finem Maii nunciatur Petrum Paganum Poetam laureatum, poescos atque historiarum in hac nostra alma Vniuersitate professorem, Wanfridae, quo ad matrem curandae ualetudinis gratia profectus fuerat, 29 die Maii naturae pensum absoluisse. Cuius immaturum obitum Apollo una cum toto choro Musarum acerbè defleuit.

Praeterea nec hoc reticendum esse duxit rector, quod illustrissimi nostri principes defunctis theologiae professoribus D. Henrico Victori et M. Henrico Orthio M. Nicolaum Rodingum, huius ecclesiae parochum, et D. Aegidium Hun, quem Tubinga huc uocant, substituunt. Ille prima Iulii in lectionem publicam de Pauli Apostoli encomio, et quod in eius epistolis omnes loci theologici continerentur praefatus, postea die tertia eiusdem mensis epistolam ad Timotheum auspicatus est. Hic uero die 5. Augusti orationem publicam in initio professionis suae de sacrarum literarum certitudine habuit, ac sequenti die expositionem Euangelistae Ioannis aggressus est.

Maximilianus secundus, Romanorum Imperator, dum comitia, quae Ratisbonae habebat, abrumpere conatur, praeter omnium expectationem 12. die Octobris moritur. De cuius obitu, cum filius Rodolphus II. Romanorum rex, qui tum Pragae Boëmorum agebat, certior factus esset, celeribus equis Ratisbonam contendit, ac ubi eo uenit, comitiis finem imposuit, Sacrique Romani Imperii gubernacula suscepit. Mortui Imperatoris corpus Pragam delatum, ibi honorifice mandatam terrae fuit.

Fol.89.a. Die 12 Octob. M. Nicolaus Rodingus theses de Iesu Christo uero et unico mediatore ac aliis fictis mediatoribus publice pro gradu doctoratus in theologia consequendo examinandas proposuit.

Die 19 Octob. Hermannus Niger Brunswicensis pro impetrando summo in iure gradu nonnulla themata de stipulationibus conscripta praeside D. Nicolao Vigelio publice defendit.

Die 22 Octob. Franciscus Hotomannus, Galliae Iurisconsultus facile primus, huc uenit, qui per aliquot dies satis liberaliter exceptus atque tractatus fuit a scholae proceribus.

Eodem die D. Henricus Botterus Hollandus ab illustrissi nostris principibus accersitus, ut in hoc nostro Gymnasio medicinam profiteretur et exerceret, nos accessit.

Die 25 Octob. M. Nicolaus Rodingus a D. Aegidio Hun in Doctorem theologiae, Hermannus uero Niger a D. Nicolao Vigelio in vtriusque iuris Doctorem recepto ac con-

sueti more creati atque renunciati fuerunt, cui celebri et solenni actui D. Hotomannus interfuit.

M. Ioannes Ferinarius, qui Vratislaviae in Silesia commorabatur, literis scholae, uolentibus id nostris principibus illustrissis, huc uocatus, ut uita functi Petri Pagani Poetae uices sustineret, die 18 Octob. cum tota familia aduenit, atque 13 die Ianuarii Anni 1577 publicam orationem de horribili rabie et terribili successu Solymani Turcici aduersus ecclesias et respub. christianas habuit, ac postera die Chronica Philippi Melanthonis profiteri coepit.

Die 20 Decemb. Ao. 76 D. Bernhardus Copius decem doctis adolescentibus gradum magisterii in philosophia publice contulit.

Die 13 Maii Ao. 77 sedecim ingenui iuuenes prima Laurea a D. Petro Nigidio iuniore coronati fuerunt.

Fol.89.b. Te nunc, Iesu Christe fili Dei uiui, crucifixe pro nobis et resuscitate, qui regnas ad dexteram patris, toto pectore oro, ut in hac mundi ceu fatiscentis aetate semper tibi ecclesiam uoce Euangelii in his regionibus colligas, ac spiritu tuo sancto illam sanctifices, dissidiaque doctentium in ecclesia (quibus nihil peius est) tollas ac uulnera sanes, ut te uere inuocemus et officia tibi placentia praestemus, principesque nostros Illustrissimos protegas, serues ac tuearis, ut diu salutari gubernationi et defensionis doctrinarum publicaeque pacis superstites sint, et tandem cum ex hac lachrymarum ualle nobis emigrandum sit, mitis appareas, nosque in agnitione tui aduersus tela diaboli conserues, et in nouissimo die gloriosam resurrectionem nobis largiaris, ac reformata nostra corpora, configurata corpori claritatis tuae, in beatam sedem aeternae patriae colloques, ut exultemus in gloria, et inter Angelicos choros beatosque spiritus coelestibus deliciis semper perfruamur, et tibi una cum patre ac spiritu sancto in trinitate indiuidua gratias agamus in secula seculorum. Amen.

Hermannus Lerssnerus D. sst.

Nescit funera uirtus.

Horat.

Rebus angustis animosus, atque

Fortis appare: sapienter idem

Contrahes uento nimium secundo

Turgida uela.

Fol.90.a.
vac.

Fol.90.b. Hieronymus Schlick Comes de Passaun Dominus in Weiskirchen pro tempore rector, cui adiunctus fuit uicerektor clariss. et consultiss. uir D. V. I. Chunradus Matthaeus Alsfeldianus *).

*) Haec uncialibus literis et liquore rubro scripta sunt. Insequitur in eadem pagina insigne Schlickianum splendidissimis coloribus pictum.

Fol.91.a.

(1577.)

Hieronymus Schlick Comes de Passaun Dominus in Weiskirchen et Schlackenwerda: consentientibus suffragiis professorum laudatissimae huius Academiae, Calendis Iulii, Anno ab instaurata salute humana millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Rector creatus et designatus, subscripta studiosorum nomina in album Vniuersitatis huius retulit.

Honorius Cureus Glozouiensis. 5 Iulii, qui post paucas septimanas hic obiit.

Andreas Rasorius Corbacensis.

Christianus Sagittarius Dresdensis. } 10 Iulii.

Henricus Bocerus Padebornensis.

Leonhardus Thebing Lünebergensis. } 14 Iulii.

Georgius Schele } Vuestphali nobiles ex comitatu de Marca Ducis

Fresendorpius ab Höuel } Cluensis. 16 Iulii.

Hartmannus Bulmannus Ursellanus. 22 Iulii.

Elias Gundelach Almarodensis. } 2 Augusti.

Iosephus Hockenus Plauensis.

Iohannes Vuissema } Leouardienses

Iohannes Holdinga } Frisii occidentales. 6 Augusti.

Theodoricus Liuius Franequerensis

Daniel Blockius Harlingensis

Iohannes Dissaeus Libenauensis. 6 Septembris.

Fol.91.b.

Chunradus Iacobi Moguntinensis. } 7 Octobris.

Petrus Paulus Resensis.

Hieronymus Fokentalius Witzenhusanus. 8 Octob.

Iohannes Caspar Hecker.

Guernerus Zürmüllenn Vuarndorffensis.

Christophorus Braun Steindorffensis. } 15 Octobris.

Iohannes Copius Monasteriensis.

Hermannus Tacitus Hammonensis.

Daniel Selinus Mosellanus. } 19 Octob.

Petrus Agendorfius Lunacensis.

Georgius Sucher Stamensis. } 20 Octob.

Petrus Maus Hanensis.

Andreas Gnad Hamburgensis.

Iacobus Varmeier } Ossenburgenses.

Hermannus Stal }

Bernhardus Dunheud[?] Vuilfeldensis.

Rempertus de Kerschenbruch Brunswicensis.

Theodorus Liuius*).

*) Hoc nomen postea insertum est.

- Ioannes a Berbisdorff nobilis Misnensis natione. 10 Nouemb.
- Philippus A Wikede }
 Andreas A Uuikede } Tremonienses. { 13 die Nouembris.
- Litigerus ab Huis Vuestphalus.
- Christianus Nicerus Laubachensis.
- Hermannus Rottman Rauschenbergensis. 17 Nou.
- Gellius Aconius Frisius. 20 Nouemb.
- Victor Heringa Ab Eggelingen.
- Daniel Biberus Mündensis. 3 Ianuarii Anno 78.
- Martinus Reinking Geruensis. 22 Ianuarii Anno 78.
- Henricus Lauaterus Tigurinus. 26 Martii 78.
- Henricus Gernandus Wetteranus. 3 April. 78.
- Fol.92.a. Christianus Weiss Vormatiensis. {
 Georgius Fettich Argentinensis. } 7 Aprilis.
- Adolphus Guilielmus Textor Dreisdensis. 10 Aprilis.
- Iohannes Daemon Merlensis. {
 Rubertus Molitor Fridburgensis. } 14 Aprilis.
- Isaacus Tumerlinus Boliensis. {
 Conradus Mengerus Windecensis. } 15 Aprilis.
- Nicolaus Stippingius Dreisensis.
- Iohannes Iunkerus Freiensteinensis. {
 Bartholomaeus Textor Dreisdensis. } 23 Aprilis.
- Hartungus De Stockhausen Saxo. 24 Aprilis.
- Theodoricus Krollius Bohemus Cadanensis. 3 Maii.
- Hermannus Fabricius Cassellanus. 4 Maii.
- Iohannes Textor Wolffhagensis. {
 Nicolaus Temps Springensis ex ducatu Erici Brunsuicensis. } 6 Maii.
- Iohannes Molerus Asconius. {
 Ditmarus Koch Koslariensis. } 7 Maii.
- Henricus Quaedtbeck Tremonianus. 9 Maii.
- Antonius Schilling Vratislouiensis. {
 Daniel Hotomannus Geneuensis. } 10 Maii.
- Iohannes Göddaues Vuestphalus ex ciuitate Schuuerdt. 10 Maii.
- Ernestus Cothmannus Lemgouiensis. {
 Georgius De Vurede. } 11 Maii 78.
- Gotschalculus Grabeus Lemgouiensis.
- Michael Schiller {
 Fridericus Vttmann } Vratislouienses. { 16 Maii.
 Gottfridus Uttmann }
 Seifridus Riebisch }

Iohannes Breylich Nouoforensis. 16 Maii.

Ioannes Iacobus Colerus

Iohannes Henricus Schweitzer } Tigurini. 22 Maii.

Conradus Ochsner

Fol.92.b.

Iohannes Kempfer Wetteranus. 24 Maii.

Franciscus Hesus Bremensis. 25 Maii.

Engelbertus A Doetinchen Transulanus. 25 Maii.

Iacobus Tremulaeus Geneueusis. } 27 Maii.

Porphyrius Krollius Wetteranus. }

Ioannes Fislus Wetteranus. 30 Maii.

Iohannes Helfenstein Lichtenburgensis. 30 Maii.

Otho Henrich A Bodenhausen. } 3 Iunii.

Melchior von Bodenhausen. }

Adamus Bubardiensis.

Iohannes Embden Monasteriensis. } 7 Iunii.

Henricus Knopeus Dreisensis. }

Adamus Bubardiensis Minor.

Iohannes Rauschenberger Fachensis. 8 Iunii.

Sibo a Dornum Frisius. } 9 Iunii.

Reinerus Langius Bremensis. }

Theodorus Rutenerus Tigurinus. } 10 Iunii.

Franciscus De Linage Victriacensis. }

Iohannes Bolmanus

Hermannus Cyrenbergius } Brunsvicenses. 11 Iunii.

Hermannus a Wecheltt }

Hermannus Wuller Bodenburgensis. 13 Iunii.

Bucho A Fritzema.

Rudolphus Hartitzen. } 17 Iunii.

Egricus Aggacus.

Nicolaus Petzelius Blauensis. 18 Iunii.

Iohannes Berckman Wilfeldiensis. 24 Iunii.

Illustris et generosus Comes ac Dominus D. Otto Comes Mansfeldensis, Nobilis

Dominus in Heldrungen, tum temporis Rector Academiae Ienensis, frater et
amicus meus longe carissimus.

D. Paulus Pressius S. Theologiae Doctor olim meus carissimus praeceptor. 11 Iunii.

Adamus Huberus Medicinae Doctor Mesrizenus.

Iacob Monau Vratislaviensis.

Abrahamus } Spindleri Schlakenwerdensis. 12 Iunii.

Iohannes }

Ab his rogatus propter consuetudinem aliarum Academiarum honeste denegare non potui.

- Fol.93.a. Paedagogici in numerum studiosorum a Domino Lazaro Schönero in meo magistratu oblati.
- Inscripta sunt quadraginta nomina, in quibus*
- Fol.93.b. Georgius Rudolphus Schenck Schuueinsbergensis.
Otto Fridericus Milchling genant Schutzbar.
Iohannes von Beunenburg zu Lengsfeld.
- Paedagogici oblati a clarissimo et praestantissimo Viro D. M. Paedagogiarcha Iohanne Ferinario.
- Quinquaginta tres inscripti sunt inde a d. 26. Martii usque ad d. 24. Iunii a. 1578, in quibus*
- Iohannes Heintzenbergerus Marpurgensis Amplissimi Cancellarii Marpurgensis filius,
vix diversus ab eo quem superiore anno Lerssenerus inscripserat.
- Fol.94.a. Henricus Von Bodenhausen.
Curt Vonn Bodenhausen.
Crafft Von Bodenhausen.
- Fol.94.b. Quae sub meo magistratu gesta sunt.
- Die Augusti duodecimo publice orationem habui de Decalogo et eius fundamentis, sub eam meo jussu recitatae sunt statuta et leges Academiae. Fuit actus hic celeberrimus frequentia Dominorum Consiliariorum, Professorum et studiosorum.
- Mense Nouembri de studiis nostri coetus scholastici censuram egi. In singulis facultatibus aliqui summos gradus honorum consecuti sunt. Secundo Nouembris Clarissimus Vir D. Doctor Victorinus Schönfeld Decanus et promotor insignia Doctoratus contulit Doctissimo Viro Iohanni Dryandro, quo ipso die promotus simul nuptias celebravit et factum est decretum quod sequitur.
- Anno Domini 1577 Mense Octobri duabus vicibus petiit M. Iohannes Dryander Marpurgensis primo per ViceRectorem, deinde per Magnificum Dominum Rectorem ipsum a Senatu Academico, sibi ut liceret secundo die Nuptiarum suarum, quas propediem celebraturus esset, gradum Doctoris in arte Medica suscipere, et uno eodemque conuiuio omnes cum qui nuptiis tum qui promotioni interfuturi essent, excipere. Quod quanquam primum ei denegatum fuit ab Academia, cum quod ante D. Adamo Lonicero idem denegatum fuisset, tum quod duo diuersi actus minime confundendi uiderentur: tamen postea habita rursus deliberatione propter certas causas unanimi consensu Professorum permissum est et decretum, ut alter actus primo die Nuptiarum celebraretur, ita ut in collegio Lani matutinis horis promotio primum perageretur, eaque peracta recens creatus Doctor itemque sponsa eius ad templum urbis deduceretur, ibique audita prius concione, ut moris est, matrimonium iniretur, e templo postea in curia ad prandium iretur. Mouit autem Rectorem et Senatum Academicum ut M. Dryandri petitioni concederet, quod

idem esset olim cum N. Studaeo D. Iohannis Ferrarii genero factum, quodque in aliis Academiis praesertim Witenbergensi et Lipsiensi idem fieret, praecipue autem, quod ipse, qui hoc peteret, Professoris olim de Academia bene meriti esset filius, quodque in summa caritate promotio ei aut nulla aut difficilis fuisset futura. Placuit autem | ut hoc beneficium in posterum sit speciale, et ad eos tantum, qui parentibus professoribus nati sunt, pertineat *).

Decimo nono Decembris octodecim docti iuvenes creati sunt Magistri optimarum disciplinarum et artium Decano in facultate Philosophica Clarissimo D. Doctore Bernhardo Copio et promotore Clarissimo D. M. Lonicero.

Anno 78. Die primo feriarum Natalis Domini a prandio orationem recitavi de incarnatione Christi praesente Domino Proprincipe, praeside supremi iudicii in Hassia, Nobili Domino Iohanne Riettesel, Consiliariis Illustrissimi Principis, item Secretario Cassellano.

Et decretum est a facultate Theologica et uniursa Academia, ut tribus festis insignioribus quotannis ab uno ex Theologis habeatur publica oratio de rebus quae in templis illo festo tractantur.

Nono Ianuarii Promotore Reuerendo et clarissimo viro D. Nicolao Rodingo Clarissimus et doctissimus Vir Georgius Sohn Hebraicae Linguae Professor et Theologicae facultatis Decanus factus est Doctor Theologiae. Et promotore clarissimo et consultissimo Viro I. V. Doctore Valentino Forstero Professore primario et Decano facultatis iuridicae Licentiae titulo et gradu decoratus eruditione et humanitate praestans Alexander Grote.

Clarissimus et praestantissimus pietate et eruditione Vir D. M. Iohannes Ferinarius Historiae professor Dominica Invocavit praefectus est Gymnasio literario Marpurgi in Collegio Lani paedagogiarcha, et de optimo statu reipublicae, de praecipuo magistratus officio, et de dignitate doctrinarum pietatis et bonarum artium publice peroravit. Commendatus est a Domino Vicerectore discipulorum coetui.

Septimo Februarii Clarissimus Vir et Medicinae Doctor Iohannes Wolfius ab Illustrissimo Principe cooptatus est in numerum Professorum et 16. eiusdem mensis receptus est ab Academia.

Decimo Martii Rationibus Academiae interfui, quae redditae sunt octiduo strenuo D. Proprincipi Marpurgensi, Clarissimo D. Doctore Henrico Canisio Vicecancellario et D. Henrico Hespergero Secretario Cassellano, et Domino Magistro Camerae.

Quarta die Maii publice orationem dixi de uita Christiana bene instituenda.

Septima Maii 17 Adolescentes Baculaurei publice promouente Doctore Saschero renuntiati et declarati | sunt.

Iterum censuimus studiosorum disciplinam et sedulitatem 26. Maii.

Decimo nono Iunii prandium Rectoratus dedi, ad quod Illustrissimi Principis clementia missus et ipsius Celsitudinis loco praesto fuit clarissimus et Iuris consultissimus Vir D.

*) Post haec verba maxima huius paginae pars vacua est; exeunte ea tres versus exstant.

Dauid Lucanus. Considerunt in eodem mensae decem. Conuiuium totum fuit hilaritate omnium hospitem iucundissima et suauissima festiuum et conditum.

Prima Iulii deposui prouinciam et publice gratias egi pro omnibus beneficiis, quibus in hoc loco humanissime acceptus et affectus sum. Quorum perennem memoriam conseruabo uniuerso meo uitae cursu.

Quod superest aeterno Deo et Patri Domini nostri Iesu Christi per filium suum Dominum nostrum Iesum Christum nobis reconciliatum et propiciam toto pectore gratias ago, quod Ecclesiae in his terris inter saeuas tempestates iactatae tribuit quaedam haecyonia, ut discere doctrinam de essentia et voluntate ipsius et seruire et vacare laudibus et gloriae sanctissimi nominis eius et colere bonarum literarum studia possimus. Tum quod saluos et incolumes tuetur et gubernat Illustrissimos Principes Landgrauios Hassiae Dominos nostros clementissimos, ut sint munificentissimi nutrices Ecclesiae et uigilantissimi custodes ueritatis coelestis et disciplinae ac pacis publicae. Deinde quod liberalissima et benignissima manu spargit et suppeditat omnia, quae uel ad aeternam illam et beatam uitam capessendam nos instruunt et perducunt, uel ad hanc miseram et caducam sustinendam pertinent ac necessaria sunt. Et ardentem peto, ut per et propter Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum sibi perpetuo in his terris Ecclesiam colligat, non barbaricam uastitatem, quam molitur et miratur Sathanas cum suis organis, fieri sinat, omnia scandala tollat, Illustrissimorum principum Landgrauiorum Hassiae, denique omnium piorum ac bonorum, qui non propriam sed Dei gloriam quaerunt, ipse summus protector et amplissima merces sit, ut se futurum promisit. Denique sanctificet et regat nos suo spiritu suo*), ut eum in hoc et in futuro seculo et laudum debarum praeconiis et uitae totius conformitate et obedientia celebremus, et sic ipsius bonitatem immensam perpetuo experiamur et sentiamus**).

Philip: Mel:

Vespera iam uenit, nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem ne patiare tuam.

Hieronymus Slick Comes de Passaun,
Dominus in Weiskirchen, S. Theologiae
Studiosus. 30 Iunii etc. manu propria sst.

Fol.96.b.
vac.

(1578.)

Fol.97.a.

Anno uirginei partus 1578 ipsis Calendis Iuliis plurium eorumque primorum sententiis ac suffragiis renunciatus est quintum Academiae Marpurgensis Rector Chunradus Matthaues Alsfeldianus, Iuris Doctor, Dicasterii Adessor, et Eloquentiae Professor ordinarius. Sub cuius magistratu sequentes in album relati sunt:

*) Sic scr., uoluisse uidetur sancto spiritu suo.

**) Ea sola quae sequuntur sua manu scripsit Rector.

Siberandus Lubbertus Frisius.
 Reinerus Hotzfelt Montanus. 8 Iulii.
 Ioannes Hentzeman Gottingensis. 4 Aug.
 Ioachimus a Bröetzen Brunswicensis.
 Georgius a Dassell Luneburgensis.
 Sigismundus Buchner Noribergensis. Hi tres dederunt nomina sua 18 Augusti.
 Gotfridus Wevelkoven Iuliacensis. 6 Septemb.
 M. Mihael Sandberger Stuggardianus. 16 Sept.
 Bartholdus Fronius Bilveldiensis. 18 Septemb.
 Iodocus Wahlius Cassellanus. 19 Septemb.
 Andreas Baudiss: Vratislaviensis. 26 Septemb.
 Alexander zum Lamb Spirensis.
 Fridericus Burchhart Spirensis.
 Philippus Burchhart Spirensis.
 Ioannes Philippus Flach Heydelbergensis.
 Christophorus zu dem Lamb Spirensis.
 Ioannes Metzlerus Bobenhausianus. 28 S.
 Ioannes Mageirus Fridslariensis. 2 Octob.
 Andreas Kniche Ascanius. } 9 Octob.
 Valentinus Hervigk Ascanius. }
 Aegidius Nothaeus Schwertensis. 10 Octobr.
 Martinus Schinckius Stadensis. 10 Octobris.
 Albertus Goebelius Cattohomburgensis. 12 Oct.
 Arnoldus Scheperus Wesaliensis. 16 Oct.
 Adamus Brenderus Hachenbergens. 23 Oct.
 Theodoricus a Staffhorst. } 29 Oct.
 Iustus Cramerus Hoiensis. }
 Ioannes Lanus Rentelensis. 1 Nov.
 Nicolaus Richmannus Oldendorp. } 6 No.
 Nicolaus Frisius Munderens. }
 Ioannes Bloccius Monasteriensis. 8 No.
 Fridericus Adelhorn Hoigensis. 17 N.
 Albertus ab Haspergen Hoiensis.
 Wendelinus Hachenbergius Lauterbach.
 Edo Hildericus Ieverensis. 14 Decemb.
 Bartholomaeus Copius Frisius Orientalis.
 Ioannes Theisius Budingensis. 4 Ian.
 Ioannes Krughers Frisius. 16 Ian.
 Bartholomaeus Porr pictor Giessensis. 26.
 Ludouicus a Boenenburgk in Lengsfeldt.

Fol.97.b.

- Fol.98.a. Bucho Viarda Frisius Licentiatus Iuris.
 Ioannes Nortwoldianus alias Merort. 4 Mart.
 Arnoldus Freundt Westphalus. 10 Mart.
 Melchior a Campen Brunswicensis. 17 M.
 Rodolphus a Munster Westphalus. } 12 April.
 Ioannes Menger Lingensis. }
 Hermannus Alopicus Swertanus. 20 April.
 Arnoldus Dithmannus Steynfordiensis. 25 A.
 Eberhardus Hag Wormatiensis. eod. Apr.
 David Georgus Vrsellanus. 4 Maii.
 Ioannes Seyler Cassellanus. 5 April.
 Mauritius Hassiae Lantgravius, Wilhelmi principis filius, volente patre de hac
 schola omnibusque literatis optime merito se inscribi fecit Maii 4*).
 Christianus Gravius Allendorphensis ad Werrham ex Salinis Hassiacis. 5 Maii.
 Arnoldus Freisius Hoiensis. 6 Maii.
 • Ioannes Faber Bonimontanus. 7 Maii.
 Bernhardus Hoffman Troezensis. } 8 Maii.
 Georgius Goetzius Troezensis. }
 • Petrus Faber Mintzenbergensis. 9 Maii.
 Hermannus Ruttenus vulgo Reus Babenhausanus. 14 Maii.
 Martinus Nykamor Frisius Orientalis eodem.
- Fol.98.b. Siccus Pomponius } Gruningenses Frisii. 14 Maii.
 Tiarco Dodonaeus }
 Matthias Schöningk } Bilveldiani. 14.
 Iodocus Lennepesel }
 Henricus Pauli Francofardianus. 18 Maii.
 Chunradus Spielman Orbensis. 19 M.
 Ioannes Grott Lemgoviensis. eod. die.
 Theotardus ab Heerma Frisius Occi. 20 M.
 Wilhelmus Iustus Westphall.
 Rabenus Westphall. } 26 Maii.
 Lubertus Riesen Wunnenbergensis. }
 Ioannes Speierman Mengerkhusensis. Maii 27 die.
 Wilhelmus Mollerus Allendorphensis. 28 M.
 Sebastianus Wintersolerus Augustanus. 1 I.
 Hermannus Schuchardus Eschwig. 4 Iunii.
 Hermannus Ortwinus Francoberg. 4.
 Henricus Winandus Newkirch. 5 I.

*) Septimo aetatis anno nondum confecto; natus enim erat d. 25. Maii 1572.

- Ioannes Sigismundus a Bernsteyn. 8 Iu.
 Menhardus a Knipphausen Frisius. } 11 Iun.
 Ioannes Althusius Monasteriensis. }
 Chunradus Hagk Iuliacensis. 14 Iu.
 Martinus Wizelius Rotenburgensis. 16.
 Fol.99.a. Georgius Schell Buchenensis. 16 Iunii.
 Carcilius Palant Clivensis. 18 Iunii.
 Stephanus Bombeck Strombergensis. } 22 Iunii.
 Theodorus Kloth Alensis. }
 Christianus Friedericus Vierdanus. 26 Iunii.
 Andreas Rauchbar Quedelburgensis. vlt. Iun.

Paedagogici pueri a Dno. Paedagogarcha oblati per hunc annum.

Inscripti sunt octoginta septem, inter quos

- Fol.99.b. Iulius a Meckma Frisius.
 Bartholomaeus a Starekenburg Frisius.
 Fol.100.a. Georgius Rabus Schenck in Schweinsperg.
 Henricus Bernhardus Schenck in Schweynsb.
 Fol.100.b. Dothias Viarda.
 Ludovicus Casimirus a Cram.
- Fol.101.a. Hoc meo in Magistratu Decembris XV. Anno 1578 a Comite Palatino Ludovico Sacri Romani Imperii Electore etc. missus ad hanc Academiam Edo Hildericus Ieverensis, vt ibi insignia Doctoralia in Theologia reciperet, promotus est in Doctorem Theologiae a doctissimo viro D. Aegidio Hun Facultatis eius Professore celeberrimo.
 Anno eodem Decembris XVIII. iuvenes 18 literis probe exculi Magisterii gradum in se conferri fecerunt, perorante viro perspicacissimo Victorino Schönfeldt Mathematico et Medicinae Doctore.
 Anno eodem Decembris XX. Ioannes Hartmannus Grunbergensis Cancellariae Secretarius vir et doctus et doctorum fautor summus diem suum obiit ac postridie in
 Fol.101.b. ipso die Divo Thomae sacro honorifice multis cum comitantibus | eum lugentibus sepulturae mandatus est.
 Anno 1579 Ianuarii 20. migravit ex hac vita aerumnosa vir egregius ac prudens Hartmannus Riedesell huius Civitatis senator, Collector pecuniae stipendiariae et Vniuersitatis Aedilis.
 Anno eodem Iunii 4. die promoti sunt adolescentes 14 in Baccalaureos et iuvenes duo Emanuel Wildenerus Marpurgensis et Sebastianus Wintersolerus Augustanus in Liberalium Artium et philosophiae Magistros perorante M. Petro Nigidio Seniori.
 Anno eodem Iunii XXV. vitam cum morte commutavit Vir Doctissimus Nicolaus Sascherus Medicinae Doctor et Physices Professor ordinarius atque huius anni Facultatis

artium Decanus. Cui vtinam succedat vir aequae doctus, qui ipse non sibi tantum et suis, sed et quibusvis aliis prudentibus ac doctis viris sapere videatur.

Fol.102.a. Ceterum hoc anno Proprinceps Hassiae superioris Burckhardus a Cram accersitis ad se Professoribus nonnullis indicavit Illustrissimum Principem ac dominum Dnm. Ludovicum Lantgravium etc. ab Vniversitatis proceribus clementer cupere, vt suae Celsitudini templum Dominicanum ad granarium ibi extruendum concedant. Quod etsi plerique praesentes inviti audiebant, propterea quod templum illud iam pridem destinatum esset concionibus Stipendiatorum et sepulturae dominorum Professorum: tamen cum »potentiorum preces habeantur armatae, ac Principum rogare sit imperare«, responsum tum est per praesentes: se non ita magnopere reluctaturos esse, si modo Chorus (quem vocant) non occupetur, sed, vt antea, Academiae liber, ad suos vsus relinquatur: sed cum id, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, propediem convocationem plenam cogendam esse, qua et alii super hoc postulato audiantur, et quid fieri velint ordine rogentur. Auditi ergo et rogati omnes responsum prius datum approbarunt, idque eo facilius, quod iam antea sub viris consultiss. Ioanne Ferrario et Ioanne Oldendorpio Academiae gubernatoribus D. Rhodo medico permissum esset, vt posteriori parte Templi illius pro Officina et Horreo abuteretur.

Fol.102.b. Interim tamen nobis inopinantibus nec quicquam tale cogitantibus Architectus Principis (nescimus cuius iussu aut suasu) vtramque templi partem occupavit, et in eo quatuor tabulata, in quae frumenta reponerentur, extrui fecit. Cum tamen nos Chorum Academiae expresse reservassemus, et non nisi vnum tabulatum idque sub tecto pro granario extractum iri credidissemus, eo ipso moti, quod nobis spes fiebat, Principem tectum, si opus sit, suis sumptibus subinde sarturum atque renovaturum esse. Nolumus tamen nos opponere hisce conatibus, ne forte omni gratia eorum, quos maxime placatos habere oportebat, excideremus, et tandem quid durius experiri cogeremur.

Fol.103.a. Insuper sub finem huius Magistratus Illustrissimi Principes ac domini Dns. Wilhelmus et Dns. Ludovicus Hassiae Lantgravii etc. Mecoenates nostri clementissimi clarissimum Iuris Doctorem et Professorem ordinarium Hermannum Lersenerum | in locum patris sui Dni. Doctoris Iacobi Lerseneri viri consultissimi ac Dicasterii Adsectoris dignissimi, quinta Martii eiusdem anni vita defuncti, surrogarunt, vt is Vicecancellariatum gereret, et non tam Actibus publicis, quam moribus regendis praecesset.

Faxit Deus trinus et vnus, vt haec Academia eiusque Professores suos semper habeant patronos et defensores, qui eam cum suis membris diligenter foveant, atque bene meritorum, e quorum numero (absit arrogantia verbo) me vnum profiteor, qui non solum annos quadraginta tum in Paedagogio tum in Academia qua debui fide ac diligentia publice praelegi, sed etiam Vniversitatis bona, id quod ex praecedentibus Rectoratibus constat, auxi: viduas et liberos sibi quam commendatissimos habeant, eosque suo auxilio consilioque iuvent atque provehant. Amen.

Chunrad Matthaeus D. ssst.

Fol. 103. b.

(1579.)

Anno a Christi Iesu servatoris nostri ex Virgine partu MDLXXVIII calendis Iulii, communi professorum consensu Nicolaus Rodingus Theologiae Doctor et professor, ac Ecclesiae Marpurgensis pastor in Academiae Rectorem electus est, a quo in album eiusdem Academiae relati sunt:

Theophilus Rithius Waldcappellensis.

Ioannes a Rannda.

Ioannes Buchenhagius Helsburgensis.

Samuel Bonillus Schaffhusianus.

Melchior Hurterus Schaffhusianus.

M. Philippus Prederman Besuicensis.

Ioannes Hosp Ursellanus.

Martinus Rhenanus Aldendorffensis.

Ioannes Rupelius Stembachensis.

Michael Achpach Stirtatensis.

Egbertus Alberda Groningensis Frisius.

Bernhardus Elsenius Phrysius.

Ieremias Cameranus Neagoreus.

Ioannes Berge Essendiensis.

Fol. 104. a. Ioannes Molterus Battimontanus.

Georgius Lolius Grebensteinensis.

Ioannes Bleidnerus Neagoreus Palatinorum.

Petrus Lucius Rensensis.

Ioannes Heppius Hirsfeldensis.

Ioannes Mylius Wormatiensis.

Thomas Cappeller Austriacus.

Georgius Richter von Oßmündt Schreiber
vündt Rechenmeister.

Matthias Phenius Dillenbergensis.

Egidius Cholerus Meltenburgensis.

Ioannes a Randaw.

Ioannes Besselius Mindensis.

Ioannes Vsingerus Vrsellanus.

Ioannes Liebrichius Wetzflariensis.

Abrahamus Scheiblich Misnensis minister
Ecclesiae Sigenensis.

Georgius Schilt Fuldensis.

Stephanus Malgett Genevensis.

Christianus Zindelius Allendorphensis.

Paulus Engelhardus Aldendorphensis.

Ioannes Gotslebius Aldendorphensis.

Rabanus Viotor Corbacchensis.

Antonius a Rehe Butzbachensis.

Henricus Chytraeus Wolffhagensis.

Georgius Bremerus Stadensis.

Hermannus Homberg Hombergensis.

Casparus Selenus Gudemspergensis.

Conradus Zolnerus a Speckswinckell.

Ioannes Weslingus Osnaburgensis.

Christophorus Warmejer Osnaburgensis.

Ioannes Koel Volcmariensis.

Martinus Heupingius Lemgoviensis.

Ioannes Haius Liechtenauiensis.

Fol. 104. b.

Paedagogici pueri a Dno. Paedagogiarcha oblati.

Inscripti sunt sexaginta duo, inter quos

Fol. 105. a. Ioannes a Viermundt.

Iohannes a Schonstadt.

Fol. 106. a. Bernhardus ab Hundt.

Rembertus a Brencken.

Bernhardus a Brencken.

Wigandus Lonicerus Marpurgensis.

Fol. 106. b.
vac.

Fol. 107. a.

(1580.)

Anno Christi redemptoris nostri MDLXXX Calendis Iuliis communi professorum consensu Rector creatus est Regnerus Sixtinus I. V. D. Professor ordinarius, Consiliarius Hassiacus et Dicasterii Hassiaci assessor, a quo in album Academiae Marpurgensis relati sunt:

Luduicus Villicus Minolindensis.	Hermannus Francobergensis Fritzlouiensis [sic].
Hermannus } Eckbrechtus } a Malsburg fratres.	Stephanus Hartefeldt.
Henningius a Warninghausen ex Dioecesi Coloniensi oriundus.	Engelbertus Cratzius Paderbornensis.
Henricus Crato Volckmariensis.	Ioachimus Pilgrinus Wolfhagensis.
Conradus Barchels Reidemensis.	Theodorus Vietor Ligensis.
Franciscus Marschalek ex Dioecesi Bremensi.	Valentinus Ficinus Homburgensis.
Burckhardus Beer.	Guilielmus Rebellius Nemensis.
Conradus Arnoldus Essenus.	Willichius Vischer Mindensis.
Otto Homans Frysus Dammensis.	Bartholomaeus Fabricius Newkirchensis.
Guilielmus Grim Stuckgardiensis.	Ioannes Pistor Newkirchensis.
Warnerus Breden Bremensis.	Ernestus Falerius Lippiensis.
Philippus Erbenius Ursulanus.	Iodocus Luscenius Corbachensis.
Mathias Auman Dorendorfensis.	Iacobus Hombergerus Fritzlariensis.
Ioannes Goddaeus Werlensis.	Iodocus Bergmannus Reclinghausensis.
Christophorus Liberius Hassus.	Henricus Hitfeldius Woltorfensis.
Philippus Molitor Uffelanus.	Georgius Steis Serrapontinus.
Ioannes Wetzelius Grebensteinensis.	Bernhardus a Munster.
Henricus Buchius Cassellanus.	Engelbertus Gallus Lennepensis.
Fol. 107. b. Ioachimus ab Vslar Saxo.	Bernardus Lubertus Medebachensis.
– Maximilianus in Hoff Nureburgensis.	Ioannes Guilielmus Flach a Schwartzburg.
Eberhardus de Stalen.	Casparus Molling Warlensis.
Gebertus de Brawerda.	Eberwinus Wirstenburg.
Balthasar Cassianus Protegensis.	Otto Kannegieser Osnabrugensis.
Erasmus a Botlar.	Nicolaus Schulz Danus.
Richardus a Berlips.	Ioannes Magnus Danus.
Petrus Guirinus a Karben.	Hector Metzhobius Hannoverensis.

Fol. 108. a.

Paedagogici pueri a Paedagogiarcha oblati.

Inscripti sunt septuaginta tres, inter quos

Henricus a Beer.	Christophorus ab Oienhausen.
Sittich Secundus a Barlepschen.	Burcardus ab Oer.
Fol. 108. b. Philippus Cunradus a Firmund.	Hermannus ab Oer.

Fol. 109. a.	Bernhardus a Romberg.	Ioannes a Schöngel.
	Fridericus a Romberg:	Laurentius a Schöngel.
	Wilhelmus a Romberg.	Nicolaus Rodingus Marpurgensis.
	Theodorus a Schultz.	

Anno etc. 80. initio huius Rectoratus clarissimus vir, D. Valentinus Forsterus, iuris Professor primarius, cum Heidelbergam ad Ictorum professionem esset vocatus, suam professionem in hac Academia resignavit et Heidelbergam 26. Augusti commigravit. In huius locum in hac Marpurgensi Academia volentibus ita Illustriss. Principibus et assentientibus Professoribus, Rector suffectus est, cui successit Clarissimus vir D. Bernardus

Fol. 109. b. Copius I. V. Doctor et graecae linguae professor. Huius vero professio D. Hermanno Vulteio I. V. Doctori delata est, qui suam operam Scholae addicens priusquam publice docere coepit, orationem habuit de laude Graecae linguae.

Praeterquam autem quod praefatus D. Valentinus Forsterus sponte hanc Academiam reliquit, amisit ea eodem anno duos etiam alios professores, nimirum clarissimos reverendos et optime de Schola, Ecclesia et Repub. meritos viros D. Nicolaum Rodingum, Sacrae Theologiae Doctorem et professorem primarium et Ecclesiae Marpurgensis pastorem, et D. Cunradum Mathaeum I. V. Doctorem, oratoriae artis Professorem et Dicasterii Hassiaci assessorem. uterque enim ex hac terrestri vita in coeleste Latium migravit, ille quidem 23. Septembris, hic vero 28. Novembris. Virtutes et eruditionem illius D. Georgius Sohn, Theologiae Doctor et professor, huius vero D. Bernardus Copius oratione docta laudavit.

Eodem anno postridie Divi Thomae octodecem Adolescentes magisterii gradu insignati sunt, perorante viro clarissimo, D. Hermanno Vulteio I. V. doctore et graecae linguae Professore.

Fol. 110. a.

Anno 81.

Non satis erat acerbo vulnere sauciatam esse et Ecclesiam et Scholam et Rempub. morte D. Nic. Rodingi et D. Cunr. Mathaei, nisi etiam Reipub. et Scholae eriperetur amplissimus et consultissimus vir D. Ioannes Heinzenberger Wetzlariensis, I. V. D. et Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Luduici, Hassiae Landgravii, Domini nostri clementissimi Cancellarius, non solum de Republica, sed et de Schola multis nominibus optime meritus, et omnium Professorum patronus humanissimus, qui anno etc. 81. 3. Februarii in Domino pie et placide obdormivit. Non solum autem honorifice in sepultura est habitus, sed et de eo eruditam orationem lugubrem in congressu consiliariorum Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Luduici Hassiae Landgravii Domini nostri clementissimi, et Professorum Dominus Magister Ioannes Ferinarius habuit. Eodem anno 18. Calendis Iunii Magister Ioannes Schaffenrath Kirchainensis, Reipub. Bremensis Secretarius, I. V. Doctor, et Iacobus Varmeierus Osnabrugensis I. V. Licenciatus ab ipso Rectore renunciatus est.

Fol. 110. b. Eodem anno etc. 14. Iunii Rector ab Illustrissimo principe ac Domino, Domino Guilielmo Landgrauio Hassiae etc. Domino nostro clementissimo in Holsatiam ac Daniam una cum nobili viro Bernardo Keudelio ad gravissimam controversiam inter regem Daniae et Adolphum ducem Holsatiae etc. de successione Ioannis ducis Holsatiae laudatissimae memoriae natam, componendam ablegatus est, et clarissimo viro Hermanno Lerschnero huius Scholae Vicecancelario administrationem demandavit.

Calendis Iuliis Vicerektor loco absentis Rectoris convocatis de more Professoribus Rectoratum resignavit, illi autem libera sibi alium rectorem eligendi potestate facta Rectori absentis et adhuc in Dania existenti magistratum prorogarunt.

Fol. 111. a.

(1581.)

Anno Christi redemptoris MDLXXXI Calendis Iuliis prorogatio magistratus omnium Professorum suffragiis facta est Regnero Sixtino Frisio I. U. Doctori, a quo in album relati sunt:

Philippus Christophorus von Stein.	Henricus Holtz Cassellanus.
Gebhardus Vereken Lipsensis.	Theodorus Zenger Lubbecensis.
Ioannes Dostius Vratislaviensis Silesius.	Ioannes Aurifaber Cassellanus.
Ioannes Luderus Buxtehudensis Saxo.	Engelbertus Grot Lemgoiensis.
Carolus Plochius Sodelenus.	Ioannes Clutzerus Newkirchensis.
Ioannes Rahn Brandeburgensis.	Helmhardus Kirchberger Austriacus.
Ioannes Hensen Luneburgensis.	Ioannes Walter Austriacus.
Ioannes Weisskopff Hamburgensis.	Iacobus Crucksius Honensis.
Ioannes Henricus Stobelius Bestriacus.	Ioannes Grauius.
Ioannes Kottmannus Lemgoiensis.	Daniel Mathias Wildungensis.
Henricus Erp Lemgoiensis.	Simon Eiland Duringus.
Hermannus Melissus Kedingensis.	Mauritius Hoddersem Phrysus.
Ioannes Persius Cassellanus.	Ludolphus Holst Bremanus.
Christophorus Paulus Tresensis.	Ioannes Kilgenstein Neapolitanus.
Michaël Roslerus Cassellanus.	Theodorus Rebke Hamonensis.
Luduicus Peckius Cassellanus.	Bertranus Meiburg Sutatensis.
Iustus Wenderwolt Hombergensis.	Ioannes Husen Hamonensis.
Ioannes Wedigenus Warburgensis.	Engelbertus Gruter Hamonensis.
Henricus Westermann Lippiensis.	Ioannes Steinfurtius Hamonensis.
Ioannes Steinbachius Stierstedensis.	Bonaventura Bruckhusen Hamonensis.
Fol. 111. b. Ioannes Heutreff(?) Bodevernensis.	Terguardus Schilling Hamonensis.
Ioannes Bilsteinus Montanus.	Ioannes Lemgo Hamonensis.
Herboldus Bilsteinus Montanus.	Conradus Mengosius Herleshausensis.
Ioannes Schlichmannus Montanus.	Bernardus Gulachius Allerdorffensis.
Ioannes Pylsticker Illerarius.	• Ioannes Faber Hirsfeldensis.

Fol. 112. a.

Hermannus Iorenius Wolfagensis.	Henricus Steitz Grebensteinensis.
David Widerholt Hombergensis.	Herboldus Seiling Wolckersheimensis.
Ioannes Hobelius Giesensis.	Martinus Giso Bodegermensis.
Nicolaus Hailrichus Faustus ab Aschaffen- burg.	Balthasar Collonius Sedalensis.
Hieronymus Iunckman.	Georgius Theodoricus ab Erstel.
Georgius Hengmannius Medebachensis.	Guilielmus Burckhardus Sixtinus Mar- purgensis.
Valerius Rodichius Medebachensis.	Guilielmus Wiarda } Frisii.
Antonius Fabricius Wailmunstranus.	Viglius Wiarda }
Eberhardus Bornhorst Bremensis.	

Paedagogici a Domino Paedagogarcha oblati.

Inscripti sunt undeoctoginta, inter quos

Wilhelmus Vogt zu Hunoltstein.	Georgius Milchling Schonstad.	Fol. 113. a.
Cunradus a Schwichelt.	Philippus Arnoldus a Viermundt.	Fol. 113. b.
Fol. 112. b. Rudolphus Goclenius.	Hieronimus a Liebenstein alias Scheinsberg.	

Anno etc. 81. 17. Augusti circa horam secundam matutinam Illustrissima, religio-
sissima ac quamplurimis dotibus excultissima foemina, Domina Sabina, Illustrissimi Principis
ac Domini, Domini Guilielmi Landgravii Hassiae etc. Domini nostri Clementissimi coniunx,
placide Deo spiritum suum reddidit, et ex hac vita in coelestem patriam migravit. De
cuius vita et morte orationes doctas in hac Schola habuerunt clarissimus ac reverendus
vir D. Aegidius Hunius Sacrae Theologiae Doctor ac Professor, verbique diuini in Ecclesia
Marpurgensi minister, et M. Regnerus Langius Bremensis.

Fol. 114. a. Eodem anno ipsis Nonis Septembr. in numerum Professorum cooptatus est ornatis-
simus vir, Magister Rodolphus Goclenius, demandata ei Phisices professione. Priusquam
ANNO HVMANAE SALVTIS MILLESIMO QVINGENTESIMO NONAGESIMO tertio Kalendis Iulii concordibus Dominorum professorum suffragiis more consueto Academiae Marpurgensis Rector electus est HERMANNVS WOLFFIVS MEDICINAE Doctor, eiusdemque in eadem Academia professor ordinarius. Sub huius Rectoratu sequentium studiosorum nomina in matriculam Vniuersitatis sunt relata.

Petrus Pistorius Rendelensis.

Henricus Dreckmeier Lemgoviensis.

Ioannes Kremer Weilmonasteriensis **).

Ioannes Clementinus Lundensis Danus.

Christophorus Fabius Rockenhusanus.

Ioannes Iacobi Hafniensis Danus.

*) Vulteius ipse nomen sua manu addidit eis quae ab alia manu nitidissime inscripta sunt.

***) Hoc nomen postea sublatum est.

- Ioannes Ladagen Rodensis.
 Bernhardus Klein Beringhusensis.
 M. Ioannes Kannenberger Bischofheimensis
 Francus.
 Henricus Florinus Lemgoviensis.
 Ulricus Ulrici Hemmendorpiensis.
 Ioannes Christophorus Weber Wormatiensis.
 Ioannes Warichius Hochelheimensis.
 Stephanus Singerus Bambergensis.
 Fridericus Faber Gudenspergensis.
 Guilielmus Rondeletius Monspeliensis Gallus.
 Ionas Gutwein Herbsteinensis.
 Fol. 6. b. Ioannes Rubenkonig Hombergensis.
 Iustus Pistorius Berckheimianus.
 Augustinus Lucanus Suinizensis Silesius.
 Michael Hunerfenger Weilmonasteriensis.
 Ioannes Sutorius Rodenbergensis.
 M. Ioannes Dinkelius Erphordianus.
 Bonaventura Breidthaupt Isenacensis.
 Michael Breithaupt Isenacensis.
 Christophorus Hiperericus Isenacensis.
 Guilielmus Schenckelbergius Widensius.
 Matthias Larmannus Caldensis.
 Ioannes Heipelius Sigenensis Nassovius.
 Cunradus Lauchius Grossenkarbensis.
 Albertus Ellenberger Hombergensis.
 Nicolaus Wenderholt Hombergensis.
 Benedictus Arnoldus Sonnenbergensis.
 Wolfgangus Knabenschuch Hombergensis.
 Ioannes Cunradus Frensheimerus Worma-
 tiensis.
 Adamus Fennerus Heidelbachensis Hesus.
 Hermannus Merheinius Selensis ex Bruns-
 uicensi Ducatu.
 Iustus Molitor Rotenbergensis.
 Hector Sclanghiovius Alsfeldianus.
 Georgius Beyer Langendiebachensis.
 Fol. 7. a. Theodorus ab Hildensbergk Aquisgranensis.
 Godefridus Antonii Fronenbergensis West-
 phalus.
- Ioannes Hundts-Deich Susatensis Westphalus.
 Gotfridus Georgius Kun Edingensis.
 Ioannes Ernestus Fuman Schleusingensis.
 David Pfeiffer Dresdensis Misnicus.
 Ioannes Henricus Locherus Tigurinus }
 Ioannes Schwartzwalderus Rötelanus } Helvetii.
 Ioannes Iacobus Breitingerus Tigurinus }
 Henricus Huldricus Tigurinus }
 Ioannes Mullerus Dedelbacensis Francus.
 Christophorus Baunemannus Cassellanus.
 Henricus Eichling Bremensis.
 Ioannes a Domnick Silesius.
 Salomon Schepsius Leobergensis Silesius.
 Ioannes Goddecus Allendorphensis ad salinas
 Hessiacas.
 Ioannes Oyer Faustus Francofurdianus.
 Volpertus Riedesel in Eisenbach.
 Georgius Riedesel in Eisenbach.
 Wolfgangus Hartmannus Schutzbar dictus
 Milchling.
 Iacobus Eusselius Spangenbergensis.
 Petrus Bestenborstelius Stralsondensis
 Pomeranus.
 Antonius Huttenus Nassovius.
 Nicolaus Griphius Francofurtensis.
 Herboldus ab Haxthausen Waldensis.
 Otto Brechtius Vesaliensis. Fol. 7. b.
 Theodorus Pontanus Vesaliensis.
 Georgius Greitzmullerus Cassellanus.
 Petrus Zytopoeus Hachenburgensis.
 Ioannes Camerarius Grunbergensis.
 Martinus Rubsam Grunbergensis.
 Henricus Fulhunius Geismariensis.
 Henricus Funck Nassen Ervordensis.
 Ioannes Burckhardus Francofurtensis.
 Ioannes Ziglerus Francofurtensis.
 M. Martinus Heilingus Norimbergensis.
 Ioannes Iacobus Schelhamer Emmersdor-
 pianus Austriacus.
 Isaacus Ernestus Cremsensis Austriacus.

Georgius Reinmannus Echwegensis.	Ioannes Arnoldus Burckhardus Franco-	Fol. 8. a.
Gabriel Stange Eschwegensis.	furtensis.	
Ludovicus Mylius Halensis Suevus.	Reinhardus Henricus a Lerbach.	
Henricus Philippus a Dachroda } fratres	Libertus Sartor Cassellanus.	
Ioannes Henricus a Dachroda } Franci.	Ernestus Gottschalck Sundensis Pomeranus.	
Ioannes Chunradus Lechnerus Halensis	Ioannes Hagen Geisensis.	
Suevus.	Iustus Antrechtus Marpurgensis.	
Antonius Waldenberger Hirsfeldianus.	Henricus Antrechtus Marpurgensis.	
Ioannes Folgerus Hannoveranus.	Christophorus Helvicus } a Sprenglingen	
Anthonius Breitenbach Niderwilstadenensis.	Ioannes Helvicus } fratres.	
Arnoldus Sennius Neidensteinensis.	Ioannes Lotzius Saltzburgensis.	
Georgius Faber Sontranus.	Hermannus Cramerus Allendorphensis	
Andreas Schon Magdeburgensis *).	Hassus.	

Paedagogicorum nomina a Dn. M. Ioanne Ferinario Paedagogiarcha Rectori oblata.

Inscripti sunt octoginta, inter quos:

	Iacobus Dorstenius Marpurgensis.	Reinhardus Matthaeus Marpurgensis.	Fol. 9. a.
	Nicolaus Dorstenius Marpurgensis.	Ludovicus Nigidius Marpurgensis.	
Fol. 8. b.	Ioannes Bernardus a Dalwig.	Ioannes Hartmundus ab Hutten.	
	Franciscus Elger a Dalwig.	Daniel ab Hutten.	
Fol. 9. b.	Traianus Mulnerus Emmersdorfius		
	Iacobus Ernestus Cremsensis	} Austriaci.	
	Carolus Cräll Duntlaskirchensis		
	Philippus Ludovicus a Kanstein.		
	Burckhardus a Stockhausen.		
	Adolphus Heidenricus a Doringenbergk.		
	Ludovicus a Doringenbergk .		
	Hermannus a Doringenberg	} Fratres **).	
	Burckhardus a Doringenberg		

Fol. 10. a. Sub initium huius Magistratus Andreas Schon Magdeburgensis, cui ob vociferationes nocturnas et extremam petulantiam carceris poena a Dominis professoribus decreta fuerat, cum sese eidem subiicere nollet, totoque tempore quo studiis in hac nostra Academia operam dederat, nomen suum apud Rectorem non esset professus, insuper contra fidem secundo datam urbe excessisset, consentientibus dominorum professorum votis Scholae nostrae privilegiis indignus iudicatus, et 4. nonas septembris ad valvas templi publica | intimatione relegatus est. Sed quod veniam delicti saepius submitte

*) Hoc nomen postea sublatum est.

***) Hi ab alia manu additi sunt.

petiisset, anno ferme elapso concordibus dominorum professorum votis receptus et in Matriculam Universitatis relatus est.

Petrus Petreius Upsaliensis Suecus, cum ob petulantem Magistratus sui contemptum poenam carceris sibi decretam subire nollet, 6. Augusti publice relegatus est. Hic quod civibus aere alieno obstructus esset, statim post relegationem petentibus civibus a praetore comprehensus carceribus et vinculis traditur, donec omnibus satisfacisset. Tandem e vinculis liberatus cum saepius frustra ab Academia recipi petiisset, sub abitum eidem reconciliatus est.

Circa finem mensis Iulii inter Academiam nostram et commendatorem provincialem ordinis teutonici apud Marpurgum liticula oborta est, quae tamen mox decisa. Occasionem illi praebeuit M. Ludovicus Lucanus in oenopolio ordinis teutonici quod vulgo Die Firmaney appellant, praefectum vigilum Heidenricum vom Stege non verbis duntaxat sed bombardam etiam pyrio pulvere repleta ex equo assiliens. Hanc ob causam praedicto commendatore mulctam indicente Lucano, Senatus Academicus a Lucano imploratus intercessit, et ne quid detrimenti Respublica nostra eiusdemque privilegia caperent, mulctam solvere vetuit, allegans et privilegia sua et praeterea quod hactenus ordo teutonicus in casibus similibus, cuiusmodi multi eodem in loco inde a tempore fundatae Academiae contigissent, nullum eiusmodi ius studiosos aliaque Academiae membra mulctandi usurpasset, contra vero Senatus Academicus tales ut et alios in urbe commissos excessus pro arbitrio suo punivisset, atque adeo in quasi possessione constitutus esset. Cui allegationi nostrae

Fol. 10. b. Dn. Commendator tandem acquievit. Lucano vero | a nobis carceris poena imposita et mulcta praeterea viginti florenorum indicta est, quam etiam exolvit, bombardam cedente Rectori.

In hunc Magistratum scholasticum inciderunt nuptiae Illustrissimi ac generosissimi principis ac Dn. Dni Mauritii Landtgravii Hessiae etc. Domini Meconatis ac patroni nostri clementissimi cum Agnete filia Illustris ac generosi comitis ac Dni. Domini Ioannis Georgii comitis in Solms etc. Cassellis celebratae. Ad quas Academia invitata comparuit per Rectorem Vicecancellarium et Syndicum, atque ad testificationem submissae gratitudinis duo pocula auro obducta et Francofurti ob eam causam trecentis florenis empta obtulit.

Prodiit in lucem Anni 1593. panegyri Francofurtensi autumnali quoddam D. Vigellii professoris nostri scriptum, cui titulum fecit examen Iurisconsultorum, quod multas Academiae nostrae turbas dedit. Cum enim supremam Hessiae curiam ministerium huius urbis ecclesiasticum et ex collegis suis Doctorem Hermannum Vulteium aliosque viros bonos de Reipublica literaria optime meritos acrius in eo scripto insectatus esset, de eo querelae partim ad illustrissimos nostros principes, partim ad nos ipsos, ut ex actis Academiae nostrae plenius constat, delatae sunt. Res tandem eo deducta est, ut die septimo Aprilis sequentis 1594 anni coram strenuo et nobili viro Dn. Burchardo a Cramme proprincipem ad Lanum, Amplissimo consultissimoque viro Dn. Sigefrido Clotzio Cancellario

Fol. 11. a. utroque illo ad id ab illustrissimo principe nostro Landgravio | Ludovico etc. deputato et itidem Strenuo et Nobili viro Dn. Ioanne a Dalwig in Dilch supremae Hessiae Curiae praeside, cui id negotii ab illustrissimo principe nostro Landgravio Mauritio etc. specialiter mandatum erat, in consessu Rectoris et omnium facultatum Academiae nostrae professorum praesente D. Hermanno Vulteo in Dicasterio Illustrissimi principis D. Vigelius culpam deprecaretur, eandemque sibi nominatim etiam a D. Hermanno Vulteo ignosci peteret. Est vero tum etiam sub gravissimae poenae comminatione ipsi D. Vigelio iniunctum utriusque principis nomine, ut posthac ab eiusmodi insectationibus abstineret, nec ullum aliquod scriptum in lucem emitteret, nisi priusquam hoc fieret, ab Academia et cum primis Facultatis Iuridicae professoribus revisum, eorundemque impetrata licentia. Cui decreto Rector coeterique professores assensi sunt tanto libentius, quod idem ante annos ferme quindecim D. Vigelio ab Academia esset impositum. Hoc facto D. Nicolaus Vigelius ab officio suo concesso interim ad dies vitae ipsi stipendio dimissus est, in locum ipsius suffecto clarissimo viro D. Ioanne Göddaeo. Literis etiam ad Senatum Francofurtensem et ad Senatum Basiliensem missis confiscari scriptum illud Vigelianum petiimus, qui uterque Senatus petitioni huic nostrae annuit, Typographo Basiliensi, qui id excuderat, poena imposita.

Novas turbas mense Decembri eiusdem anni, quae ad mensem usque Maium anni M.D.XCIII. continuatae sunt, dedit Academiae nostrae Ioannes Niellius Vesaliensis Iuris studiosus *) homo ingenii seditiosi, turbulenti et ambitiosi. Is iniusto quorundam patrocinio nixus, controversia Vigeliana abusus, inde quilibet audendi et fingendi potestatem se nactum ratus, scriptis et literis etiam ad illustrissimos nostros principes

Fol. 11. b. datis, ex meris calumniis et mendaciis consarcinatis in professores | omnes, cum primis vero facultatis iuridicae praeceptores suos ipsius confessione de se optime meritos debachabatur et iam toti Academiae insultare auram aliquam nactus videbatur. De mendaciis et calumniis suis postea convictus culpam depraecatus est, et tametsi relegatio unanimes Dn. professorum consensu ipsi esset decreta, poenam tamen ex causis certis eorundem professorum approbatione carcere octiduano luit, cuius memoriam haud laudabilem, ne quid fastis nostris deesset, hic inseri et extare volumus.

A. d. 20. Decembris Anni 1593. Magisterii titulum acceperunt 40 eruditi adolescentes, perorante Dn. Rodolpho Goclenio Philosoph. et Logices professore ordinario etc.

Calendis Ianuariis anni 1594. D. Hieronimus Treutlerus Rhetoricae professor a Senatu Urbis Budissinae vocatus ad eiusdem Syndicatum ab Illustrissimis nostris principibus atque a nobis dimissione impetrata discessit, in locum eius suffecto Petro Hermanno Nigidio I. U. Doctore.

A. D. 30. Ianuarii eiusdem anni 1594. ministri Ecclesiae Marpurgensis et Scholae Coemeterianae ibidem praeceptores, qui anno superiore sub magistratu D. Vultei ab

*) *In margine additum est: Postea D. et P. iuris laudatissimus.*

Fol.12. a. Academia nostra discesserant, mandato Illustrissimi principis Landgravii Ludovici etc. per Celsitudinis Ipsius Secretarium Nicolaum Becker Rectori explicato, ad Academiam redierunt ita ut ministri Ecclesiae ipsi et coniuges ipsorum atque liberi iurisdictioni Academiae essent suppositi, iisdemque, quibus alia Academiae membra privilegiis iuribus et immunitatibus fruerentur. Ad cognitionem autem rerum ad praeceptores Scholae Coemeterianae spectantium adhiberetur Dnus Superintendens, cuius consilio poenae in ipsos, si qui deliquissent, statuerentur.

Ultima Februarii insignibus Doctoralibus condecorati sunt doctissimi in Utroque Iure viri Anthonius Matthaeus Marpurgensis, Ioannes Rhem Francofurtensis ad Moenum, Iacobus Ulrici Hemmendorphianus Brunsvicensis, Bernhardus Greven Gesekensis Westphalus, Theodorus Petreus Ervitisensis Westphalus et Rolandus de Weert Antuerpianus perorante clarissimo consultissimoque viro Dno Hermanno Vulteo I. U. Doctore et eiusdem professore primario, summique Hassiaci iudicii assessore.

A. D. XVI. Maii quadraginta sex bacalauri creati sunt a clarissimo viro Dno Ioanne Magiro Medicinae Doctore et physices professore ordinario.

(1594.)

Fol.12. b. ANNO CHRISTI SALVATORIS nostri M.D.XCIII Calendis Iuliis concordibus votis ac suffragiis dominorum professorum Petrus Nigidius Iuris Doctor et Ethicorum professor Rector Academiae Marpurgensis electus est, sub cuius magistratu sequentia studiosorum nomina in matriculam Academiae relata sunt.

Valentinus Rodt Tettelbachensis Francus. 18. Iunii.

Valentinus Gotzius Zwingenbergensis. 18. Iulii.

Liborius Widdige Warburgensis. 19. Iulii.

Christophorus Wogesser Cassellanus. 23. Iulii.

Adamus Grunsich Cassellanus. 23. Iulii.

Ioannes Henningus Leuffer Westergottensis Westphalus. 24. Iulii.

Ioannes Scipio Medebachensis. 27. Iulii.

Episcopus Episcopi Helmershusanus. 27. Iulii.

Daniel Manselius Silensis ex agro Trendelburgensi. 27. Iulii.

Crato Eobaldus Fridbergensis. 1. Augusti.

Georgius Herchen Francobergensis. 12. Augusti.

Ioannes Kippius Hamburgensis. 12. Augusti.

Christianus Wolberus Hadelensis Saxo. 17. Augusti.

Ioannes Magirus Fritzlariensis. 20. Augusti.

Tido

Dodo

Enno Wilhelmus

} ab Inhausen et Kniphausen. 2. Septembris.

- Carolus Niellius Wesaliensis. 2. Septembris.
 Henricus Berlach Frisius orientalis. 2. Septembris.
 • Ioannes Schroderus Nicopiensis Suecus. 24. Septembris.
 Fol. 13. a. Philippus Acontius Fridbergensis. 2. Octobris.
 Ioannes Theodoricus Knoblauch nobilis. 7. Octobris.
 Maximilianus ab Heusenstain Baro Austriacus. 7. Octobris.
 Ludovicus a Konigsperg Baro Austriacus. 7. Octobris.
 Christophorus Bernhardus a Fridensheim nobilis Austriacus. 7. Octob.
 Amandus a Geraw nobilis Austriacus. 7. Octobris.
 Ioannes Sartorius Wetzflariensis. Etsi autem hic sub Rectoratu D. Sixtini
 anno 1580 nomen suum professus est, attamen ceu praeceptor horum
 proxime praecedentium quatuor suorum discipulorum nomen suum reno-
 vari voluit, id quod apud me facile obtinuit.
 Christophorus ab Heilungen Thuringus. 7. Octobris.
 Adamus Lonicerus Francofurtensis. 9. Octob.
 Henricus Cranius Wurstensis. 10. Octobris.
 Georgius Bucking Alsfeldianus. 12. Octobris.
 Heimbrodus Boppenberger Zirenbergensis.
 • Ioannes Faber Medebachensis. }
 Seuerinus Ecker Vanrodanus Nassouius. } 15. Octobris.
 Franciscus Heintzenberger Wetzlariensis. }
 Haio Freitag nobilis Frisius orientalis. }
 Melchior Ernestus Freitag nobilis Frisius orientalis. }
 Heluicus Gansius Alsfeldianus. }
 Nicolaus Rephun Langensis. 24. Octobris.
 Iacobus Philippi Aldendorfensis ad salinas. 26. Octobris.
 Adamus Palthenius Fridbergensis. 26. Octobris.
 Henricus Koch Wetzflariensis.
 Matthias Hirtzgartherus Tigurinus Heluetius. } 5. Nouembris.
 Philippus Eccardus Alsfeldianus. }
 Wilhelmus Schelt Cassellanus. }
 Fol. 13. b. Ioannes Cameradius Magdeburgicus. 7. Nouemb.
 Ioachimus Ziglerus Dresdensis. } 7. Nouemb.
 Henricus Ruger Dresdensis. }
 Theodoricus a Schulenberg nobilis. 11. Nouemb.
 Paulus Goltstein Megapolitanus. 11. Nouemb.
 Maternus Daniel de Waldeck. 13. Nouembris.
 Matthaeus Ziddelius Merxhusanus. 18. Nouemb.
 Caspar Capitaneus Cassellanus. 3. Decembris.

- Christophorus Müller Cassellanus. 3. Decembris.
 Henricus Bergman Wolfhagensis. 8. Decembris.
 LVDOVICVS PHILIPPVS COMES PALATINVS AD RHENVN, DVX BAVA-
 RIAE, & COMES VELDENSIAE. 19. Decemb.
 M. Georgius Losch Wirttenbergicus Principis Palatini praeceptor. 19. 10br.
 Ioannes Beust Brunsuicensis. 26. Decembris.
 Melchior Dorey Aldendorffensis ad Werram. 11. Ianuarii ANNO 1595.
 Philippus Maius Rudelheimensis. 20. Ianuarii.
 Theodericus Hartungus Schleusingensis. 4. Februarii.
 Ioannes Georgius Hofman Northusanus. 10. Martii.
 Gregorius Rolnack[?] Heilbronnensis. 10. Martii.
 Henningus Stein Hildenshemius. 30. Martii.
 Henricus Grebenstein Bremensis. {
 Iacobus a Bobart Bremensis. } 11. Aprilis.
 Ioannes Henricus Flade Simerensis. 22. Aprilis.
 Wilhelmus Lucas Kirchbergensis. }
 M. Christophorus Schmitlin Stutgardianus. } 22. Aprilis.
 Ioannes Valentinus Neuffer Hernbergensis. }
 Bernhardus Hippolytus Roslin Stutgardianus. }
 Iacobus Ienisch Augustanus. }
 Fol. 14.a. Ditmarus Baroppius Tremoniensis. 26. Aprilis*).
 Hector Steinhamer Bergensis. 28. Aprilis.
 Fridericus Praetorius Itsteinianus. {
 Ioannes Dilchius Itsteinianus. } 2. Maii.
 Ioannes Meffret Marpurgensis. 4. Maii.
 Henricus Adolphus Grebensteinensis. 4. Maii.
 Ioannes Mollerus Lippiensis. }
 Ioannes Calenius Lippiensis. } 5. Maii.
 Iacobus Petrus Horinghusanus. }
 Theodorus Aquarius Lubecensis. } 7. Maii.
 Iustus Meliturgus Corbachiensis. }
 Theodorus a Steinen Fronbergensis. }
 Ioannes a Delfte Bremensis. 11. Maii.
 Henricus Felsius Lichensis. 12. Maii.
 Ludouicus Iustus a Baumbach nobilis. {
 Thomas Schuler Oringensis. } 13. Maii.

*) Hoc nomen postea sublatum est.

	Ioannes Bozenius Mengerghusanus.	}	14. Maii.
	Ioannes Ramus Rodensis.		
	Wolfgangus Mulpfort Rodensis.		15. Maii.
	Georgius Ioannes Preiel Lutreccensis	}	fratres.
	Philippus Preiel Lutreccensis		
	Ioannes Wiltperg Kleinchensis.	}	17. Maii.
	Ioannes Korfeianus Trabensis.		
	Ascanius Buschius		
	Iodocus Buschius		Hildesiani fratres.
	Ioannes Pistorius Cassellanus.		23. Maii.
	Daniel Aueman Cassellanus.		24. Maii.
	Michael Cellarius Alsfeldianus.		25. Maii.
Fol. 14. b.	Meinolphus Westphalus Wunnenbergensis.		26. Maii.
	Ioannes Amelung Ditmoldiensis.		26. Maii.
	Georgius Stufenius Mülhusianus prope Corbachium.		29. Maii.
	Henricus Hartmannus	}	Wolfhagenses fratres. 9. Iunii.
	Ioannes Hartmannus		
	Ioannes Wustefelt Grebensteinianus.	}	9. Iunii.
	Ioannes Breul Spangenbergensis.		
	Mathias Hundertmarck Holsatus.		11. Iunii *).
	Andreas Scheps Boleslaviensis Silesius.	}	12. Iunii.
	Ioannes Gresin Lubecensis.		
	Franciscus Dens Lubecensis.		
	Ioannes Iacobus Landsidel Volpershusanus.		
	Christianus Kretzelius Gemundensis prope Westerburg.		17. Iunii.
	Ioannes Martinus Oswaldus Schafhusianus.	}	18. Iunii.
	Bartolomaeus Oswaldus Schafhusianus.		
	Conradus Bettenius Grebensteinianus.		27. Iunii.
	Iacobus Salfelt Marpurgensis.		29. Iunii.
	Petrus Iacobi Susatensis.	}	30. Iunii.
	Franciscus Herker Susatensis.		
	Jonas Risius Freienhagensis.		
	Ioannes Niderhoff Heruordensis.		
	Ioannes Burcholt Ortruffiensis.		
	Valentinus Burcholt Ortruffiensis.		
	Theodoricus Carterus Reiffenbergensis.		

*) *Hoc nomen postea deletum est, et in margine adscriptum: Deletus est e matricula, quod contra datam fidem e custodia se subduxit. Ao. 1600. 5. Feb.*

Paedagogicorum nomina a M. Ioanne Ferinario paedagogiarcha Rectori oblata.

Inscripti sunt septuaginta, inter quos:

Georgius Diterich Holtzapfel nobilis.

Ioannes Adolphus a Rodenhausen nobilis.

Fol. 15. a. Casparus Rodolphus a Wilsperg nobilis.

Fol. 15. b. Heinricus a Cramm nobilis.

Franciscus Iacobus a Cramm nobilis.

Fol. 16. a. Praeter hos similiter accessit

Martinus Hutbant Immenhusanus. 30. Iunii.

Petrus Viotor Gissensis. 30. Iunii. Rectoris ex filia nepos.

Fol. 16. b. Ioannes Finkius Rauschenbergensis cum mense Augusto huius anni oenopolam Teutonicorum intra muros ipsorum grauiter vulnerasset, in carcerem Vniuersitatis coniectus est et ea conditione rursus dimissus, vt duos Imperiales taleros pauperibus numeraret et chirurgo satisfaceret.

D. Victorini Schonfeldii vidua cum tribus vicibus a Senatu Academico per notarium et duos testes admonita esset, vt tutoribus filiae suae permitteret Inuentarium conficere, nullis autem rationibus neque minis ad id induci posset, sed contumaciter sese Rectori opponeret, tandem 16. Augusti exclusa et politico magistratui tradita est.

Cum eodem hoc anno quaestor Marpurgensis Ieremias Stam Iustum Orthium ceu testem in caussa quadam examinare cuperet et Rectori literas compassus mitteret, ex hoc fundamento quaestori examinandus missus est, quoniam hoc ipsum antea aliquoties propter literas compassus ita factum esset et praetor huius loci eadem ratione ciues examinandos nobis similiter concessisset.

Neque etiam hoc praetereundum est, quod duae famulae praepositi, cum nocturno tempore absque consensu ipsius aedes Vniuersitatis aperuissent, et in vicinia conuiuia agitassent, in terrorem aliis ad biduum in carcerem Vniuersitatis coniectae sunt.

Cum illustrissimus princeps Ludouicus Philippus Comes Palatinus ad Rhenum Dux Bauariae et Comes Veldentiae etc. ad promotionem Magistrorum vocaretur, et de sessione Rectoris in actu publico quaestio nata esset, tandem ab Illustrissimo principe nostro domino Ludouico Hassiae Landgrauio ita responsum fuit, vt primae partes in promotione proprincipi, secundae Rectori, ac tertiae principi Palatino et aliis illustribus personis tribuerentur: extra Academiam vero in publico et conuiuio Rectori principi loco cederet.

Fol. 17. a. XXVI. Decembris cum Ioannes Vigelius ciuis nostratis filius propter alapam quam puero nobili aulico inflixerat, a praetore vrmano ad mandatum principis, vti gloriabatur, in carcerem abductus esset, per vnicam horam ibidem detentus, a principe re cognita statim rursus dimissus, et Rectori puniendus transmissus est.

Inprimis autem hoc notandum est, quod iniuriarum, scortationis, deuirginationis, agnitionis et alimentacionis liberorum, debitorum, et similes civiles caussae personales

aliae coram Vniuersitate ventilandae recipiuntur: Matrimoniales vero Consiliariis principis relinquuntur, et Criminales ad nos minime pertinent. Id quod hactenus ita obseruatum esse meminimus.

Anno 1594. 19 die Decembris triginta tres eruditi Iuuenes a doctissimo viro M. Ioanne Hartmanno Mathematico titulo Magisterii insigniti sunt.

Anno 1595. 8 die Ianuarii celebris instituta fuit promotio, in qua quatuor praestantes viri Doctores Iuris Vtriusque a clarissimo viro D. Philippo Matthaeo, et duo Doctores Medicinae a D. Hermanno Wolffio publice renunciati sunt, quorum nomina in librum vtriusque facultatis relata sunt.

Similiter etiam 28. die Maii eiusdem anni 25 adolescentes a Doctore Petro Hermanno Nigidio prima philosophiae corona, quae a baccis lauri nomen habet, exornati sunt.

Τὰ λοιπὰ ξὺν Θεῷ ἐντυχέσθαι.

Petrus Nigidius Iuris Doctor st. et sst.

Fol. 17. b.
vac.

(1595.)

Fol. 18. a.

ANNO AERAE CHRISTIANAE POST MILLESIMUM QUINGENTESIMUM NONAGESIMO quinto calendis Iulii concordibus Dominorum professorum votis et suffragiis more consueto Rector academiae electus et declaratus est Iohannes Winckelmannus ss. Theologiae Doctor et professor atque in templo Cathedrali Ecclesiastes, sub cuius magistratu in album academicum sequentia studiosorum nomina relata sunt.

Paulus Hartmannus Biberensis. }

Iohannes Prescher Gelnhusanus. } 5. Iulii.

Wolfgangus Guntherus Padebornensis. 7. Iulii.

Thomas ab Hall Esckershusanus Westphalus. 8. Iulii.

Asmundus Tychicus Laudensis Danus. 10. Iulii.

Iohannes Valentinus Flicker Guntersblumensis. 28. Iulii.

Henricus Hermannus Usenerus Budingensis. 29. Iulii.

Rodolphus ab Hiddessen Warburgensis.

Nicolaus Knippinck Dinckerensis.

Iohannes Michael Pistorius Spirensis.

Petrus Banckius Suecus.

Michael Widt Lubeccensis.

Hermannus Burckhardus a Boyneburgk nobilis.

Philippus Gerhardus Zolnerus Goarinus.

Bernhardus Droste Warburgensis.

Engelbertus Frisendorff nobilis Westphalus. } 30. Iulii.

Bernhardus Farnheim Borussus.

Michael Adersbach Borussus. }

30. Iulii.

31. Iulii.

Fol. 18. b.

Carolus Rösch Colmariensis.		
Samuel Beer	} Pomerani nobiles.	} 31. Iulii.
Hugoldus Beer		
Petrus Kleist		
Achatius Kelist [<i>sic</i>]		
Christianus Victor a Plettenbergk nobilis Frisius.		1. Augusti.
David de Andressonia Scotus.		} 4. Augusti.
Georgius Hawenschildt a Furstenwaldt Moravus.		
Henricus Lintzen Mundensis ad Visurgim.	} 11. Octobris.	
Ioannes Gennepoeus Confluentinus.		
Iacobus Strasserus Cassellanus.		29. Octob.
Cyriacus Florus Cattohombergensis.		31. Octob.
Valentinus Widemannus Eschwegensis.		5. Novemb.
Reinoldus Schleinius Regiomontanus Borussus.		12. Novemb.
Wolfgangus a Rechenbergk	} Silesii nobiles.	} 14. Novemb.
Balthasar a Glaubitz		
Iohannes Scultetus Freystadiensis Silesius.		
Michael Kummel Cassellanus.		} 22. Novemb.
Leonhardus Ruckerus Helleravianus.		
Theophilus Wenerus Munerstadiensis Francus.		
Iohannes Handtwereck Hirsfeldensis.		24. Novemb.
Lucas Wetzelius Colmariensis Alsatus.		29. Novemb.
Isnacus [<i>sic</i>] a Borcksdorff Marchionicus.		
Iohannes Scheuffelius	} Noribergenses.	} 5. Decembris.
Gabriel Clement		
Henricus Wrase Zierenbergensis.		13. Decemb.
Iohannes Sarctorius Grebensteinensis.		13. Decemb.
Iohannes Chunradus Cellarius Butzbachensis.		17. Decemb.

Anno 1596.

Philippus Reinhardus ab Honstein.		17. Ianuarii.
Iohannes Leuchterus Nidensteinensis.		21. Ianuarii.
Daniel Beitz Hiersfeldensis.	} 4. Februarii.	
Philippus Eustachius Franckenstein nobilis.		
Franciscus a Borckhaus nobilis Silesius.	} 13. Februarii.	
Iohannes Steumius Silesius.		
Ferdinandus Praetorius Polonus.		15. Febr.

Fol. 19. a

Burckhardus Nolthius Alsfeldianus.	}	18. Febr.
Bartholomaeus Kernius Freystadiensis Silesius.		
Huldrychus Munchovius Plancenburgensis.		
Jacobus Qvelwitz	}	21. Febr.
Joel Borisch		
Iohannes Philippus Weis Francofurtensis.		1. Martii.
Henricus Vetzer Lipsensis.		24. Martii.
Iohannes Ernestus ab Hundelshausen nobilis Hassus.		1. Aprilis.
Iohannes Albertus Molinus Suerinensis.		9. Aprilis.
Iohannes Stephanus Schadt	}	16. Aprilis.
Iohannes Albertus Schadt		
Iohannes Georgius ab Holtzhausen Francofurtensis.		
Iohannes Golemannus Mundensis.		22. Aprilis.
Iohannes Rhodus Dreisensis.	}	23. Aprilis.
Iacobus Saretorius Hohensteinensis.		
Georgius Plehanus Burgk Schwalbacensis.		24. Aprilis.
Heino Hintzius Stadensis.		
Albertus Langius Bremensis.	}	25. Aprilis.
Chasparus Dampmannus Schottensis.		
Henricus Ursinus Lichensis.	}	26. Aprilis.
Iohannes Reinhardus Kuhorn Spirensis.		
Paulus de Fama ex Sancto Quintino Gallus.		
Goswinus Copius Susatensis.		
Iohannes Gerstenbergk Witzenhusanus.		27. Aprilis.
Christophorus Spanmannus	}	28. Aprilis.
Iohannes Sobbaeus		
Iohannes Rastad Catto Hombergensis.		
Iacobus Henricus Vinariensis.		30. Aprilis.
Christophorus Cilicius alias Haarsack Liechtenaviensis.		3. Maji.
Alexander Lycaula Corbacensis.		4. Maji.
Christophorus a Schwoln Buchstehudensis.		6. Maji.
Chasparus Wetzelius Grebensteinensis.		
Rabanus Arnoldus ab Oinhausen Westphalus nobilis.	}	7. Maji.
* Philippus Schroderus Goarinus.		
Petrus Heuchorius Mintzebergensis.		
Henricus Griebius Mintzebergensis.		

*) Haec nomina postea sublata sunt.

- Fol. 19. b.
- Arnoldus Piscator Herdeccensis
 Franciscus Klein Lippiensis
 Chunradus Koch Marsbergensis
 Bertholdus Megabacchus Nidern Ilanus[?].
- Christophorus Ulricus Cassellanus. 11. Maji.
- Rhodolphus Schenckelius Geismariensis.
 Petrus Krugius Libenaviensis.
 Ioannes a Ios Fuldensis.
- Carolus ab Alefeldt Holsatus nobilis. 13. Maji.
- Iohannes Weldie Salzufelensis
 Iohannes Boden Prakelensis
- Nicolaus ab Horn Bremensis. 17. Maji.
- Eberhardus Raumacker Unnensis Westphalus. 18. Maji.
- Arnoldus a Wolfen Marchionicus nobilis. 19. Maji.
- Iohannes Gretzmullerus Cassellanus.
 Arnoldus Klapmannus Bremensis.
 Hermannus Weitz Holsatus.
- Eberhardus Deutgenius Marcoduranus.
 Otho Campius Hagensis.
 Chunradus Polandus Battebergensis.
 Petrus Banacker Susatensis.
 Iacobus Wagenerus Freienhagensis.
 Henricus Engelbracht Bielfeldensis.
 Gabriel Campeius Densensis. 24. Maji.
- Engelbertus Florick
 Chunradus Plett
- Georgius Mesomylius Spielbergensis.
- Iohannes Wacker Naumburgensis.
 Chunradus ab Embden Livonus.
- Everinus ab Everdes
 Iohannes Djurken
- Antonius Beckmannus
 Henricus ab Hidessen
- Antonius a Patberck nobilis Westphalus. 8. Iunii.
- Libertus Schutz Lippiensis. 21. Iunii.
- Georgius Rubenkonigk Cattohombergensis. 24. Iunii.
- Simon ab Halle Oldenburgensis nobilis. 27. Iunii.
- Iohannes Weitzius Rotenbergensis. 29. Iunii.

Fol. 20. a. IOANNES ERNESTUS COMES SOLMENSIS etc. }
 Ludovicus Westphal nobilis. } 29. Iunii.
 Christophorus Kirchner Gibbelhusanus.
 Chunradus Kochius Padebornensis. 30. Iunii.

Nomina paedagogicorum a Dn. paedagogiarcha M. Ioh. Ferinario adductorum.

Inscripti sunt undesexaginta, inter quos:

Ludovicus Beitz Ansbachensis.
 Chunradus a Steinberg.
 Fol. 20. b. Andreas Fahrenheit Regiomontanus Borussus.
 Michael Leide Caminensis.
 Ioh. Ludovicus a Clauburg Francofurtensis.
 Casparus a Romberg.
 Fol. 21. a. Wilhelmus Sittich a Dalwig.

Accessit

Urbanus Pichlerus Noviforensis Styris. 30. Iunii.

Acta sub hoc Rectoratu anno 1595.

Sub hoc magistratu 12. Iulii in consistorio academiae tutores viduae et liberorum D. Doctoris Iohannis Pincieri praefecti Ebsteinensis piae memoriae constituti et confirmati sunt a Rectore et Senatu academico viri clarissimi D. Hermannus Vulteius LL. Doctor et professor primarius idemque summi iudicii Hassiaci assessor et D. Hermannus Wolfius medicinae Doctor et professor ordinarius.

14. Augusti habitae sunt promotiones doctorum altera Dni. Iohannis Molteri Battimontani sanctae linguae et Theologiae professoris qui hunc gradum mandato Illustriss. principum nostrorum assumpsit promotore Dno Daniele Arculario, Th. Doctore et professore, altera Dni M. Ludovici Gilnhusii Marpurgensis in utroque iure perorante D. Hermanno Vulteio LL. Doctore et professore primario etc.

Fol. 21. b. Mense Iulio dysenteria serpere et intra paucos dies se per omnes plateas diffundere coepit, quod malum miserabilem scholae dissipationem secum traxit. Lues ista admodum venenata et contagiosa nonnullos ex Dnis professoribus eorumque familias invasit, atque in mensem Octobrem grassata tandem remisit. Lectiones quidem ad tempus intermissae sunt, et professores quidam locum mutarunt. Sed scholae translatio non est facta. Postea studiosi in loca vicina dispersi praeter opinionem citius ad academiam reversi sunt, et praeter illos alii etiam accesserunt.

15. Augusti Reverendum et ornatissimum virum D. M. Christophorum Cramerum Graecarum literarum professorem, cui nuper etiam professio theologica ab Illustriss. principibus commissa fuerat, hae dysenteriacae una cum coniuge correptum ex hac aerumosa vita in coelestem et beatam Dnus evocavit. praemissum maritum paucis diebus post uxor insecuta est.

In locum M. Christophori Crameri ad professionem Graecae linguae voluntate Illustriss. principum vocatus est ab Academia M. Theodorus Vietor Lichensis, cum Scholae Cassellanae antea *σύνεργος* fuisset.

Circa finem Augusti, cum Philippus Rhodingus iuris studiosus processum ex L. diffamari contra Ioh. Molitorem Hiersfeldensem scribam dicasterii Illustrissimi principis D. Ludovici etc. apud Senatum Academicum obtinisset, et ille etiam citatus esset, nonnulli ex Illustriss. principis consiliariis sese interposuerunt et Rectori, D. Vicecancellario et D. Petro Nigidio Syndico vocatis rem illam Illustriss. principi displicituram significarunt, ac ut processum illum tolleremus monuerunt. Nos vero vi privilegii nobis concessi illum ursimus, et testes etiam causa sic flagitante in perpetuam rei memoriam examinari coepti sunt. Tandem vero aliquoties habita cum Dnis Consiliariis colloquutione et disceptatione in ipsorum et Rectoris, Vicecancellarii et Syndici praesentia partibus conciliatis tota causa citra praepudicium Academiae nullum composita est, neque de re illa quicquam deinceps actum est.

Fol. 22. a.

Cum Illustrissimi principis ac Dni Dni Ludovici officiales de anno etc. 94 a praeposito stipendiariorum Hermanno Matthia et de anno etc. 95 ab uxore M. Pauli Cythopoei, Iohanne Sachsen bibliopaga Universitatis et vidua defuncti quaestoris Iohannis Salfeldii domestica D. Doctoris Iohannis Godaei multam exegissent, et ipsorum dare illam renuentium, quia membra Universitatis essent, nomina Illustrissimo principi exhibuissent: Celsitudo eius ipsa eam remisit.

Uxor Iusti Segelii Wornabseri oeconomae Academiae vocata a quaestore ad luendam multam insciente marito et Rectore eam solvit, quod factum Academiae membris non praepudicabit.

Calendis Decemb. titulum Doctoris in utroque iure accepit D. Esaias Stammius quaestoris Marburg. filius et eodem die nuptias suas celebravit, quod illi singulari favore propter Dni Philippi Chelii praefecti Camerae principatus soceri in Academiam merita concessum est.

Anno 1596.

18. Ianuarii mane prope Coemeterium in gradibus inventus est mortuus Ludovicus Schunckius Walgerensis paedagogicus. Facta apertione capitis contusi et inspectione per chirurgos deprehensum est illum ebrium forte ibi praecipitem decidisse.

7. Februarii mane inter 2 et 3 antelucanam Illustrissimus et pientissimus princeps ac Dns Dns Georgius Hassiae Landgravius Comes in Catzenelnbogen, Dietz, Zigenhain et Nidda etc., qui Darmstadi aulae sedem habuit, cum diu cum periculosis et paralyticis catharris doloribusque calculi conflictatus esset pie et placide inter multorum astantium preces et lachrymas in Dno obdormivit, cuius corpus terrae in templo Darmstadi 29. Martii traditum est honorificentissime. De vita et obitu Celsit. eius orationes funebres soluto et ligato stylo habitae sunt a me Rectore et D. Doctore Hermanno

Nigidio Rhetorices professore et Hermanno Kirchnero poeta Caes. et professore extraordinario.

Fol. 22. b.

11. Feb. Didamarus Baroppius Tremoniensis ob nocturnam grassationem, in qua vulnus M. Henrico Geudenio inflixerat, a corpore Academiae abscissus est, quod illi in consilio Dn. professorum in consistorio nostro indicatum est.

15. Feb. Chunradus Schutzius Marpurg. ob insignem petulantiam, negligentiam, ludos ollae in musaeo suo institutos, aliorumque studiosorum seductionem cum peremptorie citatus non comparuisset, communi omnium professorum calculo e studiosorum albo deletus et publice ad valvas templi relegatus est.

27. Feb. M. Chunradus Khuel praeceptor in schola Coemeteriana secundum locum tenens Rectori et Senatui Academico in consistorio functionem suam resignavit, siquidem etiam ab Academia praesentatus et receptus fuisset et a qua stipendium suum accepisset. In locum eius substitutus est a Rectore et Senatu Academico M. Henricus Medicus Cattohombergensis et me rectore praesente a Dno Superintendente Doctore Henrico Leuchtero pueris renunciatus est Calendis Martii.

25. Martii Iacobus Quelwitz et Ioel Borisch Misnenses ob vesanam petulantiam computationes, vociferationes et insolentiam, qua etiam in consistorio nostro nobis insultabant, et, cum poenam carceris subire nollent, ob contumaciam unanimi Dn professorum decreto ex albo studiosorum exclusi et publice relegati sunt.

10. Aprilis prid. Paschatis inter 11 et 12 noctis Dns Doctor Daniel Arcularius S. theologiae professor et Stipendiarius Hassiae Ephorus, vir insigni pietate et modestia eximius, postquam diu febris hectica laborasset, spiritum suum Dno tradidit, ubi in pace vivens corpusculi sui in templo cathedrali Sabbathum agentis resuscitationem expectat.

Fol. 23. a.

29. Aprilis adolescentes 23 prima laurea, et 27 honore Magisterii perorante M. Rodolpho Goclenio logicae professore ordinario insigniti sunt.

18. Maji Iustus Segel Wormbserus oeconomus reddituum Cugliticorum et pecuniae stipendiariae obiit.

22. Maji in illius locum substitutus est a Rectore et professoribus Georgius Rehe Senator Marpurgensis.

22. Maji praefectus aulae nobilis et strenuus vir misit ad me praefectum pabuli (Futtermarſchalck) hora 7 matutina et me requisivit, ut ancillam Doctoris Henrici Hunoldi procuratoris iuberem ascendere in arcem ad dicendum testimonium in quadam causa, id quod ancillae ad me vocatae statim iniunxi.

Causa devirginationis et deflorationis hoc anno cognita, et sententia publicata est in consistorio academico, Rectorque et Senatus Academicus a transgressore mulctam exegerunt.

Τῷ Θεῷ δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Iohannes Winckelmann SS. Th. Doctor, professor et Ecclesiastes st.

(1596.)

Fol. 23. b. Anno a nato Christo Salvatore nostro millesimo quingentesimo nonagesimo sexto calendis Iulii de communi Dom. Professorum voluntate ac suffragatione Rector Academiae Marpurgensis renunciatus est Philippus Matthaeus I. U. Doctor et Professor ordinarius, sub cuius magistratu sequentes in album Academiae relati fuerunt.

M. Valentinus Steinmetz Lipsensis. 15. Iulii.

Valentinus Echardus Wolfhardt Rotenburgotuberanus. 16. Iulii.

Iohannes Lotzius Wetzensis. 1. Augusti.

Georgius Keslerus Bipontinus. 7. Augusti.

Sebastianus Cersius Haynensis Misnicus. 9. Augusti.

Henricus Waltherus Obernhoffianus. 12. Augusti.

Iohannes Langius Allendorffensis ad Werram. 19. Augusti.

Wendelinus Seipelius Dorheimensis.

Valentinus Hachenburger Flostadensis. } 27. Augusti.

Iohannes Christophorus Marckhardt Rotenburgotuberanus. 30. Augusti.

Chunradus Tilemannus Muldener Coburgensis. 31. Augusti.

Fol. 24. a. Gerardus Caesarius Ultraiectinus Belga. 21. 7bris.

Thomas Iunius Dirmsteinensis Palatinus.

Henricus Grempe a Freudenstein Bucshuillensis. } 22. 7bris.

M. David Walther Rotenburgotuberanus. 25. 7bris.

Bernhardus Albrecht Lubecensis.

David Gronovius Wismariensis.

Franciscus Hartwichius Brunsvicensis. } 26. 7bris.

Ericus Hake Neoburgensis Saxo.

Nicolaus Helwig Bechtolshemensis.

Ionas Astaler Augustanus. } 28. 7bris.

Arnoldus Cran Spirensis.

Ulricus Winckel Hamburgensis.

David Fischer Dantiscanus.

Balthasar Reusnerus Dantiscanus. } 4. Octobris.

Chunradus Bergfeldius Altenanus.

Sigismundus Pius Aemylius Hanaviensis. } 8. Octobris.

Chunradus Maurus Lichensis.

Alexander a Portugall Silesius. 9. Octobris.

Adamus Piscator Kemelensis Rhenanus. 13. Octobris.

Sigismundus Calopodius Salanavensis Austriacus. 26. 8bris.

Henricus Pankuch Hatneggensis.

Iohan. Hermannus Kotzenberger Wildungensis. } 28. Octobris.

Iohannes Pistorius Ziegenhainensis.

- Fol. 24. b.
- Iohannes Hanstein Treisensis. ultima 8bris.
 Daniel Vegetius Gladenbachensis. 3. Novembris.
 Martinus Severus Venatorius Triadofanensis. 8. Novembris.
 Gotfridus Scharffius Regiomontanus Borussus. 12. 9bris.
 Fabianus a Kotwitz Silesius nobilis. }
 Petrus Krampff Borussus. }
 Iohannes Sobbe Westphalus. } 13. 9bris.
 Iohan. Iodocus Lutz Heidelbergensis. }
 Laurentius Arnoldus Silesius. }
 Georgius Bremer nobilis Saxo. 14. Novembris.
 Theodorus Leontius Frisius occidentalis. }
 Christophorus Stickius Daventriensis. }
 Iohannes Weisbach Erfurtensis. } 15. Novemb.
 Henricus Wilhelm Weisbach Erfurtensis. }
 Nicolaus Bockwitz Ziegenhainensis.
 Feico Ailetius Frisius orientalis. 17. Novembris.
 Chunradus Hessen Mengerinckhusanus. 18. 9bris.
 Ioannes Gießenbier Salisufflensis Westphalus. 21. 9bris.
 Theodorus ab Heimborch Brunsuigius. {
 Georgius Niderwaldus Corbachiensis. } 1. Decembr.
 Simon Opsopoeus Brettanus Palatinus. 9. Decemb.
 Casparus Lanus Weissenkirchensis. 11. Decemb.
 Eucharus Gebhardus Schottensis. 17. Decembris.
 Iohan. Iacobus Avenarius Weinhemensis. 20. Decemb.
 Iustus Grentzenbach Lasphaeus. 23. Decembris.
 Hermannus Birckner Molhusinus. 29. Decembris.
 Theodorus Rauvius Mosbachensis. 30. Decembris.

Anno 1597.

- Fol. 25. a.
- Philip. Hermannus Debus Hombergensis ad Ohmam. 1. Ianuarii.
 Casparus Geysius Cassellanus. 3. Ianuarii.
 Philippus Maurus Braunfelsensis. 4. Ianuarii.
 Bernhardus Hartvigius alias Cratander Corbachiensis. 7. Ianuarii.
 Iohannes Knüttelius Eschenbachensis Palatinus. 15. Februarii.
 Georgius Sommer Monasteriensis. 21. Februarii.
 Iohannes Conradi a Knippenburgh Clivensis. 26. Februarii.
 M. Iosephus Tannenberg S. Gallensis Helvetius. 9. Martii.
 David Oromoenius Scotus. 13. Martii.

- Christophorus Hessius Lichensis. 7. Aprilis.
 Salomon Schonfelder Ungarus. 8. Aprilis.
 Antonius Boërius Oldenburgensis. 9. Aprilis.
 Iacobus Fresenius Corbachiensis. 13. Aprilis.
 Christophorus Hugo Niddewitzhausanus. 13. Aprilis.
 Iohannes Wiccus Alsfeldianus. 14. Aprilis.
 Tilemannus Sangmeister Spangenbergensis. 15. Aprilis.
 Henricus Wunnichius Ultzensis Lunaeburgicus. 16. Aprilis.
 Huldencus Enderlinus Rhetus. 17. Aprilis.
 Iohannes Chesnecopherus Suecus. 18. Aprilis.
 Philippus Fabricius alias Kleinschmidt Cassellanus. 19. April.
 Nicolaus Camerlingus Antwerpianus. 20. Aprilis.
 Christophorus Heineman Saxenbergensis. 21. Aprilis.
 Chunradus Kuchenbecker Cassellanus. 22. Aprilis.
 Iustus Schroderus Salisuffensis. 23. Aprilis.
 Engelbertus Raden Paderbornensis.
 Georgius Arnoldus a Ducker } Westphali. } 24. Aprilis.
 Iustus Henricus a Ducker }
 Israel Keplerus Allendorffensis ad Werram. }
 Chunradus Keplerus Allendorffensis. 24. Aprilis.
 Henricus Tonsor Marsbergianus.
 Petrus Musagius Linthaimensis. } 25. Aprilis.
 Iustus Samuel Vfelu Corbachiensis. }
 Antonius Rotheupt Cranspergensis. 26. Aprilis.
 Iohannes Fuldius Fridbergensis. 28. Aprilis.
 Iohannes Burchlage Diepholdanus. 29. Aprilis.
 Adrianus Adriani Alcmariensis Hollandus. 29. April.
 Ioan. Andreas Itterus Flostadensis.
 Georgius Helmoldt Gottingensis.
 Giselerus Stockeleffen Gottingensis. } 30. Aprilis.
 Henricus Matthaëus Schwetzingensis. }
 Ioan. Chunradus Matthaëus Schwetzingensis. }
 Henningus Waltherus Wistochiensis } Marchici. 4. Maii.
 Richardus Dieterus Pritzwaldensis }
 Andreas Scriba Spangenbergensis. 6. Maii.
 Michaël Mack Duncelspuhlensis Suevus. } 8. Maii.
 Mathias Sachtleben Stetinensis Pomeranus. }
 Bernhardus Dolaeus } Grebensteinenses. 9. Maii.
 Henricus Wilrichius }

Fol. 25. b.

Fol. 26. a.

Nicolaus Coriarius Milsungensis. 10. Maii.
 Georgius Herman Dresdensis Misnicus. 11. Maii.
 Iohannes Holman Susotensis Westphalus. 12. Maii.
 Ludovicus Mengosius Neukirchensis. 14. Maii.
 Rudolphus a Bunaw in Elsterbergk. 19. Maii.
 Abrahamus a Warnsdorf Silesius. }
 Iohannes Bilstenius Ostorodensis Saxo. } 20. Maii.
 Iohannes Strolen Mosbacensis. 22. Maii.
 Iodocus Wiskemannus Allendorffensis ad Werram. 25. Maii.
 Henricus Echartus Wetteranus. 26. Maii.
 Inico Hilderici Knipensis Frisius Orientalis. }
 Hieronymus Weitzel Hersfeldensis. } 28. Maii.
 Nicolaus Philippi Chavaciensis Gallus. 2. Iunii.
 Broderus Rhelamb Suecus. 3. Iunii.
 Stephanus Ziegelerus Halberstadiensis. 6. Iunii.
 Abrahamus a Bibran Silesius. 7. Iunii.
 Iodocus Allemannus Fellensis Francus. 8. Iunii.
 Chunradus Eckardus Stompeterodensis. 10. Iunii.
 Nicolaus Schlingaxt Ziegenhainensis. 14. Iunii.
 Georgius Klein Goslariensis. 16. Iunii.
 Rabanus a Thuilen Westphalus. 20. Iunii.
 Iohannes Beckstadius Islebiensis. 22. Iunii.
 Iohannes Winter Triburiensis Rhenanus. 23. Iunii.
 Iohan. Daniel Ricovillerus Moschellanus Bipontinus. 25. Iunii.
 Samuel Stymmelius Stetinensis Pomeranus. 28. Iunii.
 Georgius Gostavus Aichpron Neostadiensis Palatinus. 29. Iunii.

Praeter hosce Academicos nomina sua Rectori dederunt seqq. Paedagogici.

Inscripti sunt septuaginta duo, inter quos:

Fol. 26. b.

Iohan. Adamus Tholdius Tubingensis.

Fol. 27. a.

Daniel Heidwolff in Germershausen.

Fol. 27. b.

Georg. Wilhelmus ab Hain dictus Schlaun.

Fol. 28. a.

Annus hic 1596. quamvis a lue dysenterica morbisque pestilentibus immunis non esset, Professores tamen a munere profitendi non destiterunt: tantum abest, ut locum mutarint. Quin hic ipse Rectoratus celebris fuit actibus promotionum, quas vocant, publice habitarum octo: veluti patebit ex iis, quae sigillatim ad suum quodque diem consignata sunt.

Iulii die 11. Rector Leges Academicas publice recitari curavit, oratione prius de Legum dignitate habita.

Augusti die 22. vir clarissimus Dn. Iohannes Magirus Medicinae Doctor et Physices in hac Academia Professor ordinarius dysenteria correptus post horam undecimam meridianam placide in Christo obdormivit.

Augusti die 23. Andreas Scheps Boleslaviensis Silesius vir et eruditione et facundia insignis postquam horis matutinis insignia, quae vocant, Doctoralia in utroque Iure solenniter consecutus esset, promotore ipso Rectore D. Philippo Matthaeo, nuptias quoque cum filia clarissimi viri Dn. Iohannis Ferinarii Paedagogiarthae ac Historiarum Professoris ordinarii celebravit.

Augusti die 29. Christophorus Engelhardus Allendorffensis in salinis et Iohannes Cramerus Weilmonsteriensis concordibus Dn. Professorum votis relegati atque ex hac Academia et oppido pariter exterminati sunt, quod peremptorie ob foedas istas libidines, quarum accusabantur, citati non comparuissent.

Fol. 28. b. Septembris die 2. clarissimus ac consultissimus vir Dn. Hermannus Vulteius I. U. Doctor, eiusdemque Professor primarius, nec non generalis curiae Hassiacaе Assessor, in Henricum Lersnerum Marpurgensem, Gossuinum Merkelbach Susatensem, Iohannem Sprengerum Susatensem, M. Davidem Schmalkalderum Marpurgensem, et Adolphum Mollerum Hachenburgensem viros claros et egregie eruditos insignia Doctoralia in U. Iure in frequenti omnium Academiae ordinum consessu contulit.

Septembris die 24. illustrissima Princeps ac Domina, Domina Margarita illustris generosique Domini Dni Iohannis Comitis Mansfeldiae et Domini in Heldrunge felicitis recordationis vidua ex illustrissimo Ducum Brunsvicensium ac Lunaeburgensium sanguine oriunda, atque illustrissimi Principis ac Domini Dni Ludovici senioris Hassiae Landtgravii etc. Dni nostri clementissimi socrus, hic in arce post horam 12. nocturnam in vera confessione ardentique invocatione filii Dei placide ex hac aerumnarum valle in coelestem patriam discessit, cuius celsitudini die 29. eiusdem mensis iusta funeris in aedibus Teutonicis facta sunt.

Fol. 29. a. Octobris die 3. reverendus ac doctissimus vir, Dn. M. Balthasar Mentzerus Pastor Kirdorffensis in locum defuncti Theologi atque Ephori D. Danielis Arcularii ascitus orationem habuit, in qua Iesum Christum cum regio Propheta Davide contulit.

Octobris die 6. ornatissimo doctissimoque viro Dn. Christophoro Muldenere Medicinae Doctori ordinaria Professio Physices, qua D. Iohannes Magirus hactenus feliciter functus fuerat, demandata fuit.

Octobris die 15. Rector a Praetore huius loci requisitus D. Iohannem Moltherum Theologum in causa quadam criminali adulterium concernente testem a Fiscali nominatum, praesente Syndico D. Petro Nigidio, examinavit.

Octobris die 18. clarissimus idemque consultissimus vir Dn. Iohanes Goedaes I. U. Doctor atque Instit. Imperialium Professor ordinarius celeberrimum consultissimumque virum Dn. Heidericum Blanckenheimium Marpurgensem illustrissimi Hessorum Principis Ludovici senioris etc. consiliarium I. U. Doctorem solenniter renunciavit: quo peracto

Doctor recens creatus ad templum urbis deductus, ibique, concione prius audita, praesente et totum hunc Actum exornante illustrissimo Hassiae Landtgravio Ludovico seniore, cum lectissima sponsa clarissimi doctissimique viri Dn. Iohannis Wolffii Medicinae
 Fol. 29. b. Doctoris eiusdemque in hac Academia Professoris primarii filia, cui haud ita pridem fidem dederat, matrimonium pro more hic recepto iniit.

Calendis Novembris insignis atque egregie doctus vir Godefridus Antonii Fr^önden-bergensis Westphalus titulo ac gradu Doctorae in Utroque Iure per Rectorem D. Philippum Matthaem publice insignitus est.

Decembris die 26. Iohannes Pflug Cassellanus ex decreto Senatus Academici publice ad valvas templi relegatus est, quod hospitis sui Iohannis Rauch filiam Elisabetham compressisset, eoque nomine peremptorie citatus emansisset.

Anno 1597. die 3. Februarii ornatissimus ac doctissimus vir M. Theodorus Vietor Graecarum literarum Professor ordinarius viginti quinque honestos ac doctos iuvenes honore tituloque Magisterii insignivit.

Februarii die 16. in eximium ac doctissimum virum Christianum Winshemium Viti Icti filium insignia Doctorae in Utroque Iure collata sunt, promotore clarissimo Icto Dn. Iohanne Goeddaeo.

Martii die 12. Praeses et Assessores generalis Hassiae Dicasterii Studiosum quendam, irrequisito Rectore, ad testimonium de causa ibidem agitata dicendum citarunt: Rector certior ea de re factus Studioso isti, ne praefixa die illis sese sisteret, serio iniunxit. Sed cum secunda vice sub poena viginti aureorum eum citassent: Rector eidem sub eadem poena dictione testimonii denuo de communi Dn. Professorum voluntate interdixit. Quae res non exiguum dissidium peperit: sed tamen bonorum virorum interventu ea tandem transactio inita fuit, ut deinceps, quando quis eorum, qui senatui Academico subiecti sunt, ad dictionem testimonii citandus sit, Rectori illud significetur, ab eoque petatur, ut per ministrum Academicum tempore constituto vocari faciat eum, cuius testimonium exquiritur.
 Fol. 30. a.

Calendis Aprilis Senatus Academicus officium Praepositi, quod Hermanno Matthiae ob mores dissolutos haud ita pridem ademerat, Iusto Unckelio civi Bidencapensi demandavit.

Aprilis die 12. clarissimus Ictus Dn. Hermannus Vultei Antecessor primarius ac generalis Iudicii Hassiaci Assessor solenni ac celebri promotionis actu insignem atque eruditum virum Philippum Gerlacum Marpurgensem honore tituloque Doctoratus in Utroque Iure ornavit.

Maii die 12. excellens atque eruditus vir Dn. Nicolaus Braun Medicinae Doctor Paderborna iussu illustrissimorum Hassiae Principum Dn. Ludovici senioris ac Dn. Mauriti Dominorum nostrorum clementissimorum advocatus extraordinariam Professionem Medicam sortitus est.
 Fol. 30. b.

Iunii die 9. primam in Philosophia lauream meruerunt adolescentes viginti sex, promotore clarissimo viro Dn. Petro Nigidio seniore I. U. Doctore, atque Ethices Professore ordinario.

Soli Deo gloria.

Philip. Matthaeus D. ss.

Fol.57.a.	Iohannes a Dael Susatensis Westph.	Chasparus ab Ilden.	
Fol.57.b.	Wolfgangus Christophorus ab Holtzendorff.	Iustus ab Lente.	
	Chunradus a Schwicholdt.	Dethmarus a Diesingk Bockumensis.	
	Wernerus a Paland Iuliacensis.	Georgius Leuchterus Marpurgensis.	
	Iacobus a Benigsem.		

His accesserunt

Iohannes Prösell Pragensis Bohemus.

Hermannus Holtzschläger Mindanus.

IV. Ianuarii in praesentia omnium Dominorum professorum Hebraeae linguae professio demandata est Rev. et ornatissimo viro Domino M. Iohanni Schollio Battimontano.

XXII. Ianuarii Dominus M. Iohannes Schollius orationem habuit in auditorio Ictorum de necessitate et utilitate linguae sanctae.

V. Februarii cum Matthias Hundertmarck Holsatus ob vulnus noctu civi cuidam inflictum custodiae traditus se contra datam stipulata manu fidem subduxisset, decreto totius Senatus Academici literis ad fores collegiorum affixis exclusus et e matricula deletus est.

Fol.58.b. III. Martii Rector a praetore urbano per literas mutui compassus requisitus de more misit studiosos quosdam ad dicendum testimonium in causa criminali Iohannis Tautphoei, qui superiore anno etc. 99 Andream Farenheit studiosum Borussum gladio transfixerat.

XVI. Martii Dom. Palmarum vir praestantissimus et prudentissimus D. Nicolaus Becker Illustrissimi principis ac Domini Domini Ludovici senioris Hassiae Landgravii etc. Domini nostri clementissimi Secretarius de Ecclesia, Republica, Academia et ministerio bene meritus cum vesperi de arce descendisset, circa octavam apoplexia subito extinctus est.

X. Maii celebris iureconsultus D. Nicolaus Vigelius emeritus et aliquot annis rude donatus diem suum obiit.

Calendis Iunii Iohannes Weberus Lauterbachensis ob insignem petulantiam, levitatem, morum dissolutionem, nocturnas cursitationes, vociferationes atque inprimis ob temerarium Divini nominis abusum et mendacia, quibus ista sua delicta palliare et negare conatus est, licet in faciem convinceretur, tandem iuratis testibus convictus indignus studiosorum societate decreto Senatus Academici iudicatus et publice ad valvas templi ex Academia et civitate relegatus est.

XXIX. Iunii Rector curavit leges publice recitari.

Cum superiori anno Dei benedictione generosissimi vini copia provenisset, ob immoderatum eius usum passim *δύσφημα* audita sunt, ut caedes et tristes casus, quorum aliquid etiam Academiam attigit.

Fol.59.a. Nam IV. Maii vesperi circa horam nonam studiosus nobilis Daniel a Bodungen in tumultu quodam inter studiosos nonnullos et praefectum vigilum cum quodam soldato in custodia ante portam Franciscanam posito | et aliis e convivio prorumpentem orto vulneratus lethaliter postridie circa vesperum audita primum a Rectore commonitione et consolatione evangelica sumptoque viatico e rebus humanis discessit. Qui autem vulnus incussit soldatus postridie in arcem captivus abductus est.

Postridie praetor mandato Illustrissimi principis Rectorem requisivit, ut duos medicos Doctores ad inspiciendum vulnus defuncti Bodungii in domum chirurgi mitteret. Misit itaque Rector D. Paulum Cellarium et D. Nicolaum Braunn.

Mandavit tum etiam Illustrissimus princeps Ludovicus senior etc. per Secretarium Iustum Leskium Rectori, ut de tumultu et caede inquisitionem institueret et examinationem studiosorum, quicumque vel tragoediae interfuissent vel in vicinis locis habitarent aut alioquin casui intervenissent. Sed Senatus Academicus eo nomine convocatus iudicavit Illustrissimo principi humiliter respondendum, eo quod de hoc tumultu et casu criminali varii sermones spargerentur, Rectorem et professores demisse petere ut Celsitudo ipsius ad evitandam omnem suspicionem neque Rectori neque Sculteto examinationem committeret, sed viro alicui minime suspecto e Dicasterio, tum velle Rectorem et professores mandare studiosis ut vocati compareant, id quod etiam ita factum est.

Fol.59.b. Deliberatum tum etiam fuit an permittendum sit, ut studiosi a Commissario illo non requisito Rectore vocati sese sistant. Et visum fuit in hoc casu, quia ipse Senatus Academicus, ut per hominem Dicasterii examinatio et studiosorum et civium simul fieret, ab Illustrissimo principe demisse petisset, permittendum esse. Proinde Rector primum venire ad se iussis studiosis praecepit, ut in Dicasterium vocati sive per ministrum Academicum sive per nuncium Dicasterii comparerent.

Cum XVI. Iunii Garleffus Scultetus Bremensis in curia inter choreas excitato per quosdam tumultu civem quendam stratorem tectorum malleo suo stratorio (*Deckhamer*) in obvios quosque saevientem et duos etiam graviter vulnerantem transfixisse hinc putaretur,

quod fugam cepisset, Illustrissimus princeps per Secretarium mandavit Rectori, ut omnes studiosos, quot tumultui ipsi interfuisent vel spectatores fuissent, examinari curaret, id quod etiam factum est per Dominum D. Iohannem Godaeum praesentibus D. D. Balthasero Mentzero D. M. Iohanne Ferinario et D. D. Petro Hermanno Nigidio. Examinis bis descripti unum exemplar Illustrissimo principi exhibitum, alterum apud Academiam reservatum est.

Occasione dicti tumultus et caedis Illustrissimus princeps ac D. Dominus Ludovicus senior etc. constitutionem quandam de choreis et saltationibus ordine et decore in curia ducendis promulgavit, in qua inter caetera sancitum fuit, ut si qui ex aulicis vel studiosis vel cerdonibus mandatum illud transgrederentur, ii per officiales Celsitudini ipsius significarentur et deinde mandato eius ad poenam raperentur. Constitutionem hanc Consul et Senatus Marpurgensis per scribam suum typographo Academico excudendam tradidit significans, non quidem id fieri principis Illustrissimi iussu, sed suo iudicio. Quo comperto Rector et professores iudicarunt, vix constitutionem dictam citra praeiudicium Academiae et privilegiorum imminutionem publicari posse, atque ideo typographo mandarunt ne festinaret. Rem autem ad Illustrissimum principem per literas detulerunt humiliter petentes, ut Celsitudo eius Academiae sua privilegia in puniendis studiosis civiliter delinquentibus salva, sicut hactenus fecisset, benigne relinqueret et conservaret. De Responso Celsitudinis ipsius interrogatus Secretarius Leskius significavit, Illustrissimum principem dixisse, hanc constitutionem suam esse eamque nihil derogare statutis academicis, neque Celsitudinis ipsius mentem fuisse quicquam statutis et privilegiis Academiae velle derogare.

VI. Septembris Rector a praetore per literas mutui compassus requisitus iussit studiosos coram ipso et adiuncto ei commissario in curia ad dicendum testimonium in causa criminali interfectoris Danielis a Bodungen comparere.

Iohannes Sifridi Weteranus ob stuprum ancillae cuidam superiore anno illatum, cum mulctam pecuniariam solvere non posset, in quartam septimanam carceris poenam sustinuit.

Claruit hic annus sex promotionibus publicis, ut sequitur.

Nam XIV. Februarii duae Doctorales promotiones coniunctae fuerunt, una theologica, altera medica. In theologia de voluntate Illustrissimi principis ac Domini Domini Ludovici senioris etc. Domini nostri clementissimi etc. Doctoratus gradum accepit Rev. et clarissimus vir Dominus M. Balthasar Mentzerus Allendorphensis ad Salinas Hassiacas
Fol.60.b. SS. Theologiae professor et Stipendiariorum Hassiae Ephorus promotore ipso Rectore Doctore Iohanne Winckelmanno. In medicina autem hortatu et impulsu Illustrissimi principis ac Domini Domini Mauritii Hassiae Landgravii Domini nostri clementissimi Doctoratus honorem consecutus est pereruditus et egregius vir D. M. Henricus Ellenbergerus Catto-Hombergensis promotore clarissimo viro Domino Iohanne Wolfio Doctore et professore medicinae in hac Academia et Archiatro celeberrimo.

Tertia promotio Doctoralis habita fuit XIX. Maii clarissimo et consultissimo viro Domino Philippo Matthaeo iuris professore conferente Doctoratus insignia in duos Doctissimos viros D. M. Nicolaum Chesnecopherum Suecum, qui tum etiam nuptias celebravit cum filia D. M. Theophili Heiderici Loniceri Agnete, et D. Henricum Erpp Brochhausen Lemgoviensem.

Duae Magistrorum promotiones in hunc annum inciderunt, quarum prior ad superiorem annum pertinuit.

XXIX. Februarii XXII docti adolescentes ornati sunt honore Magisterii rem peragente clarissimo viro D. M. Rhodolpho Goclenio logices et mathematicum professore.

XVIII. xbris eundem titulum Magistrorum adepti sunt XXXVII eruditi adolescentes promotore clarissimo viro Domino M. Theodoro Vietore Graecarum literarum professore.

Fol.60.e. V. Iunii primam lauream obtinuerunt XXXIII docti adolescentes tribuente illis eam praestantissimo viro D. M. Iohanne Ferinario Historiarum professore et paedagogiarcha.

Cum aliquoties in pleno Senatu Academico de praedio Northusano, quod antea Iohannes Nordeccus et gener eius Christophorus Harsack tenuerant, deinceps viro clarissimo et consultissimo D. Doctori Iohanni Antrechtio Illustrissimi principis ac Domini Domini Mauricii Hassiae Landgravii Domini nostri clementissimi Vicecancellario de Academia bene merenti conferendo deliberatum esset, ita tandem convenit, ut ipsi et omnibus haeredibus de corpore eius per legitimum matrimonium descendentibus conferretur, ita tamen ut quamdiu supersint masculi, foemellae nihil iuris in eo haberent: illis autem deficientibus vel filiae vel neptes ultimo Antrechtio proxime succederent, prorsus ut literae Emphyteuseos ostendunt: Quae die XX. Decembris scriptae et Sigillo Academico maiori signatae die XXIX. eiusdem mensis in pleno Senatu spectantibus et suffragantibus Fol.60.d. omnibus et singulis professoribus a Rectore, Vicecancellario et Syndico, qui idem tum Decanus facultatis philosophicae erat, subscriptae sunt.

Sit nomen Domini benedictum.

Iohannes Winckelman SS. Theol. Doctor
professor et Ecclesiastes.

(1601.)

Fol.61.a. ANNO A NATO CHRISTO SALVATORE NOSTRO unico sexcentesimo primo supra millesimum Calendis Ianuariis, concordibus Dominorum professorum votis et suffragiis Academiae Marpurgensis Rector more consueto electus est HERMANNUS VVLTEIVS I. V. Doctor et professor primarius, Hessiae Consiliarius, sub cuius magistratu ea, quae insequuntur in album Vniversitatis relata sunt

Nomina studiosorum.

Tobias Deventer Hildensheimensis Saxo. 10. Ianuarii.
Henricus Hageman Stadensis Saxo. 13. Ianuarii.

	Otto Cropius Stadthagensis Schawnburgicus.	19. Januar.
	Iohannes Tschiffelinus Bielensis Helvetius.	20. Januar.
	Iohannes Pincier Epsteinensis Hesus.	20. Janu.
	M. Wolfgangus Sattler Basiliensis Helvetius.	18. Februar.
	Iohannes Hippodamus Warendorffensis Westphalus.	19.
	Iohannes Maior Wittembergensis Saxo.	Martii 13.
	Balthasar Brautlacht Lemgoviensis Lippiacus.	14.
	Guilielmus Stephani Weilburgensis Nassovius.	17.
	Antonius Keppius Weilburgensis Nassovius.	17.
	Mercurius Wildthelm Spirensis ex Nemetibus.	23.
	Georgius Martini Bartensteinensis Borussus.	28.
	Christophorus Haberkampf Tournensis Borussus.	28.
	Iacobus Haberkampf Tournensis Borussus.	28.
	Iohannes Sibeth Rostochiensis Megalopolitanus.	29.
Fol.61.b.	Guilielmus Sprengerus Cellensis Lunaeburgicus.	Martii 30.
	Iohannes ab Hovelu Lubbeccensis Saxo.	April. 6.
	Michaël Pfraumbaum Losdorffensis Austriacus.	7.
	Iohannes Reis Stadensis Saxo.	7.
	Iohannes Praschius Stadensis Saxo.	7.
	Parmeno Runge Stadensis Saxo.	7.
	Fridericus Nitze Cellensis Lunaeburgicus.	7.
	Tobias Langerfeldt Regiomontanus Borussus.	15.
	Iohannes Bulmannus Butzbacensis Hesus.	15.
	Chunradus Mullerus Herbipolensis Francus.	15.
	Iohannes Tucher a Schoberaw Bohemus.	16.
	Iacobus Anshelm Wingarttensis Palatinus.	16.
	Wolfgangus-Melchior Anshelm Wingarttensis P.	16.
	Iohannes-Erhardus Crapffius Wormatensis Vang.	16.
	Iohannes-Georgius Schemelius Rotenburgensis Tubar.	17.
	Iohannes-Fridericus Reichshofferus Rotenburg. Tubar.	17.
	Bartholomaeus Agricola Oppenheimensis Palatinus.	17.
	Matthias Stutzius Laubacensis Solmeius.	18.
	Michaël Schmidt Norimbergensis.	19.
	Matthias Albertus Weissenburgensis.	19.
	Matthias Hundertmarck Kielensis Holsatus.	19.
	Balthasar Sultzerus Francofurtensis ad Moenum.	23.
	Iohannes Heselerus Francofurtensis ad Moenum.	23.
	Chunradus Angelus Holtzheimensis Solmeius.	23.
	Chunradus Campius Hervordensis Westphalus.	24.

	Julius Teich Norimbergensis.	April.	26.
	Andreas Eyfriedt Vsingensis Nassovius.		27.
	Iohannes-Andreas Dryander Cassellanus Hessus.		28.
Fol. 61.c.	Martinus Birr Colmariensis Alsaticus.	Aprilis	28.
	Martinus Wernerus Merxhusanus Hessus.		28.
	Philippus-Adamus Beuttlerus Weilburgensis Nassovius.		30.
	Andreas Schnabelius Weilburgensis Nassovius.		30.
	M. Casparus Bitschius Haganoënsis Alsaticus.		30.
	Andreas Cancrinus Treisensis Hessus.	Maii	1.
	Iohannes Antrechtus Cassellanus Hessus.		2.
	Vrbanus Feilgenfus Treisensis Hessus.		2.
	Iohannes Weier Dusseldorffensis Bergensis.		3.
	Sebastianus Huberus Kochenstettensis Francus.		3.
	M. Guilielmus Schmuck Sulanus Hennenbergicus.		6.
	Iohannes Clees Sigenensis Nassovius.		11.
	Georgius Schraderus Brunsuicensis.		12.
	Chunradus Schraderus Brunsuicensis.		12.
	Paulus Fabricius Crainfeldensis Niddanus.		12.
	Iacobus Meinhardus Sigenensis Nassovius.		13.
	Michael Löschius Hersfeldensis Hessus.		13.
	Henricus Costadius Mindensis.		15.
	Godefridus Schnitterus Gorlicensis.		16.
	Iohannes Schnitterus Gorlicensis.		16.
	Augustinus Schnitterus Gorlicensis.		16.
	Melchior Specht Gorlicensis.		16.
	Iohannes-Georgius Hermannus Augustanus.		16.
	Dittrich Cluver nobilis ex dioecesi Bremensi.		18.
	David Davides Vnnensis Westphalus.		18.
	Hieronymus Mollerus Francofurtensis ad Oderam.		18.
	Iacobus Reiman Ilaviensis Moravus.		19.
	Iohannes Martinus Allendorphensis ad Werrham.		19.
Fol. 61.d.	Carolus Dienchius Reiskirchensis Nassovius.	Maii	19.
	Christophorus Durfeldt Hallensis Saxo.		20.
	Iohannes-Christianus Strecker Damsbruccensis Thuringus.		22.
	Iohannes Pein Heiligenstadensis Eichsfeldius.		
	Georgius Gerhardi Brigensis Silesius.		
	Georgius-Fridericus Senitz		
	Wolfgangus-Theodoricus Gregersdorff	} nobiles Silesii.	
	Iohannes Gregersdorff		
	Henricus Reidenburgk		

- Wigandus Cervinus Waldbreulensis Seiniacus.
 Iohannes Wagnerus
 Hermannus Wagnerus } Allendorphenses ad Werrham. 23.
 Georgius Wagnerus }
 Otto-Adolphus Hofmannus Iugenheimensis Nassovius. 27.
 Rupertus Walther ab Herborn Kirnensis Reingr.
 Philippus Walther ab Herborn Kirnensis Reingr.
 Chunradus Fasterdt Liebenhallensis Brunsvigijs. 28.
 Ludovicus Steitzerus Giessensis Hessus. 30.
 Paulus Steinius Sontranus Hessus. Iunii 2.
 Iohannes Windecker Naumburgensis Hannovius. 9.
 Iohannes Wehen Berlenburgensis Wittgenstenius. 13.
 Iohannes Schaffnicht Allendorphensis ad Werrham Hessus. 16.
 Iacobus Windtheuser Wehensis Nassovius. 22.
 Marcus Gerstenberger Thuringus.
 Iohannes-Andreas Nicolai Vinariensis Thuringus.
 Sigismundus Martinus Nassoviensis. 25.
 Iohannes Magirus Treisensis Hessus.
 Lucas Rufferus Hamelburgensis Fuldanus.
 Gabriel Molitor Hersfeldensis Hessus.
 Iohannes Cornius Obersemensis Stolbergius. 27.
 Schottenius Freitag nobilis Westphalus. Iulii 4.
 Iohannes Götz Hersfeldensis Hessus. 9.
 Iohannes Iegerus Rostochiensis Megalopolitanus.
 Christophorus-Franciscus ab Arnim. 14.
 Casparus ab Arnim fratres nobiles Saxones.
 Iustus-Reinerus Robbecke Brunsvigijs. 16.
 Matthias a Sichten Dantiscanus Borussus. 20.
 Philippus ab Helmstadt nobilis Palatinus.
 Fridericus Deckerus Tubingensis Wurtembergicus.
 Iohannes Cumpe Diethmarsus. 22.
 Michael Lundorpius Francofurtensis ad Moenum. 25.
 Bruno Spanmar Mindensis Saxo. 25.
 Casparus Langenscheidt Hammonensis Westphalus*). 27.
 Christianus Gravius Allendorffensis ad Werrham Hessus. Augusti 23.
 Christophorus Kaltt Spirensis ex Nemetibus. 24.
 Martinus Benckendorff Crosnensis Silesius. 25.

Fol.62.a.

*) Hoc nomen deletum est.

	Franciscus Rosellus Brundrouttensis dioeceseos Basiliensis.	31.
	Petrus Wildius Montbeliardensis.	
	Henricus Bruningius Bremensis Saxo.	Septembris 8.
	Iohannes Holtzheuserus Steinacensis Palatinus.	9.
	Iohannes-Sebaldus Siberus Neustadiensis ex Nemetib.	15.
	Marcus Crebs Suinphordianus Francus.	
	Chunradus Breitsprach Halberstadiensis Saxo.	17.
	Iulius Breitsprach Halberstadiensis Saxo, fratres.	
	Simon Fischer Colbergensis Pomeranus.	18.
	Ioachimus Werderman Sedinensis Pomeranus.	
	Iohannes Herl Coloniensis ex Vbiis.	25.
	Otto Plato Bremensis Saxo.	
	Hieronimus Geys Rotenburgensis ad Tubarim.	26.
	Iacobus Sattler Osnabrugensis Westphalus.	27.
Fol.62.b.	Georgius-Fridericus a Rammingen Durlacensis.	28.
	Georgius Hauseman Neurodensis Silesius.	
	Iulius Kitzlerus Brunswicensis.	29.
	Iohannes-Georgius Fabri Spirensis ex Nemetibus.	
	Sebastianus Kallt Spirensis ex Nemetibus.	Octobr. 1.
	Iohannes-Henricus Frobusius Spirensis.	2.
	Andreas Thielman Lipsensis Misnicus.	
	M. Henricus Kayss Tubingensis Wurttembergicus.	4.
	Clemens Andler Brackenheimensis Suevus.	
	Iohannes Fritzlinus Gieglingensis Wurttembergicus.	
	Hermannus Hunoldus Marpurgensis Hesus.	9.
	Wilhelmus Windeccerus Naumburgensis Hannovius.	14.
	Simon-Philippus Gommersbach Lemgoviensis.	17.
	Ieremias Lintz Meisenheimensis Bipontinus.	
	Iohannes Rodt Görlicensis Silesius.	
	Hermannus Latherus Husanus Holsatus.	19.
	Christophorus Godfridus Vrfensis Hesus.	20.
	Henricus Flörcken Lemgoviensis Lippiacus.	24.
	Iohannes-Fridericus Forsterus Arnstadiensis.	28.
	Casparus Schneider Arnstadiensis Schwartzemb.	
	Casparus Horst Hornensis Lippiacus.	Novembr. 1.
	Georgius Klinckenbeil Lemgoviensis Lippiacus.	2.
	Henricus a Mengersen Schwalenbergensis Pad.	
	Isaacus Boiteulx Genevensis Gallus.	5.
	Iohannes Boërius Oldenburgensis Saxo.	12.

	Christophorus Pfeiffer Siegenensis Nassovius.	
	Henricus Rodingus Fritzleriensis.	13.
	Christianus von Bellin nobilis Marchiacus.	14.
Fol.62.c.	M. Hieronymus Brickner Lipsiensis Misnicus.	15.
	Wolff Diettrich Truchses von Wetzhausen Francus.	
	Christianus Heil Ienensis Thuringus.	
	Ieremias Gundlach Norimbergensis.	
	Balthasar Germanus Werdorffensis Solmeius.	16.
	Iacobus Myccius Itzsteinensis Nassovius.	17.
	Eberhardus Hugo Spirensis ex Nemetibus.	20.
	Iohannes-Theodorus Tuitius Coloniensis ex Vbiis.	
	Wilhelmus Sobbaeus Lemgoviensis Lippiacus.	
	Otto Langius Allendorffensis ad Werrham Hesus.	23.
	Georgius Kuen Grebensteinensis Hesus.	
	Hieronymus-Robertus Zanchius Neustadiensis ex Nemetib.	27.
	Georgius Eberus Hamelburgensis Fuldanus.	Decembr. 4.
	Andreas Osterreich Vechtensis dioeceseos Monasteriensis.	6.
	Eucharis Hugo Allendorffensis ad Werrham Hesus.	
	Conradus Pincier Veteranus Hesus.	7.
	Sigismundus a Lattorff nobilis Saxo.	8.
	Casparus von Schwalbach nobilis Hesus.	12.
	Ioannes Daniel Starck Zierenbergensis Hesus.	17.
	Ludovicus Streit Wolfhagensis Hesus.	
	Vlricus Monachus Corbachiensis Waldeccus.	18.
	Sylvester Pribe Pomeranus scholae Lemgov. Rector.	20.
	Helmricus Vulteius Marpurgensis Rectoris filius relatus a patre in hanc matriculam, cum esset natus annos 5, menses 4, dies 7, nimirum ultima Decembris.	

Hoc anno disciplinam paedagogicam subierunt a Domino Paedagogiarcha nominati.

Inscripti sunt sexaginta, inter quos:

	Georgius Eberhardus a Boineburgk.	Iohannes Cunradus a Walbrun.	
	Ludovicus a Boineburgk.	Sebaldus Welser Norimbergensis.	
Fol.62.d.	Georgius Hartmannus a Walbrun.	Nicolaus Vigelius Marpurgensis*).	Fol.63.a.

Fol.63.b. Sub hoc magistratu constitutum est, ut in erogatione eleemosynarum modus adhiberetur, neque ultra album cuiquam, nisi qui vitae suae testimonia certa proferret, vel cuius res essent notae, daretur.

*) *Idem esse possit is, qui a. 1620 summos in utroque iure honores adeptus est, professoris Nicolai Vigelii, de quo v. ad a. 1594, fortasse nepos. Cf. Strieder XVI, p. 330 sq.*

Cum etiam in commodanda rheda Academica abusus nimius animadverteretur, visum est Dominis professoribus, ne ea posthac cuiquam alii quam professori, idque habita prius Rectoris licentia, commodaretur.

Ne vero etiam memoria excideret Calendarum Iuliarum, quae superioribus annis inaugurando Rectori novo fuere solennes, voluerunt Domini professores inauguratione illa collata in Calendas Ianuarias, ut Calendae Iuliae posthac singulis annis essent feriatae, iisdemque matutinis horis praelegerentur publice Academiae leges et statuta, quo facto Rector Dominos professores ipsum domum suam deducens convivio exciperet, oma vini, ut vocant, ad sublevationem sumtuum ex publico Academiae aerario in id collato.

Placuit etiam Dominis professoribus, ut posthac quilibet Rector in ipsa officii et magistratus sui depositione omnia acta eius anni Academiae Syndico traderet nec quidquam de illis etiam minimis secum retineret, ut ea, si ita ferret necessitas, ex Archivo, ubi a Syndico diligenter recondi debent, in promptu haberi possent.

Clarissimus vir Dn. Henricus Ellenberger Hombergensis Hesus Medicinae Doctor insignis ex mandato illustrissimorum principum XXIX. Aprilis cooptatus est in numerum ordinariorum professorum Medicinae eodemque die iuramentum professorium consuetum praestitit.

Stuprum a Martino Miltenbergero Hammelburgensi commissum quinquaginta, commissum ab Adriano von Wulffen triginta florenis mulctatum et mulcta Academiae aerario illata est.

Fol.64.a. Mense Martio cum Franciscus Heinzenberger Wetzflariensis nocte praecedente diem XII. ebrius et temulentus lapidibus et lignis excussisset fenestras hypocausti, in quo tum temporis hospitium suum habebat Doctor Iustus Koch, Illustrissimi principis Landgravii Ludovici Senioris etc. Consiliarius, eaque res ad Celsitudinem eius delata esset, Secretarius Iustus Lösken Rectorem nomine Celsitudinis eius requisivit de praedicto Heinzenbergero incarcerando, quod Celsitudo eius existimaret, hanc Consiliario suo iniuriam illatam ad ipsam quoque pertinere, praesertim quod essent nonnulla, quae suspicionem facerent eam ex negotio quodam alio originem habuisse; unde etiam Illustrissimus princeps Heinzenbergerum sibi suaeque custodiae tradi voluit, cui rei intercessit Senatus Academicus, ita ut tandem etiam Celsitudo eius isti intercessioni acquiesceret. Cum autem Heinzenbergerus a die XII. Martii usque ad diem II. Aprilis in carcere Academico esset detentus, et ita res Rectoris ferrent, ut necesse haberet hoc die in patriam suam Wetteras excurrere, ut matri suae, quae annos octoginta nata pridie eius diei in Christo pie et placide obdormiverat, iusta faceret, carcere noctu effracto Heinzenbergerus aufugit, unde molestiae quidem Senatui Academico creatae sunt, sed commodis rationibus sine ullo Academiae praeiudicio postea amotae.

Difficilius aliquanto fuit negotium, quod Henricus Winnenbergerus Marpurgensis adolescens dissolutus et desparatus Academiae exhibuit, idque mense Iulio. Hunc cum nec verbis nec carceribus nec multis corrigeretur, sed petulantiam petulantiae subinde accumularet, nec ullum esset nequitiae genus, quod non attigisset, Senatus Academicus

pridie D. Jacobi ad biennium ex oppido et Academia pariter secundum Academiae leges et statuta relegandum et exterminandum esse decreverat, idque ipsum decretum postera die proclamate publice affixo, prout moris est, denunciaverat. Cum autem pro princeps abesset, Rector praetori urbis per Academiae ministrum publicum hoc omne significavit atque eundem insuper requisivit, provideret, ut haec relegatio facta executioni mandaretur. Ut enim id fieret, hactenus observatum fuerat, eamque ob causam Rector praetorem urgebat ipsumque officii sui commonefaciebat, cum videret moram trahi. Interim praetor cum quaestore re communicata Senatus Academici postulatam ad Illustrissimum principem, qui tum temporis erat cum Electore Moguntino, reiicit, aperte dicens, se ea de causa iam ad Celsitudinem ipsius scripsisse: quo cognito protinus etiam Senatus Academicus tabellarium ablegat. Reverso principe in urbem omnis adhibetur diligentia, ut decretum Academicum atque id subsequente relegatio executioni mandetur, sed frustra. Nam praedictus Winnebergerus iussu principis carceri urbis includitur: tandem praeter spem et expectationem Senatus Academici post quindenam dimittitur viginti florenis aereo Illustrissimi principis illatis multatus et in numerum civium urbis receptus. Quam rem Senatus Academicus tulit aegerrime: et quamvis essent qui existimarent Celsitudinem ipsius ea de re esse interpellandam, nonnulli etiam censerent eam ad Illustrissimum principem Mauritium Hessiae Landgravium etc. non esse dissimulandam, omnibus tamen circumstantiis accurate perpensis placuit tandem omnibus media sententia existimantium protestatione huic rei consuli posse, ne, si forte alterutrum illorum vel utrumque fieret, graviora ex eo incommoda sequerentur, quae tum quidem dicta sunt, sed in hunc locum non referenda. Ita protestatio coram Notario et testibus in solenni Senatus Academici conventu interposita est, quae in instrumentum redacta cum ceteris huius negotii Actis Academiae Syndico ad reponendum in Archivo tradita est, unde huius controversiae plenior cognitio haberi potest.

Senatus etiam urbis novam quaestionem movit mense Novembri de pecunia ea, quam vocant *Soldatengelt*, etiam ab Academiae membris extra professores solvenda. Sed ita Senatui responsum est, ut obmutuerit: ac proinde hac in re Academiae ipsiusque membris in universum omnibus sua libertas custodita est.

Ausi sunt praeterea quaestor et praetor urbis a viduis D. Nicolai Vigelii et D. Henrici Hunoldi multas exigere, eo quod ante aedes suas plateas non expurgassent. Verum Rector utrique viduae mandavit, ne vel obolum quaestori aut praetori solverent, cum tamen peccassent, Rector utramque mulctavit quaestore et praetore prorsus tacentibus nec quidquam amplius moventibus.

Quatuor hoc anno promotiones sive actus promotionum fuerunt habiti, duo Doctorum et unus Baccalaureorum.

Fol.65.a. Prior fuit Doctorum iuris, | Dn. Henrici Berenhardi Cattohomburgensis et Dn. Georgii Terellii Laubacensis Solmeii, Consilarii Stolbergensis: et unius Doctoris medicinae Dn. Rudolphi Goclenii iunioris Rudolphi nostri filii. Insignia Doctoralia in illos contulit ipse Academiae Rector, in hunc vir clarissimus et doctissimus Dn. Paulus Cellarius

Medicinae Doctor et professor eximius, a. d. XIX. Martii. Posterior actus fuit longe nobilissimus trium facultatum superiorum. Nam III. Septembr. Reverendus et doctissimus vir Dn. Iohannes Winckelmannus SS. Doctor et professor celeberrimus Doctorem Theologiae renunciavit M. Georgium Herdenium Marpurgensem Hessum. In iure clarissimus et consultissimus vir Dn. Ioannes Goeddeus I. V. Doctor et professor insignis Doctores creavit Dn. Christianum Kegelum Goslariensem Saxonem, iuris in Mauritiano Cassellano professorem, et Dn. Ioannem Hippodamum Warendorffensem Westphalum. In medicina denique clarissimus et doctissimus vir Dn. Henricus Ellenberger Medicinae Doctor et professor eximius Doctoralia insignia contulit Dn. M. Hectori Schlanhovio Alsfeldiensi Hesso.

Exeuntis huius anni die XXX. Decembr. clarissimus vir Dn. Rodolphus Goclenius philosophus *πολλῶν τ' ἀντάξιος ἄλλων* insignia Magisterii contulit in XXVII egregie doctos iuvenes.

Quin etiam promotio XXV Baccalaureorum fuit habita perorante totamque rem dirigente clarissimo viro Dn. Petro Nigidio I. V. Doctore et ethicae philosophiae professore egregio.

Hermannus Vulteius I. C. consignabat ultima Decembris anno Christi 1601, cum 16. die eiusdem mensis Decembris complevisset annum aetatis suae 46. DEI beneficio, cui sit laus in sempiternum.

Dominus mecum: quid faciat mihi homo?

Fol.65.b.
vac.

(1602.)

Fol.66.a.

ANNO CHRISTI MILLESIMO SEXCEN|TESIMO SECVNDO CONCORDI DOMINORUM professorum suffragatione renunciatus est Rector Academiae Marpurgensis IOHANNES WOLFFIVS Medicinae Doctor et professor primarius, sub cuius magistratu sequentia in album Academiae relata sunt.

Mensis Iulii 22. Illustrissimi et potentissimi principis ac Domini Domini MAVRITII HASSIAE LANDGRAVII Comitis in Cattimelibocis Decia Ziegenhain et Niddaw etc. Domini principis ac nutritoris Academiae huius benignissimi filius primogenitus OTTO LANDGRAVIVS HASSIAE Academiae commissus et praemissa, ut vocant, depositione in arce seu castro Marpurgensi a Beanismo absolutus et albo huic Academiae cum infra scriptis comitibus et nobilibus ministris insertus est ordine, ut sequitur.

OTTO LANDGRAVIVS HASSIAE.

Fridericus Ludolphus Comes in Bentheim.

Iohannes Davidis a Creutzberg.

Iohannes Adolphus Raw in Holtzhausen.

Philippus Wilhelmus a Fleckenbuhl dictus Birgelen.

Rudolphus Raw in Holtzhausen.

Post hos vero gradatim in album collecti

	Georgius Titus Beuthaniensis Silesius.	20. Ianuarii.
	Christianus Vogt Diethmarsus.	23. Februarii.
	Georgius Vuakebusch Hamburgensis.	26.
	Iohannes Dieffenbachius Svevo Hallensis.	27.
Fol.66.b.	Iohannes Volckwich Rostochiensis.	2. Martii.
	Iohannes Georgius Braun Senutzheimensis Palatinus.	6.
	Iohannes Helvetius Beilsteinensis Nassavicus.	13.
	Nicolaus Mothius Flensburgensis Holsatus.	14.
	Alexander Morrien Monasteriensis Westph.	23.
	Henricus Menger Lingensis.	31.
	Iohannes Wilhelmus Crapffius Vormatiensis.	3. Aprilis.
	Abrahamus Econius Friso. }	9.
	Paulus Betti Basiliensis. }	
	Martinus Kretschmar Vratisl. Silesius. }	9.
	Albertus Schilling Vratisl. Silesius. }	
	Fridericus Schilling Vratisl. Silesius. }	
	Iodocus Bils Gandaviensis.	
	Iohannes Leuning Hadlesius.	10.
	Arnoldus a Bobart Bremensis.	12.
	Ieremias Colerus Guraviensis Silesius. }	13.
	Petrus Titus Bethaniensis [sic] Silesius. }	
	Heinricus Berchmannus Herfordiensis. }	22.
	Georgius Balduin Herfordiensis. }	
	Theodoricus Corbeus Herfordiensis. }	
	Thomas Fabricius Laubachensis.	22.
	Christianus Omichius Rostochiensis. }	23.
	M. Albertus Reimarus Lubeccensis. }	
	Albertus Plate Stadensis Saxo. }	24.
	Nicolaus Plate Stadensis Saxo. }	
	Philippus Caesar Cassellanus *). }	26.
	Adamus Caesar Cassellanus. }	
	Lubertus Hausmannus Cassellanus. }	28.
	Constantinus Knieriem Eschweg. }	
	Simon Dernius Weilburgensis.	28.
Fol.67.a.	Iohannes Faber Medebachiensis.	29.

*) De Philippo Caesare famoso potius quam claro ecclesiaste Bremensi, qui antea acerrimus confessionis reformatae defensor a. 1630 ad pontificios abiit et Coloniae mortuus esse dicitur post a. 1642, quo „Triapostolatum Septentrionis“ edidit, accurate post Striederum III, p. 305 sqq. egit J. M. Kohlmann in: Bremisches Jahrbuch II. (1865) p. 14 sqq.

Ludovicus Staud Rotenburgo Tuberanus.	30.
Conradus Matthaeus Grunbergensis.	}
Nicolaus Grebius Hirsfeldianus.	
Johannes Schröderus Grebenaviensis.	
Henricus Waysius Treisensis.	
Eucharius Hombergerus Hombergensis.	}
Casparus Bangius Allendorffensis.	
Casparus Coëtius Ganderensis.	9.
Johannes Curaeus Allendorffensis.	}
Theodorus Schollemannus Vvaltropensis.	
Henricus Fischer Hamburgensis.	
Georgius Beccerus Lorbergensis Silesius.	
Henricus ab Holtz Hamburgensis.	
Wuillhelmus Fridericus a Volckershausen.	
Georgius Herbartus a Volckershausen.	
Johannes Iflandt Volckershausanus.	}
Hermannus Heidtman Fabiranus.	
Iodocus Avemannus Cassellanus.	12.
Henricus Herbarius Treisensis.	14.
Bartholdus Luninckhausen Bilfeldiensis.	15.
Antonius Menschingius Schawenb.	17.
Philippus Ludovicus Schmoll Goarinus.	17.
Martinus Schickhardus Sigenensis Nassovius.	}
Hermannus Schomlerus Sigenensis Nassovius.	
Iacobus Schickhardus Nassovio-Sigenensis.	
Wigandus Moller Gerlicensis Silesius.	}
Lucas Heervuardt a Buttenveldt.	
Georgius Riedeselius in Eysenbaco iunior.	}
Johannes Riedeselius in Eysenbaco iunior.	
Georgius Schröderus Grebenaviensis.	
Henricus Wullius Hammonio-Westphalus.	28.
Wilhelmus Bekendorp Hamburgensis.	}
Petrus Möller Hamburgensis.	
Andreas Schultze Saxo Hallensis.	3.
Augustinus Daniel Vratisl. Silesius.	4.
Bertramus Märckerus Hatnegganus Westph.	6.
Ieremias Heuberus Onolsbachensis Franc.	}
Nicolaus Gehrboht Argentiniensis.	
Ioannes Scholerus Wetzflariensis.	

Fol.67.b.

Ioannes Hermann Schenck in Schweisburgk [<i>sic</i>].	}	8.
Ioannes Viotor Alsfeldianus.		
Fridericus Iamevius Pomeranus Grifswaldensis.		
Ioannes Gruelius Pomeranus Grifswaldensis.	}	9.
David Feirabent Hallensis Suevus.		
David de Werneto Mompelcardensis.		12.
Ioannes Scevastes Lippiensis Westph.	}	17.
Henricus Conradus Burckartz Lipp. Westph.		
Ioannes Ioachimus a Leuning Heidelberg.	}	20.
Georgius Rudolphus a Leuning Neostadiens.		
Ioannes Mosius Rostochiensis.		
Iosua Velshovius Griviswaldensis.		
Ioannes Steiffenbulius Stadbarbiensis [?].		28.
Georgius Roel Fuldensis.		vlt.
Christophorus Hupfeldt Allendorffensis.		4. Iulii.
Philippus Gunderus Lips.		12.
Lucas ab Ebersberg nominatus a Weiers Franco.	}	13.
Balthasar Molitor Hombergensis in Hassis.		
Ioannes Schmaltzius Homberg. in Hassis.	}	24.
Christianus Maschow Pomeranus.		
Casparus Coerswandt [?] Pomeranus.		
Stanislaus Casimirus Moscorovius a Moscorovo.		10. Augusti.
Hector Glitschius Fuldensis.		12.
Georgius Talmoller Mindanus.		21.
Eliazer Sitzinger ab Holenstein.		27.
Ioannes Hageman Stadiensis.		28.
Henricus Schraderus Osnabrigensis.	}	30.
Bernhardus Schraderus Osnabrigensis.		
Elias Hofman Babesdaviensis Silesius.		9. Septemb.
Ioannes Denhard Magdeburgensis.		16.
Wenceslaus Peucerus Comicensis.		16.
Ioannes Plagius Petersheimensis.		24.
Ioannes Huldericus Funcklindaviensis [<i>sic</i>].	}	28.
Iacobus Lefler Legicanensis Wirtemberg.		
Franciscus a Donea Frisius occident.	}	29.
Dithardus a Walda Frisius occident.		
Sixtus a Botnea Frisius occident.		
Albertus Rolteman Frisius Groningensis.		
Ioannes Wissel Göttingensis.		6. Octob.

Fol.68.a.

	Olaus Ericii Suecus Lerboensis.	
	Bartolomaeus Birgeri Suecus Niricius.	9.
	Ioannes Knabensuch [<i>sic pro</i> Knabenschuch] Hombergens. Hass.	} 22.
	Ioannes Strauchius Schottensis.	
	Georgius Fridericus Zedlitz Silesius.	
	Crispinus Hartmannus Allendorffensis.	} 23.
	Ioannes Bulckendorffius Allendorf.	
	Christophorus Quastius Hofgeismariens.	24.
	Ioannes Fridericus Lescherus Spirensis	} 28.
	uxoratus et Notarius publicus.	
	Iodocus Trautman Herbipolitanus.	
	Georgius Rickgans Abbatis Rodanus Eschw.	1. Novemb.
	Rombertus Horneman Hildesheimensis.	15.
Fol.68.b.	Ioannes Schrader Hildesheimensis.	15.
	Iustus Hauberus Corbachensis.	
	Ioannes Raschius Zirenbergensis.	} 17.
	Ioannes Streicherus Hofgeismariens.	
	Balthasar Schemelpfennig Borussus.	
	Christophorus Rodemannus Regiomont. Boruss.	
	Solomon Germius Dantiscanus Borussus.	
	Ioannes Wolf Mulporten Grebensteinensis.	18.
	Ioannes Walterus Emericus Wisbadensis.	21.
	Martinus Bremerus Corbachensis.	} 27.
	Hermannus Curtius Niemensis.	
	Ioannes Bierman Drestensis.	
	Ioannes Pflugerus Tunderensis Brunsvigius.	} 30.
	Ioannes Raumanus Finnimus Suecus.	
	Fridericus ab Hutten.	15. Decemb.
	Wolf Dietz Schutz ab Holtzhausen.	19.
	Melchior Grabianus Steinbrugensis Saxo.	} 23.
	Samuel Frisius Stetinensis Pomeranus.	
	Valentinus Nebenius Waltcappellensis Hassus.	28.
	Elbertus Dinckermannus Susatensis Westph.	29.

PAEDAGOGICI HOC ANNO ALBO INSCRIPTI.

Inscripti sunt sexaginta tres, inter quos:

Fol.69a.	Iohannes Guntherus Regiomontanus.
	Antonius Guntherus Regiomontanus.
Fol.69.b.	Otto Vtman a Schmolz Silesius.
	Ioan. Henricus Vtman a Schmolz Silesius.

Fol.70.a. MEMORABILIA QUAE DURANTE HOC Rectoratu acciderunt sequentes paginae continent.

Currentis Anni Ianuario et Februario mensibus tumultus et dissidia inter studiosos erant creberrima, neque inter paucos tantum agitabantur, sed plurium facto concursu cohorticulae concresebant, quae pactionibus et foederibus inter sese factis noctu et interdium petulanter et frequenter configebant et mutuis vulneribus cum vitae discrimine saepe dimicabant. Cum itaque nec carcere nec aliis poenis severioribus emendarentur, Illustrissimus Princeps ac dominus, dominus Ludovicus senior Hassiae Landgravius, Princeps noster clementissimus petulantiae pertaesus de modo quo ista per civium et hospitem adiunctam inspectionem posset emendari cogitabat. Proinde hospitibus studiosorum sequentes leges positionesque observandas condebat quae sic habebant.

1. Es soll ein Jeder vnser Professor, Bürger vnd andere dergleichen, so Studenten behausen oder beherbergen, seine fordere, hindere vndt neben thüren mit guten blinden Schloßen, so niemand als nur der Wirt, vnd wemb derselbige den Schlüssel vertrawet, ofnen könne, verwahren vnd versehen, auch seinen Stubengesellen Nachtllicher Weill keinen auß oder eingang heimlich gestatten, sondern solchs alles also halten, damit es mit wissen geschehe, vnd der Wirt vff erfordern darvon bericht thun könne.
2. Derohalben den auch kein Wirt einigen Stubengesellen besondere Haußschlüssel zulassen, sondern der Wirt oder Wirtin solche allein bey sich haben vnd behalten sollen.
3. Die Wein vnd bierwirt sollen keinen Studenten bey Nachtllicher Weill in den Schencken zu sitzen oder zu sauffen Platz oder Herberg geben, sondern bey Tage vnd guter Zeitt solche Geste abschaffen vndt nach Hause weisen.
4. Solche Wirt sollen auch Abentz vber oder nach neun Uhren weder Wein noch Bier auch vmb ihr gelt nicht folgen lassen.
5. Vnd sollen auch sonst inß gemein den Studenten kein Wein oder Bier vf borg oder Kerben vfdragen oder außleihen, bey Verlust der verborgten Schuldt, vnd vnserer vngenebigen Straff.

Fol.70.b. Has itaque positiones quaestori traditurus, ut publicarentur, Rectori primo eas videndas pridie publicationis per D. Secretarium offerebat, indicans quod die sequenti easdem sub campanae pulsu civibus annunciandas quaestori tradi vellet: iubensque ut Dominis Professoribus, Collegis et caeteris concivibus Academicis easdem observandas insinuaret.

Rector advertens positione prima Dominos Professores et caeteros Academiae cives cum civibus urbis coniungi, et quinta insuper positione eodem poenae genere iisdemque exactoribus afficiendos subiici, eodemque iure haberi velle, quod haec res nova et insolens statutisque et privilegiis Academicis adversa videretur, cum D. Vicecancellario et D. Vultejo ea de re statim, quod res nullam moram pateretur, contulit et ex illorum consilio Professores, quotquot in continenti haberi poterant, convocari iussit. Professores ea de re certiores facti matura deliberatione, quantum eius in festinatione illa fieri poterat, desuper habita, in eam tandem unanimiter concesserunt sententiam omnes, ei rei esse

intercedendum, et Celsitudinem Illustrissimi Principis demisse requirendam, ne qua Professorum caeterorumque Academiae civium in publicatione edicti, quod caeteroquin haud improbaretur, fieret mentio, quod hoc Academiae privilegiis non esset conveniens, imo illis adversaretur; hoc insuper addito, nisi id impetraretur, satius fore ut omnes ac singuli Professiones et officia Academica resignaremus, quam in rem tam nobis nostrisque posteris, quin ipsi etiam Academiae periculosam consentiremus. Aperiendum autem esse hoc Academiae intentum Domino Proprincipi, et ut is rem Academiae apud Illustrissimum proponeret ageretque, rogandum. Huius rei aggrediundae causa mox a convocatione ipse Rector assumptis sibi ex voluntate Professorum Vicecancellario, Syndico, D. Vulteio et D. Goddaeo Proprincipem, qui tum in dicasterio erat, compellat, qui consiliarium Collegam D. Iungmannum sibi adiungens, cum Academiae resolutionem super publicandis positionibus audivisset, secedit et cum D. Iungmanno deliberat, quo facto respondit, nec sibi nec consiliariorum ulli hac de re quicquam constare, neque ex ordine dicasterii ad eiusdem deliberationem quenquam esse adhibitum. Et quia Illustrissimus motu proprio ipsemet istas constituisset, sibi non licere non vocato aut consulto eius Celsitudinem hac de causa adire, aut quicquam in Edicto Principali immutare; sibi videri consultius, si ipsi Principem scripto interpellaremus: et quamvis a nobis responderetur, id facere iam ante nobis constitutum fuisse atque etiamnum esse, ipse tamen Proprinceps in priori perstitit sententia offerens ea quae posset. Sic itaque dimissi et in his angustiis constituti, quod propediem Edictum esset publicandum et haec res ad vesperam protracta, mox eadem vespera libello supplici rem complectimur et Illustrissimae eius Celsitudini altero die summo mane offerri facimus. Quamquam vero Illustrissimus Princeps initio in semel concepta formula videbatur perstiturus, praetendens quod Academia conquerendi causam non haberet: attamen libello nostro perlecto D. Secretarium Iustum Lesch et quaestorem ad se vocari iubet, et utrique ut ea quae Professores et Academiae cives concernerent ex edicti istius charta expungantur ac deleantur mandat, quod cum factum esset, hoc ipsum exemplar correctum quaestori tradit, iterumque ut ea omittantur et ad cives urbis Edictum tantum dirigatur viva voce mandat. Itaque instante iam hora 12. ultimo Februarii sub pulsu campanae civibus urbis publice praelectum et denunciatum est. Rector vero et Senatus Academicus quod edicti huius publicationem (si modo per Rectorem Academicis membris insinuaretur, poenaeque eorum qui id transgrederentur Rectori et Academiae cederet) eiusdem Reipublicae utilem fore speraret, in hoc Responso Illustrissimi Principis non solum submitte acquievit, sed die solis proxima quae 7. erat Martii sub Academiae sigillo publico Edictum hoc universis ac singulis Academiae civibus affixione ad Templum solito loco facta sub poena Academica Rectori persolvenda stricte observandum proposuit. Sicque res inter Illustrissimum Principem et Academiam denuo composita sedataque est.

Insequenti vero die Martii 9. cum Domini Professores ob causas Academicas alias convocati essent, quidam retulerunt, sparsum esse inter Studiosos rumorem, praelectum quidem ex charta per quaestorem eo modo quo correctum et emendatum fuisset Edictum,

Fol.71.b. sed viva voce per eundem additum prolatumque id non solum Cives sed Professores etiam | et literatos quosvis concernere. Proinde quod haec res alicuius videretur momenti, matura desuper habita deliberatione iterum concluditur Academiae nomine per Universitatis notarium C. Scharpfium quaestorem compellendum et quid eius factum necne ab eodem sciscitandum: Scharpfius igitur ad mandatum Rectoris 12. Martii se ad quaestorem confert et Rectoris Senatusque Academici nomine rem eidem aperit. Quaestor respondet, Edictum quidem ad literam prout Illustrissimus Princeps id emendari iusserat praelectum, sed inter publicandum se civium filios sibi suspectos in coetu civium conspexisse praesentes, eoque civibus Edicti summam tanto severius fuisse propositurum, factumque esse ut cum dicturus esset, id non plebem tantum, sed literatos quoque concernere, inconsulto pro Literatorum vocabulo Professorum illud protulerit, eiusque statim poenituisse. Rogare igitur se obnixè, quia non ex proposito sed ex improvise hoc excidisset, ut sibi id ab Academia condonetur, nullum nec id ex Professoribus concernere nec praeiudiciale eorum ulli damnosumve futurum; quod ipsum ut Scharpfius ad Rectorem Senatunque suo nomine referre velit, amice se petere. Etsi vero Rector et Professores ea de re apud Illustrissimum Principem conquerendi causam habuissent iustissimam, nonnullis etiam ut id fieret videretur consultum, plurium tamen sententiis, quibus et caeteri postea accesserunt omnes, eo itum est ut tempori cederemus, et quando pro istius temporis aliarumque circumstantiarum ratione aliud non possemus, obliquaremus atque ita Academiae navim incolumem conservaremus. Hoc ipsum edicti descripti exemplar, quod praesente Principe emendatum, atque in eo nomen Professorum deletum fuit, item supplices Academiae ad Principem literae, Rectoris insuper ad valvas templi facta intimatio, sicut etiam quaestoris responsum manu propria D. Scharpfi Notarii perscriptum D. Petro Nigidio Syndico Academico per Rectorem tradita et in publico Academiae Archivo reposita sunt, ut eius rei memoria ad posteritatem extaret, usui etiam si quando ita postulaverit necessitas futura.

Fol.72.a. Superiore anno cum Christophorus ab Oberg a Theodorico Clüver nobili Dioeceseos Bremensis gladio transfossus esset, ea de causa Christophori ab Oberg propinqui praedictum Theodicum Clüver, qui hinc aufugerat, coram Archiepiscopo Bremensi caedis reum postulassent, et Illustrissimus Princeps | per literas mutui compassus quas vocant ab Archiepiscopo requisitus esset, ut quidam in testes nominati examinarentur, quod in hunc magistratum incidit, Illustrissimi eius Celsitudo hoc ipsum examen dominis Cancellario et Consiliariis dicasterii commisit, qui Illustrissimi Principis nomine edita citatione inter caeteros etiam D. D. Winckelmannum et ex studiosis nonnullos ad testimonium perhibendum citarunt. Quaerente itaque D. Winckelmanno 15. Martii quid ea in re fieri par esset, an cum per Rectorem id impositum non esset, sibi parendum esset nec ne, ego sumptis ad deliberandum aliquot horis cum aliquibus ex Commissariis locutus sum, et citationis rationes ut mihi redderent petii, qui responderunt, dubium illud, an scilicet per Rectorem an vero simpliciter ad Academiam pertinentes personae vocandae essent,

inter Commissarios actitatum fuisse: Quo vero nihil tum Illustrissimo tum Academiae decederet, citationem non alterius sed ipsiusmet Principis nomine esse factam, eoque sibi videri cautum, ut Academia queat acquiescere: Ab hoc igitur rem ad Facultatis Iuridicae collegas detuli, ex eorumque consilio D. Winckelmanno responsum est, consultius videri, ut ad citationem factam se in dicasterio sistat, praesertim quod citatio nomine ipsius Principis esset facta, et vero etiam causa, de qua ageretur, esset criminalis, praeterea Professores Illustrissimo Principi non solum iuramento obstricti, sed domicilii insuper ratione subiecti et subditi eoque obedientiam illam deberent. Ad studiosos vero quod attineat, si sponte se in dicasterio sistant, nihil interesse, sin ad Rectorem provocent, Commissarios absque dubio privilegii Scholarium rationem habituros, Rectorem vero etiam quod res esset facturum.

Currentis anni 15. Iunii Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus Philippus Iulius Dux Pomeraniae etc. hospes tum Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Ludovici senioris Hassiae Landgravii etc. cum solenni plurium nobilissimorum virorum comitatu ad Academiae nostrae Collegia descendit. Exceptus igitur a Senatu Academico, perorante D. Hermanno Vulteio Icto, praesentibus plerisque Professoribus ad consistorii locum deductus est, ubi vino et epulis donatus ad tempus permansit, et clementer cum Dominis Professoribus conversatus, Academiae valedicens tandem discessit.

Fol.72.b. Calendis Iulii Rector Leges Academicas publice recitari fecit praemissa de disciplinae praestantia et utilitate oratione.

Praeterea 27. Iulii Reverendissimus Princeps ac Dominus Dominus Ioachimus Hirsfeldensis Abbas confirmatus Collegia Academica visitavit, qui perorante D. P. Hermanno Nigidio Academiae nomine pariter exceptus ad Consistorium Academicum deductus est, ibique vinis cibisque refectus genio inter Professores clementer ad horas aliquot indulisit.

28. Iulii septendecim adolescentes Baccalaurei renunciati sunt, promovente eosdem D. Nicolao Braun sub Decanatu Domini M. Ioannis Hartmanni Mathematici Professoris ordinarii.

24. Octobris Casparus Langschedius Hammonensis ob crebra convicia probraque, plurimas execrationes, plagas, verbera, vulnera, quibus insontes adolescentes studiosos et alios laeserat, ob nocturnas insuper grassationes, discursiones et extremam petulantiam, quam contra fidem datam, contra iuramenta, chirographa et literarum reversalia inemendabiliter exercuerat, pleno totius Academici Senatus decreto ab Academia exclusus et relegatus est.

Non ita longe post 29. scilicet 8bris praedicti Langschedii socius Iohannes Beurhusius Tremonianus, tum ob consimilem vitae deformitatem, tum protervitatem et contumaciam, qua Rectori et Senatu Academico pervicaciter restitit, etiam a conviciis vix abstinens ex Academia nostra similiter exterminatus et relegatus est.

Obiit praeterea Laubachii 23. 9bris Illustrissima et generosissima Domina, Domina Princeps Agnes, Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Mauriti Hassiae Landgravii etc.

Fol.73.a. Academiae huius nutritoris benignissimi coniunx dilectissima, ex Illustri et generosa Comitum Solmensium prosapia domoque progenita, pietatis, prudentiae, fidei, constantiae, fidelitatis, castitatis, omniumque virtutum muliebrum rarum quoddam exemplar. Cuius morte Academia vehementer commota, animi sui dolorem luctumque oratione lugubri altera quam 26. 10bris vir Clarissimus et Praestantissimus M. Ioannes Hartmanni Mathematicum ordinarius Professor et Facultatis Philosophicae Decanus orationis genere soluto, altera quam vir item Excellentissimus et doctissimus D. Hermannus Kirchnerus I. U. Doctor, Poeta Laureatus et Professor Historiarum ac Poeseos xbris 27. ligata oratione declamabat, ostendit et explicavit.

Promotionum Actus in hoc Rectoratu nulli fuere praeter unum, quo prima Philosophiae Laurea 28. Iulii insigniti fuere 17 adolescentes, Promotore D. Nicolao Braun Medicinae Doctore et Physico Professore ordinario etc.

Ultima denique 9bris horis vespertinis vir praestantissimus et clarissimus M. Ioannes Ferinarius natione Silesius Historiarum in hac Academia Professor ordinarius et Paedagogiarcha vigilantissimus, et non tantum Philosophiae et Linguarum Latinae et Graecae peritissimus, carminisque et soluto orationis eloquio promptissimus, sed insignis insuper Theologus, cum pietatis, gravitatis omnisque virtutis lumine Academiam 26 annis egregie illustrasset, rebus christiane et praeclare peractis e vivis excessit.

Iohannes Wolffius Med. Doctor et professor
conscribebat mense xbrī Anno 1602.

Fol.73.b.
vac.

(1603.)

Fol.74.a. ANNO A NATO CHRISTO Servatore nostro Millesimo Sexcentesimo tertio, Calend. Ianuarii consentientibus Dn. Professorum suffragiis, Academiae Marpurgensis Rector electus et renunciatus est M. IOHANNES HARTMANNI Professor Mathematicus Ordinarius: sub cuius scholastica administratione ea quae insequuntur in Matriculam Universitatis relata sunt

Studiosorum Nomina.

Bartoldus Scult Suecus.	Ianuarii d. 5.
Eberhardus Seyler Grebenaviensis Hassus.	5.
Gerhardus Petraeus Frisius Orientalis.	10.
Bartoldus Brott Lemgovienſis Westphalus.	10.
Iohannes Neuhaus Oldenburgensis Westphalus.	10.
Casparus Dedingius Tremonianus Westphalus.	10.
Iohannes Franckhausen Ulpensis Westphalus.	10.
Christophorus Buno Francobergensis Hassus.	11.
Iohan. Ulricus Hensler Beseckheimensis Wirtembergicus.	11.
Academia interim II. Februarii, a meridie hora tertia per Hermannum Nigidium Rhetorem et Syndicum Illustrissimo Principi, Domino, patrono et inspectori suo, Dn. MAURITIO HASSIAE LANDGRAVIO etc. eiusque coniugi Illustrissimae Dn. IULIANAE Comitissae in Nassau Catzenellenpogen etc. gratulabatur de nova accessione et imperio, ac in primis, quod avita maiorum haec sedes illorum Cels. cessisset, oblatisque aureis poculis duobus, se suaque protectioni ipsorum Celsit. committebat, ac privilegiorum confirmationem ab Illustrissimo principe petebat. Illustrissimus princeps ipse perquam elegantissima et gravissima oratione respondebat, simulque promittebat omnem gratiam, favorem et privilegiorum non tantum confirmationem, sed etiam amplificationem. Ac paulo post, nempe VII. eiusdem mensis in signum suae clementiae et favoris singularis

Fol.94.a. illustrissimus Princeps donavit Academiae Bibliothecam instructissimam, quam reliquerat Comes Dietzensis captivus in Ziegenhain, 700, ut dicitur, florenis emptam. Collegia etiam omnia, omnesque domos et aedificia Academiae una cum Illustrissima Coniuge XV. eiusdem mensis Februarii visitavit, ac de plerisque reparandis restaurandisque deliberandum esse censuit.

Etsi viuo Illustrissimo piae memoriae Principe ac Domino Dn. Philippo Hassiae Landtgravio etc. fundatore huius Academiae liberalissimo collectae per ipsum Rectorem

et viros quasdam integros ab ipso et Senatu Academico constitutos fuerint exactae ac superioribus (ut vocant) collectoribus numeratae: qua de re rescripta quaedam et alia monumenta in archiuo reperiuntur: diu tamen hoc iure Academia caruit. Qua de re Illustrissimus Princeps et Mecoenas noster benignissimus monitus XXVI. Februarii per Eggebrechtum von der Maßpurgl et Ottonem Wilhelmum von Berlepjch archipraefectum in Reinfelß permisit Rectori, ut ipse et Vice-Cancellarius, una cum Decano, Syndico, et quem amplius adesse vellent, deinceps a membris Academiae atque adeo etiam ab Assessoribus Dicasterii collectas exigant, ac superioribus exactoribus Johan Gaurn eiusque collegis, quique in posterum constituendi, tradant.

Ipsis itaque Kalendis Martiis Rector et Vice-Cancellarius una cum D. Mentzero, Syndico, et Cunrado Scharffio in Consistorio Academiae collectas cogebant, easque non minus ab Assessoribus Dicasterii, quam etiam a caeteris Doctoribus et membris Academicis exigebant. Idem etiam secunda | vice Rector, Ephorus, Syndicus et Oeconomus peregerunt XIII. Novembr. huius anni, et exactam pecuniam superioribus collectoribus XXVI. eiusdem mensis Syndicus et Oeconomus numeraverunt. Quamvis autem Assessores Dicasterii difficiliore se ostenderint, atque ut de causa apud Rectorem inquireret, praesidem suum nobilissimum virum, Dn. Iohannem a Dalwich in Tilch III. Martii miserint, tandem tamen, cum Dn. praeses ex Rectore principis mandatum intellexisset, quodque principi placeret, ut Assessores se Academiae, uti olim, adiungerent, paruerunt.

VIII. Martii, hora die undecima, clarissimus vir, Dn. M. Hedericus Lonicerus, professor olim Logices et Consiliarius Principis Ludouici Senioris, nunc etiam in Christo quiescentis, fidelissimus, de Republ. et Academia bene meritus, cum iam ultra annos quadraginta in Academia docuisset, superioribus annis etiam rude donatus, ex hac vita discessit.

XX. Aprilis Iohannes Lubbers Lubbecensis, qui nomen suum non erat professus, et Ioachimus Andreae Sundanus XXI. eiusdem mensis ob insignem petulantiam, indignus ille, qui in matriculam recipiatur, hic, qui deinceps membrum Academiae habeatur, iudicati, e civitate eieci sunt, praesertim cum Ioachimus Andreae in carcerem ex decreto ire nollet. Verum cum adferrent postea plura melioris vitae testimonia, et multis iisque gravibus intercessoribus uterentur, tandem in gratiam recepti ac in pristinum | statum restituti sunt, Ioachimus Andreae quidem XXIII. Septembris, alter vero Iohannes Lubbers VIII. Novembr. huius Anni, poena huic pecuniaria imposita, illi remissa.

*) X. Maii huius anni litigium quoddam inter Universitatem et Commendatorem Balliviae Hassiae Dn. Wilhelmum ab Oenhausen extitit, cui Bonaventura Gauer Studiosus occasionem praebuit. Is in oenopolio ordinis, quod vulgo vocant Die Fermannen, cum quodam e ministris ordinis in certamen usque ad verbera descendit. Ob quam causam Domini de ordine, velut Trapezida[sic] et magister census, Gaurn in carcerem deducere conati erant. Moniti autem Domini ordinis a quibusdam, tum et rogati, cum Gaur fidem dedisset de se sistendo etc. dimiserunt. Dn. Commendator autem, cum Gaur fidei

*) In margine additum est: I et

datae non satisfaceret, per suos dicitur eum cum fideiussoribus suis citasse. Rector interdixit et ipsi Gauri et fideiussoribus Studiosis, et iussit, ut neque comparerent, neque quicquam solverent: ac placuit Senatui XVIII. Maii, ut Gothofridus Antonii Dn. Commendatori ac coeteris illius ordinis nobilissimis viris nomine Rectoris et Senatus civiliter contradiceret, adhibito prudentiae et amicitiae significandae temperamento. Quod et factum est XXI. eiusdem mensis. Praetendebat Dn. Commendator transactionem quandam cum Dn. Ludovico Hassiae Landtgravio Seniore piae recordationis principe initam: tum et privilegia ordinis, veluti antiquiora. Verum responsum ei fuit, Studiosorum privilegia ratione fori et poenae exigendae ordine ipso esse antiquiora, ut quae in
 Fol.95.b. Auth. habita. C. ne fil. pro patr. sint | fundata. Tandem hoc responsi D. Gothofridus Antonii Senatui a Dn. Commendatore retulit: nolle se Academiae privilegia violare, neque se sperare, quod Academia cupiat ordinis privilegiis quid detrahere, sed cuius sua sarta et tecta esse: cupere se copiam attestationum nostrarum, ut suos etiam audiat. Qua data et hinc inde attestationibus communicatis, Rector exegit poenam a Bonaventura Gauri, cui etiam Dn. Commendator acquievit.

Circa idem tempus videlicet*) XXVI. Aprilis Studiosi quidam in minore, ut vocant, Fermentia cum quibusdam Hombergensibus civibus ad Omam in certamen et ad arma pervenerunt: quorum uni Quaestoris minister ad sedandum tumultum missus gladium ademittit et domino suo tradidit, a quo cum Rector repeteret, reddere noluit, praetendens, hunc gladium peccantem esse materiam, ideoque ad se pertinere. Rector contra, imo cum Studiosus sit, qui hac materia peccaverit, ideo non deberi Quaestori, sed Rectori. Interea temporis Studiosus civi cuidam hastam in pugna nocturna ademittit, eamque Rectori tradidit. Quod cum Quaestor forte intellexisset, mane Rectori praedictum gladium mittit se excusans, quod hactenus domi non fuisset, de hasta autem tacuit. Post triduum vel quatrimum Quaestor repetebat restitutionem hastae, in vim contractus, quem Dn. M. Hartmannus Rector cum Praetore contraxisset. Per Pedellum itaque hastam illi Rector misit. Praetor quoque monitus a Pedello per suum ministrum reddidit Rectori gladium mense Octobri et XII. Decembr. bombardam, qua Studiosus illicite usus erat, significans ita convenisse.

Fol.96.a. XXII. Iulii volente et iubente Principe nostro Illustrissimo Dn. Mauritio etc. ad horam duodecimam omnes Professores in arcem Rector convocavit, ubi et Consul Senatusque Civicus una cum quatuor viris comparuerunt. His omnibus, tum etiam aulicis praecipuis praesentibus Cancellarius D. Sigefridus Clotzius ordine recensuit, quid his diebus de Synodalibus Recessibus anno 1577. Treisae et anno 1578. Marpurgi factis, tum et anno 1579. Cassellis in uniuersali synodo repetitis et approbatis, tum et de redintegrando Decalogo, nec non de ritu fractionis in Coena Dominica docendo et introducendo, tum et de imaginibus quibusdam penitus tollendis cum Reverendis viris D. Henrico Leuchtero Superattendente, D. Iohanne Winckelmanno, D. Balthasare Mentzero et M. Cunrado

*) Vv. videlicet [?] XXVI. Aprilis a manu corrigente, sicut alia in rerum h. a. gestarum narratione interposita sunt.

Theodorico Subdiacono actum esset. At cum perseverent hi Theologi pertinaciter in hac sententia, quod bona conscientia haec probare et docere non possent, atque nunc etiam iis nolint assensum praebere, sed in proposito suo perseverent, Illustrissimum Principem nunc illos clementer dimittere atque velle, ut eius rei Rector, Decanus, Professores, Consul, Senatores et quatuor viri sint memores et testes fideles. Theologi quidem per D. Leuchterum praetendebant, se raptim hisce diebus de illis negotiis egisse et causas commemorasse, ob quas conscientias suas hisce postulatis principis gravatas sentirent, paratos se esse, eas repetere et pluribus de iis conferre cum Ipsius Celsit., si tempus ferat. Princeps se quidem paratum esse ad eiusmodi collationem commonstrabat, modo solidiora et meliora quam hactenus ac nondum refutata adferant. At se certum de eo esse, | nihil posse illos adferre, cui iam ante non sit satisfactum, aut statim possit ei satisfieri. Omissa itaque ulterioris colloquii postulatione, pro clementi dimissione gratias egerunt: quibus Princeps ipse clementiam et seriam protectionem obtulit, modo sint quieti, nec turbent Ecclesiam vel Rempubl.

Fol.96.b.

XXIII. Iulii itaque M. Casparus Sturmius Ephorus rei stipendiariae constitutus et ad professoriam dignitatem evectus est, quam etiam XII. Augusti oratione habita exorsus est. Huic eadem nimirum die XXIII. Iulii, cum Stipendiarii a Rectore in Senatu praesentati ac iussi essent ipsi reverentiam et odedientiam promittere, plerique eorum ausi fuere protestari de se non gravandis, pars etiam eorum dimissionem petiit, cum non omnium eadem, ut dicebant, esset conditio: et cum certis conditionibus essent recepti in hunc ordinem, ut ultra illas non urgerentur, oraverunt. At Dn. Professoribus de nullis conditionibus aliis, quam quae legibus et statutis Ephoratus comprehenduntur, constabat. Et cum urgerentur ad enucleandum istas conditiones, conscientiam praetendebant, cum tamen nihil eis, quod ad forum conscientiae pertineret, propositum fuisset. Tantum enim postulabatur, ut novo Ephoro promitterent obedientiam, reverentiam et modestiam. Post multiplicem admonitionem denuo haec stipulata manu promiserunt.

Fol.96.c.

XXV. Iulii Rector de consilii sententia edictum proposuit, idemque XXVI. eiusdem repetiit, et XXVIII. repetendum esse placuit, quo monebantur Studiosi, ut nullam iniuriam | Dn. Theologis et ministris, quorum opera nunc in Ecclesia uteremur, inferrent etc. In exordio eius strictim meminerat, qua occasione illi nunc hic in Ecclesia iussu Principis docerent: ubi his verbis utebatur: Et dimissionem peterent reverendi et clarissimi viri Theologi nostri, clementer dimissi sunt. Haec verba, dimissionem peterent, dimissi, Theologi aegre ferentes 27. Iulii sub crepusculum ad Rectorem miserunt D. Mentzerum et M. Cunradum Theodoricum, qui istis verbis contradicentes protestati sunt, ac si haec suam suorumque collegarum laedant existimationem, quia neque dimissionem petivissent, neque resignassent, cum neutrum bona conscientia, veluti in legitima vocatione constituti, potuissent. Quibus varie responsum est, tum quod ex consequente voluissent, tum quod Dn. Cancellarius usus, Daß sie erwöhlet vund gewöhlet Ihrer Dienste bei Kirchen vnd schulen lieber (oder ehe) erlaßen sein etc.; tum quod Rector maluit mollius loqui, ut sermo in neutrius redundaret praeiudicium; tum denique, quod possit

videri simplex positum pro composito, peterent pro appeterent, et rem eodem redire. Quae omnia prolixius adscripta sunt ipsi programmati in archivum recondito: unde si opus fuerit, repeti illa possunt.

Fol.96.d. XXVIII. Iulii Illustrissimus princeps ac Dominus Dn. Mauritius Hassiae Landgravius etc. princeps, Dominus ac Meoenas noster clementissimus hora prima pomeridiana in auditorio Ictorum ad Lanum e Cathedra in frequentissimo Professorum, Doctorum, Studiosorum caeterorumque Civium Academicorum coetu gravi, perdocta et elegantissima oratione ex tempore et memoriter habita prolixè recensuit, quid cum dimissis Theologis actum, et quibus de causis pie et iure approbanda recusassent, et quam infirmae istorum rationes fuissent ostendit: tum etiam quomodo et quo ordine clementer dimissi. Laudem vero eruditionis magnam eis attribuit. Hortatus deinde est studiosos ad obedientiam, et ne temere de his rebus iudicent, nec quicquam metuant de gravamine conscientiae, neque aliis credant, qui secus rem enarraturi. Rectorem quoque et professores hortatus est, ut huius actus, quique cum Theologis dimissis praeteriisset, essent memores, tum ut et suum faciant officium, se velle auctoritatem ipsorum tueri et conservare. Qua finita, nomine Academiae Dn. Hermannus Vulteius Celsit. ipsius gratulatus est gratiasque egit pro tam clementi et plus quam paterna affectione erga patriam, Academiam et studiosam iuventutem etc.

Hora quarta eadem die post vespertinam concionem ad universos cives, seu oppidanos Marpurgenses Germanicam eiusdem prope argumenti orationem habuit. Orationis dispositio in Archivum Academiae recondita est, manu principis illustrissimi propria consignata.

Et cum eadem die Stephanus Ritter Grunenburgensis theses philosophicas affixisset, quibus titulum fecerat: in illustri illustrissimorum Hassiae principum Academia Marpurgensi etc. theses illae XXX. eiusdem a Rectore confiscatae sunt, proposita gravi poenae comminatione.

Fol.97.a. III. Augusti Illustrissimus Princeps hora octava matutina ad Stipendiarios, praesente Academiae Senatu, peculiarem habuit orationem vere doctam, multis argumentis et exemplis refertam, qua Stipendiariis quibusdam exprobat, quod novo Ephoro recusassent obedientiam, reverentiam et modestiam promittere, suamque praetendissent conscientiam; id ipsos non decere, et hoc adversari legibus Universitatis: siquidem ipsorum esse tolerare, erudiri, obtemperare, modestiam sectari. Causas itemque repetiit et amplificavit, cur Theologi quidam dimissi: institutique sui rationem reddidit prolixam et gravissimam, proponens exempla piorum Regum, Imp. principum adeoque maiorum suorum. Addebat nullius se conscientiam cogere vel opprimere velle, sed remittere se eos ad verbum Domini, ad testimonium, ad praeceptores, ut cum iis conferant. Admonuit tandem omnes, ut Theologorum dimissionem non appellent expulsionem et eiectionem.

Quam foeda et detestanda seditio VI. Augusti sub concione M. Valentini Schoneri Superattendentis de idolis tollendis et redintegrando decalogo, tum et de persona Christi, dum Synodales recessus inciperet e Suggestu recitare, pravo quorundam civium studio

a plebe coorta sit, ob id, quod sparsum erat, idola, quae supererant, sublata iri, plus quam notum est, et publicum ea de re scriptum extat*). Nisi vero studiosi auxilio
 Fol.97.b. subsidioque fuissent Dn. M. Schonero, caeterisque verbi divini | ministris, de ipsorum et forte etiam professorum quorundam vita actum fuisset. Contempta enim omni autoritate et dehortatione bonorum virorum plus quam beluino furore in templum adeoque etiam in locum altiorem, quem Academia sacrarum concionum audiendarum causa ab exordio huius Scholae sanctum et inviolatum occupaverat, irruerunt, inde extractos DEI ministros et male mulctatos e templo eiecerunt. Quam ob causam et quod eo loci idolum extabat, cuius gratia adeo improbra tempestas extiterat, totum hoc theatrum, veluti prophanatum una cum idolo destructum est datusque est alius Rectori et Professoribus locus, nempe ex quo antea Illustrissimi Hassiae Principes solebant conciones sacras in hoc templo audire: quem nunc Academia occupat.

Duo e Stipendiariis, videlicet M. Hesselbein Francobergensis, et M. Iohannes Megebachius, atrociam, contumeliosam et ad seditionem quodammodo spectantia verba in principem superioribus diebus evomuerunt. Quod cum ad principem delatum esset, et convicti testibus peccatum non agnoscerent, Princeps illos IX. Augusti sibi tradi voluit, criminaliter contra eos acturus. Hos igitur ea die Rector ipsius Cels. custodiae permisit: qui postea etiam flagitii illius causa relegati sunt.

Fol.98.a. XV. Augusti confrontatio captiuorum civium in arce instituebatur, et cum ad eam rem quorundam studiosorum praesentia opus esset, iubente Principe Rector vocatos ad se studiosos secum in arcem produxit, et ex iis, quid de singulis captivis, qui illis sistebantur, scirent et deponere possent, interrogavit, praesente M. Dorstenio Secretario et Quaestore. Testes etiam a Fiscali nominati studiosi per Rectorem ac Syndicum ad requisitionem Praetoris in Consistorio Universitatis examinati sunt XXV. Septembr.

XVIII. Augusti reverendus et clarissimus vir Dn. Iohannes Moltherus SS. Theologiae Doctor peroravit et sequenti die professionem Theologicam exorsus est.

XXI. Augusti Illustrissimus Princeps D. Mauritius Academiae restituit templum Franciscanum, quod collegii est Pomerii, eiusque claves per Dn. Iohannem Wolfium, M. Iohannem Hartmannum et Philippum Rodingum Rectori clementer reddidit.

XXIII. Augusti Catharinus Dulcis peroravit Gallicam et Italicam linguam professurus.

Ipsis Kalendis Septembr. M. Georgius Cruciger Logicae professor designatus peroravit et professionis suae initium fecit.

Fol.98.b. XII. Octobris Rectore et Dn. D. Hermanno Vulteio, primario Antecessore, praesentibus Illustrissimus Princeps Abrahami de Bibram, Equitis nobilis Silesii, olim studiosi nostri, petitioni pro restitutione adversus sententiam banni, quam et obtulerat ante, et in memoriam ipsius Cels. revocaverat Dn. D. Vultei, locum | dedit, eumque adversus
 Fol.98.b. sententiam illam banni in integrum restituit, bannumque aboleuit, ac reddi voluit illi

*) *Significatur liber, qui a. MDCV bis editus est Marpurgi ita inscriptus: Historischer Bericht der newlichen Monats Augusti zugetragenen Marpurgischen Kirchen-Händel.*

supellectilem, quae annotata erat. Vulnus enim, quod Sobben infixerat, magis incuria medicorum et itineris immaturi nimia molestia, quam re ipsa lethale fuisse dicebatur: neque ex proposito vel dolo malo, sed in rixa per iram et propter nimiam vulnerati petulantiam Sobben ingessisse constabat.

XV. Octobris annuente principe clarissimus vir Christophorus Deichmannus in collegium Ictorum cooptatus est. Et cum abire a nobis gestiret D. Gothofredus Antonii*), postea etiam ad hanc Academiam iussu Principis et suffragio Senatus vocatus est D. Antonius Matthaëus professor Herbornensis: qui operam ad profitendum iura suam XXIII. Decembr. Academiae addixit.

Quoniam autem amplissimus et clarissimus vir Dn. Hermannus Lersnerus Icto annorum septuaginta, cum ultra annos quadraginta et unum iura publice docuisset, ac Vicecancellarii munus in hac Academia ad annos viginti sex administrasset, rude donari optavit, idque ab Illustrissimo Principe nostro obtinuit. Igitur XV. Octobris a munere professorio, XXIII. Novembr. a Vicecancellarii functione liberatus est rudeque donatus, ut integro stipendio, tanquam bene de Republ. et Academia meritis, utatur fruatur, quamdiu hic apud nos Marpurgi permanserit. Tertius hic fuit Academiae Vicecancellarius, vir gravis, virtute et familia clarus. Successerat in hoc officio patruo suo D. Iacobo Lersnero Icto.

Fol.99.a. Eadem autem die XXIII. Novembr. ex mandato Illustrissimi principis in consessu omnium professorum Rector Viro clarissimo et consultissimo Dn. Hermanno Vulteio Icto eximio, professori iuris primario et assessori summi Dicasterii Hassiae solertissimo, officium Vicecancellarii, quo dignum paulo ante Academia illum iudicaverat ac principi nominauerat, commendavit, idque ei principali autoritate confirmavit, solenni, recitatis prius illis, quae ad officium eius pertinerent, interposita stipulatione: ut tanto minus alii aegre ferant, si forte ei cum ipsis agendum sit: lex quippe et stipulatio illa solennis ei huiusmodi iniunxerunt.

Rationes Academiae hoc anno certas ob causas consueto tempore auditae non sunt, sed dilatae usque ad XVIII. Novembris: tum primum redditae sunt. Illustrissimus Princeps Dn. Ludouicus iunior Hassiae Landtgravius etc. Darmstadinus Academiae exactoribus, quos habet Grunbergiae, Alsfeldiae et Gissenae, mandaverat, ut protestarentur de iure sui principis, quod eius Cels. irrequisita rationes haberentur. Verum repetita est Academiae contradictio et protestatio, quam Anno MDCHIII die XXVI. Decembris Darmstadinis opposuerat. In qua isti acquieverunt rationesque suas reddiderunt.

Fol.99.b. Iohanni Cunrado Cellario Butzbachiensi iuris studioso e Christina uxore sua duae filiulae natae sunt initio Iulii, cum vix decem vel undecim septimanae praeteriissent, ex quo eam publica benedictione curasset sibi copulari. Quam ob causam a Rectore ad poenam luendam evocatus est. Is autem sufficienter docebat, eam ante annum et amplius sibi desponsatam esse, ac nuptias praeterito anno MDCHIII. | circa initium Octobris, omnibus iam praeparatis, celebrare voluisse, eaque spe imprudenter cum sponsa con-

*) De hoc viro primum inter Marburgenses, tum inter Gissenses Ictos claro egit Loth. Scuffert in oratione academica a. 1881 Gissae habita et edita.

gressum, unde gravida facta: nuptiarum vero festivitatem subitaneo illustrissimi piae recordationis principis Dn. Ludovici Senioris Hassiae Landtgravii etc. obitu fuisse impeditam. Ac praeterea in puerperio uxorem suam, magno suo malo, obiisse, relictis post se duabus illis parvulis filiabus. Ideoque rationem sui haberi, ac ut mitius secum agatur, cum turpiter scortatus non sit, sed quicquid eius acciderit sub specie et spe matrimonii factum sit, petiit. Re ad Senatum relata, placuit, ut stricte cum ipso non agatur, sed interposita acerrima obiurgatione poena aliqua exigua decernatur. Quod etiam mense Decembri factum est.

Sub finem huius anni iuramentum fidelitatis in Senatu praestiterunt quoque M. Wigandus Lonicerus, ut qui 4. Februarii abfuerat, itemque M. Schrott, et M. Wigandus Kuhl, famulus publicus. D. Cunradus Pistorius, etsi 4. Februarii non aderat, sequenti tamen die comparuit, et in aula iuravit.

Etsi vero hic annus Academiae satis molestus, et administratoribus difficilis fuit, trium tamen illustrium promotionum celebritate excelluit: quarum prima die Lunae XV. Aprilis celebrata est. Ea enim die clarissimus vir Dn. Gothofredus Antonii ICTus, et Institutionum professor dignissimus honores et titulos Doctorae in utroque iure contulit in clarissimum virum Dn. Christophorum Deichmannum, nunc etiam iuris professorem: qui nuptias cum hac festivitate coniunxit, uxorem ducens eximiam virginem Christinam clarissimi, | consultissimi amplissimique viri Dn. Hermanni Vultei ICTi primarii, et nunc etiam Academiae Vicecancellarii filiam.

Altera fuit IX. Augusti: In medio armorum strepitu Academia togata novem eleganter doctos adolescentes prima laurea exornavit, perorante clarissimo et excellentissimo viro Dn. Nicolao Braun, Medicinae Doctore et professore Physico.

Tertia XIX. Decembris secuta est. Qua die viginti sex egregie docti viri et inter hos ornatissimus vir Dn. Georgius Cruciger Mersburgensis Misnicus*) absens tanquam praesens (ob digiti enim sectionem coram esse non poterat) Logicae professor magisterii dignitate a clarissimo ac doctissimo viro Dn. M. Iohanne Hartmanno Mathematicum professore insigniti sunt.

Postremo hic admonendi sumus, orationem funebrem de vita et obitu Illustrissimi piae memoriae Principis ac Domini, Dn. Ludovici Senioris, Hassiae Landtgravii etc., quae superiore anno propter impedimenta consultissimo viro Dn. Hermanno Vulteo, ICTo eximio et Antecessori primario, cui hoc officium ab Illustrissimo Principe ac Domino, Dn. Mauritio, Hassiae Landtgravio etc. Principe, Domino ac patrono nostro clementissimo, clementer demandatum erat, obiecta haberi non potuit, dominica Esto mihi, quae erat X. Februar., in nobilissimo et amplissimo legatorum, praesidum, consiliariorum, professorum, senatorum, ac aliorum bonorum virorum consessu ac frequentissima studiosorum corona habitam ac typis excusam esse. Sancta enim est et erit Academiae tanti Principis memoria.

In D. Deichmanni nuptiis, quarum supra etiam mentio facta est, studiosi quidam, inter quos etiam Iohannes | Lubbers Lubecensis erat, in Curia Civica a prandio, telis et

*) *Ve. Mersburgensis Misnicus superscripta sunt ei quod antea scriptum erat Wittebergensis. Pater eius Gasparus ante eum natus professor Wittebergensis fuerat.*

pugnis congregiebantur. Rector a Senatoribus quibusdam rogabatur, ut interposita autoritate sua sedaret tumultum: quod et fecit. At cum Iohannes Lubbers mandato Rectoris parere nollet, iussit claves carceris adferri et praefectum vigilum adesse, qui una cum Pedello ipsum recta ad carcerem duceret. Contra hoc Rectoris mandatum Consul et quidam Senatorum intercesserunt ac protestati sunt de iure ac privilegio suae curiae eiusque libertate: quia fas non sit Rectori manus iniunctionem in quenquam eo loci exercere. Rector contrariam protestationem opposuit, asserens sibi ius in studiosos petulantes esse non tantum in hac curia, sed quovis etiam alio huius civitatis loco, adeoque in domo Teutonica; ipsorumque confessione obtinuit, Consulem et Senatum in curia sua non habere ius apprehendendi, ne quidem in civem suum, sed hoc esse Quaestoris et Praetoris: Neuter eorum, inquiebat Rector, in studiosos hanc potestatem habet, nisi ipso facto existant exclusi: itaque soli illam potestatem in studiosos Rectori, etiam in hac curia, superesse. Interim refractarius ac caeteri tumultuantes sponte discesserunt.

Fol.101.a. Paucos post dies Senatus ad Rectorem scribam suum M. Stockhausen mittit, ac postulat studiosos illos, qui praedictam petulantiam in Curia exercuissent, sibi exhiberi aut eos cogi, ut mulctam Reipublicae in usum pauperum convertendam solvant. Rector huic postulationi | Senatus contradixit obtestatusque est, se id non facturum, sed ius Academiae sartum tectumque conservaturum, et in nocentes animadversurum: quod et fecit, ac studiosis interdixit, ut ne minimum quidem Senatui darent, per se vel per alios. Subiecit Scriba, Michaëlem Stoss Senatui pro Iohanne Lubbers Lubecensi satisfactorum esse. Rector respondit, Iohannem Lubbers non esse, neque fuisse in numero studiosorum, quoniam nomen suum non fuisset Rectori professus: ideoque hoc Michaëlis Stossen factum neque Academiae neque studiosis praedictare posse: tametsi nec hoc quidem approbet, et se malle, ut cum poenam satis magnam propter hanc suam petulantiam Lubbers subeat, Michaël Stoss ab eiusmodi solutione absteat: atque ideo se huic quoque pro iure Academiae conservando contradicere. Post restitutionem autem hac de re interrogatus Lubbers respondit, se nihil Senatui solvisse, neque mandasse Michaëli Stossen, ut pro se quid daret, neque Stossen a se hoc nomine quicquam reddi petivisse. Quodsi etiam is aliquid, se ignorante, praestitisset, id se nolle ratum habere, neque refundere.

Simile quid in fine huius anni Senatus a Rectore per ministrum suum postulavit adversus Dn. M. Golenii, tum forte absentis, uxorem. Sed idem responsum datum est.

Fol.101.b. A praetore, Consule et Senatu Wetterano per literas, quae in archiuo conservantur, apud Rectorem XII. | mensis Iunii accusabatur Iohannes Funckius Sylvani Wetterani filius ob vim fratri et aliis domi illatam, minas et quaedam alia Wetteris perpetrata. Rector aequitatem postulationis illius perpendens reum carceri mancipavit, donec Senatus nomine Secretarius Wetteranus pro eo intercederet.

Post tenebras lux.

Iohann. Goeddaeus D. et Pandectarum Professor haec vltima Decembris anni MDCV memoriae caussa adscribi curavit, eademque sssit.

(1606.)

Fol.102.a. ANNO POST NATUM CHRISTUM Saluatorem nostrum unicum Millesimo sexcentesimo sexto Calendis Ianuariis concordi votorum et suffragiorum consensu Academiae Marpurgensis Rector electus est Ioannes Wolffius Medicinae Doctor et professor primarius, sub cuius Rectoratu quae sequentibus paginis continentur in album Academiae inscripta sunt.

Nomina Studiosorum.

	Wilhelmus Gundelachius Lichtenauensis Hassus.	8. Ianuarii.	
	Iohannes Zindelius Allendorphensis Hassus.	8.	
	Melchior von Rechenbergk Silesius Nobilis.	27.	
	Nicolaus Schweinsbergerus Dreisensis Hassus.	4. Martii.	
	Chilianus Semlerus Schmalcaldius Hassus.	12.	
	Renatus de Havordo Perisensis Gallus.	1. Aprilis.	
	Heniricus zum Dael Rigalivonus.	8.	
	Iohann van der Edt Bremensis.	9.	
	Albertus Dreckelius Bremanus.	21.	
	Ionas Meinsterlin Lendsbergensis Trans-Rhenanus.	29.	
	Iohannes Heniricus Altstedius Bellersbachensis Nassovius.	29.	
	Thomas Papillonius Parisiensis.	1. Maii.	
	Heniricus Leuringius Melricensis Hassus.	13.	
	Iohannes Molterus Hassus Allendorffensis.	14.	
	Iohannes Leibertus Merdenhagensis Hassus.	14.	
Fol.102.b.	Andreas Bennonius Corbachiensis.	14.	
	Ioannes Vätterus Francofurtensis.	14.	
	Ioannes Schradius Solmensis.	14.	
	Hildebrandus Schefferus Holtzhemensis Wetterauus.	} 14.	
	Iohannes Daniel Bachman Mintzenbergensis.		
	Hermannus Nobisius Cassellanus Hassus.	14.	
	Nicolaus Sixtinus Marpurgensis.	15.	
	Reinhardus Sixtinus Marpurgensis.	15.	
	Iohannes Dolaeus Grebensteinensis Hassus.	15.	
	Iohannes Eberhardus Cellarius Wolfersheimensis.	15.	
	Daniel Richwinus Eschwecensis Hassus.	15.	
	Harco Henirici Ostershusianus	II. stud.	9.
	Ioannes Winandus Rhedinghoven Dusselopolitanus Montensis.		9.
	Georgius Wendelius Cassellanus.		12.
	Iohannes Iuditus Hofgasmariensis.	} 16.	
	Chunradus Gersting Grebensteinensis.		
	Nicolaus Emmelius Wilfersheimensis.		
	Ioannes Emmelius Wilfersheimensis.		

	Georgius Hein Helmershusanus Hassus.	19. Maii.
	Samuel Gentersbergius Bipontinus.	21.
	Rudolphus Hospinianus Tigurinus.	22.
	Arpius Almars Bremensis.	26.
	Iohannes Herttius Cassellanus.	28.
	Cristophorus Praediger Allendorphensis Hassus.	30.
	Georgius Crato Wetzflariensis.	2. Iunii.
Fol.103.a.	Otto a Mandelsloe Bremensis. }	7.
	Iohannes Erasmi Bremensis. }	7.
	Ernestus Robbece Gronavius Brunsvicensis.	7.
	Antonius Stolkus Mintzenbergensis.	20.
	Iohannes Meyer Stetinensis Pomeranus.	25.
	Daniel Halbach Regiomontanus Borussus.	26.
	Andreas Ambrosius Worlicianus Anhaltinus.	10. Iulii.
	Martinus Brei Norinbergensis.	11.
	Schonbergius Bruno Bock a Wolffingen Saxo.	12.
	Smertinus Groetthus Decklenburgicus.	14.
	Paulus Lempereur Coloniensis.	15.
	Heniricus Langschedius Hammonensis.	15.
	Iacobus a Wetten Arneimogelderius. }	15.
	Arnoldus Rudenbor Campensis Transisulanus. }	15.
	Ioannes Iacobus Irmingerus Heluetius Tigurinus. }	22.
	Ioannes Iacobus Bromerus Tigurinus. }	22.
	Iohannes a Rechenbergk Sulesius [<i>sic</i>].	23.
	Iohannes Schultze Megapolitanus. }	31.
	Dauid Beggarovius Pomeranus Treptophiensis. }	31.
	Gerlachius a Vullen Frisius orientalis.	4. Augusti.
	Lotarius Brewer Oberwinteranus ducatus Iuriacensis [<i>sic</i>].	5.
	Valentinus Praetorius Stendaliensis Marchicus.	7.
	Christianus Baro de Walstein Bohemus.	31.
Fol.103.b.	Georgius Baro de Walstein.	31.
	Georgius Boschius Altorffinus.	31.
	Salomon Boer ipsorum minister.	
	Antonius Anshelmus Hamburgensis.	3. Septembris.
	Iohannes Georgius Dhen Dresdensis Misnicus.	8.
	Heniricus Potgiesser Hammonensis Westphalus.	9.
	Iohannes Georgius Huls Bambergensis.	9.
	Heniricus de Stange Silesius.	22.
	Melchior von Sidlitz Silesius. }	22.
	Nicolaus von Zeidlitz Silesius. }	22.

	Ernestus Stadman Onoldinus Francus.	23. 7bris.
	Hieronimus Fridericus Isbrandi Frisius.	27.
	Adrianus Alphaeus Northeimensis. }	30.
	Petrus Fellermannus Bremanus. }	
	Arnoldus Stanarius Cassellanus Hassus.	16. Octobris.
	Iohannes ab Ende Rotenbergensis Hassus.	16.
	Antonius Franck Hannoveranus Saxo.	16.
	Matthias Quad von Wickradt.	
	Iohannes Freundt Hammonensis Westphalus. }	17.
	Heniricus Freundt Hammonensis West. }	
	Reinhardus Sonius Marpurgensis.	
	Cristophorus Limpurgius Crucimontanus Hassus. }	17.
	Bartolomaeus Sterckius Lichensis.	
	Iohannes Hintzius Stadensis Saxo.	21.
Fol.104.a.	Iohannes Adolphus Pincier Stadensis Saxo. }	22.
	Eberhardus Heniricus Pincier Herbornensis. }	
	Heniricus Wetzelius Hofgasmarianus Hassus. }	24.
	Iohannes Strack Cassellanus.	
	Iohannes Bussius Gambacensis. }	22.
	Nicolaus Michael Wilfersheimensis. }	
	Heniricus Wetzelius Grebensteinensis. }	25.
	Thomas Wetzelius Grebensteinensis. }	
	Arnoldus Romphius Decklenburgensis. }	25.
	Iohannes Brewerus Steinfurtensis. }	
	Heniricus Grosvatterus Hammonensis Westphalus.	27.
	Iustus Streidhofius Laspheus.	27.
	Iohannes Kantengiesser Grebensteinensis.	29.
	Baltasar Zanius Glogoviensis Silesius.	
	Beiamin Vrsinus Sprottasilesius. }	29.
	Paulus Ieschinius Pragensis Bohemus. }	
	Tobias Gerlachius Fachhensis.	29.
	Martinus Benckendorff Francofurtanus Marchicus.	31.
	Ioannes Georgius Rosinus Pragensis. }	31.
	Elias Rosinus Pragensis.	
	Chunradus Schweitzereissen. }	1. Novemb.
	Erhardus Rulnannus Bialensis Helvetius. }	
	Ioannes Ostvaldus Wildenbergerus Schonreinensis. }	6.
Fol.104.b.	Georgius Behr Paderbornensis.	
	Ioannes Schwederus Arnsbachianus Hassus.	8.
	Laurentius Kochius Sontranus Hassus.	18.

Heniricus a Plettenbergk Livonus.	29. Novembris.
Thomas Dubinus Masricensis Morauus.	}
Iohannes Paulus Egeranus Voitlandus.	
Paulus Kutnawer Pragensis Bohemus.	
Hermannus Burchman Hohenkirchensis Hassus.	15. Decembris.
Reinhardus Schefferus Marpurgensis.	}
Iohannes Sigfridus Klotzius Marpurgensis.	
Hieronimus Wendelius Helmershusanus Hassus.	31.

Nomina Paedagogicorum hoc anno 1606 in album Academiae receptorum.

Inscripti sunt quinquaginta septem, inter quos:

	Philippus Theophilus a Rhe Lichensis.
Fol.105.a.	Hyeronymus a Clauburg Franckfurtensis.
	Ioannes Huldericus Grobius Tigurinus.
Fol.105.b.	Nicolaus Vigelius Marpurgensis*).

Fol.106.a. Notabilia, quae hoc anno contigerunt pauciora, ea tamen fuere quae sequuntur.

Nona Martii ob divini nominis blasphemias, in optimates sparsa convitia, contumelias et petulantissimam contumaciam qua Magistratui Academico restitit, aliaque insuper facinora delictaque plurima publico Decreto Academico ad templum affixo cum infamia relegatus est Iohannes Burckel Bareuthensis Franco-Voitlandus.

Decima octava Martii Iuramentum Academiae corporale praestiterunt D. Antonius Matthaëus, Institutionum: M. Georgius Cruciger, Logices: Catharinus Dulcis Linguarum exotericarum, Professores, recens in numerum docentium cooptati.

XVIII. Aprilis Illustrissimus Princeps ac Dn. Dn. MAURITIUS Hassiae Landgravius, Comes Cattimelibocorum, Deciorum, Zigenhainorum et Niddanorum etc. Dn. ac Princeps noster Clementissimus, ad suscipiendam e Batismo Filiolam recens natam AGNETEN Senatui Academicum clementer invitaverat. Ad horum itaque solennium expeditionem ablegati sunt Academiae Rector Iohannes Wolffius Med. D. et M. Iohan. Hartmannus Professor Mathematicus, cum honorario XVI solidorum Portugallensium, quod Senatus Academicus Illustrissimae Puerperae in submissae congratulationis testimonium offerri decrevit.

In numerum Theologiae Professorum cooptatus est 13. Iunii M. Raphael Eglinus Iconius Tigurinus stipendio 160 fl. extraordinario.

Fol.106.b. Eodem die pro ministerio Rectori et Senatui Academico | item custodia Studiosis noctu praestanda a Senatu Academico solito stipendio conductus est datis in hanc rem

*) Hic idem esse videtur, cuius in Striederii vol. XVI. p. 330 mentio fit.

literis et receptis ab eo reversalibus, fideque per dextrae exhibitionem iurisiurandi loco praestita Christophorus Reineck, Vigilum Praefectus.

Mense Octobri Illustrissimus ac Potentissimus Princeps Dn. Dn. MAURITIUS Hassiae Landgravius etc. Reverendissimum et Illustrissimum Principem, Dn. Dn. OTTONEM, Abbatiae Hersfeldensis administratorem electum, Hassiae Landgravium, filium suum primogenitum dilectum, adiunctis viris Nobiliss. ac strenuis D. Iohan. Schwertzell, et D. Reinhardo a Baumbach, et aliis, Marpurgum ablegavit cum literis creditivis, quas vocant, ad Dn. Praesidem provincialem Lani Rudolph. Wilhelmum Raw, Academiae Rectorem Iohan. Wolffium, D. Vulteium, D. Sigefridum Clotzium et D. Christianum Andreae, ut adiunctis D. Schonfeldio et M. Goclenio progressus eius, quos hoc anno in pietate, literis, ac artibus humanioribus fecerat, solenni examine probarentur: quos quia egregios imo maiores, quam pro captu eius Celsitud. sperarentur, ostendit, testimonium eius rei publicum ad Illustrissimum Parentem sub Sigillo Academico datum est.

Promotiones hoc anno celebres habitae sunt sequentes: I. Baccalaureorum X. d. 20. Augusti perorante et insignia conferente D. Petro Hermanno Nigidio Rhetorices Professore.

II. Magistrorum XIII. Decemb. d. 18. Promotionis Actum ex lege dirigente D. Hermanno Kirchnero I. U. D. et Historiarum Professore, tum temporis Facultatis Artium Decano.

III. Doctoralis in Facultate Medica, 22. d. Decembris, Theodori Corbaei Herfordiensis Westphali et Samuelis Gentsbergeri Bipontini, ritus et insignia conferente D. Henrico Ellenbergero Med. D. et Professore.

Fol.107.a. IIII. Itidem Doctoralis Medica, 29. d. Decembris, M. Ioh. Hartmanni, Professoris Mathematici, infulam Medicam rite ipsi imponente Academiae Rectore D. Ioh. Wolffio, Med. D. et professore primario.

Iohannes Wolffius med. D. et professor etc.

Fol.107.b.
vac.

(1607.)

Fol.108.a. ANNO A NATO CHRISTO Servatore nostro Millesimo sexcentesimo septimo, Cal. Ianuarii ex more electus et renunciatus est Academiae Marpurgensis Rector, IOHANNES HARTMANNUS, Philosophiae et Med. D. Professor Mathematicum Ordinarius: sub cuius Academica administratione ea quae insequuntur in Matriculam Universitatis relata sunt Studiosorum Nomina:

Regnerus Parels Frisius Occidentalis.	Ianuarii d. 10.
Gotofredus Eberhardi Chreftelbacensis Solmeius.	16.
Iulius Etzlerus Wittebergensis.	19.
Laurentius Bidermannus Witebergensis.	19.
Georgius Gauer Reinhardsbrunnensis Thuringus.	22.

	Georgius Pottkammer Pomeranus.	Februarii	11.
	Iohannes Wetterus Leucopolitanus Moravus.		28.
	Marcus Rüttimeierus Helvetius Bernas.	Martii	17.
	Mathias Schoten Frisius Occidentalis.		20.
	Boccatius Hopperus Frisius Occidentalis.		20.
	Evardus Boner Frisius Occidentalis.		20.
	Iohan. Valentinus Wetzel Osthoiviensis Palatinus.		24.
	David Scandellus Boleslaviensis Silesius.		24.
	Robertus Redmerus Anglus.	Aprilis	1.
	Iohan. Rodolphus Stahelius Tigurinus.		1.
	Christophorus Breutingerus Tigurinus.		1.
	Ioh. Casparus Schnitzius Tigurinus.		8.
	Christophorus Uchtemannus Bremensis.		10.
	Gotofredus Stephani Weilburgensis Nassovius.		10.
	Henricus Ruperti Densteti-Turingus.		10.
	Erasmus a Gersdorff Nobilis Silesius.		12.
Fol.108.b.	Iohannes Up der Wortt, Stadensis Saxo.	April.	16.
	Christianus Molitor Spangenbergensis Hassus.		25.
	Casparus Aschenbornerus Waldcappellensis Hassus.		27.
	Iohannes Simonides Embdanus.		29.
	Iohannes Germete Volchmariensis.		30.
	Hillebrandus Kuen Grebensteinensis Hassus.		31 [sic].
	Hermannus Dalensis Coloniensis.	Maii	1.
	Iohannes Mattencloet Düsseldorfensis Clivius.		8.
	Martinus Geisius Braunfelsensis Solmeius.		8.
	Bernhardus Bornerus Braunfelsens. Solmeius.		8.
	Ludovicus Engelhard Sulganus Suevus.		8.
	- Matthias Werlichius Scelo Turingus.		8.
	Georgius Summer Neagoraeus Palatinus.		11.
	Michael Stuckerodius Rotenbergens. Hassus.		13.
	Mathias Stanislaus a Drokoiro Eques Polonus.		13.
	Iohan. Paris a Drokoiro Eques Polonus.		13.
	Iohan. Stephanus Bal Hoczew Eq. Polonus.		13.
	Mathias Zabawski a Zabawu Eq. Polonus.		13.
	Samuel Wtostowski Polonus.		13.
	Iohannes Krogulecki Polonus.		13.
	Sigismundus Zidelius Rosemontanus.		13.
	Iohan. Iacob Mannuel Bernas Helvetius.		14.

	Ioh. Franciscus a Wattenwiel Bernas Helvetius. Maii	14.
	Ioh. Iacobus Kraus Stuckardianus Wirtenbergicus.	15.
	Ioh. Wilhelmus Kraus Stuckardianus Wirtemb.	15.
	Marcus Ehemius Heidelbergensis Palatinus.	15.
	Christophorus Drachitel [?] e Sainis Saxonis.	16.
	Christoph. a Sckopp. in Barchaw Nobilis Silesius.	16.
	Ioh. Ernestus a Nostitz in Thesaw Nobilis Silesius.	16.
Fol.109.a.	Melchior a Loeben in Milckal: Nobilis Silesius.	16.
	Ioh. Georg. a Ponnikaw in Elsdra: Nobilis Lusatus.	16.
	Hiobus a Saltza in Eberspach: Nobilis Silesius.	16.
	Georgius Vechnerus Freistadiensis Silesius.	16.
	Ioh. Clotzius Burckelbacensis Witgensteinus.	16.
	Adamus Bichardus Eschenbacensis Waldecus.	16.
	Wennemarus a Bodelschuing, in Bodelschuing: Nob. Westph.	19.
	Bernhard. de Westerhold in Lembeck: Nobil. Westphalus.	19.
	Wesselus a Bodelschuing in Bodelschuing: Nob. Westph.	19.
	Bernhardus Oer Westphalus.	19.
	Iohannes Senger Cassellanus.	20.
	Ioh. Rilsky de magna Rilsko: Eq. Polonus.	25.
	Franciscus Rilsky de magna Rilsko: Eq. Polonus.	25.
	Iacobus a Bruck Angermund. Silesius.	25.
	Samuel Milicius Polonus.	25.
	Andreas Buelski de Bujaly Eq. Polonus.	25.
	Nicolaus Sekerka a Sedezicz. Bohemus.	25.
	Wilhelmus Kaplirz a Sulevitz Bohemus.	25.
	Conradus Fontanus Eschwegensis Hassus.	27.
	Ioh. Hosbachius Rembacensis Hassus.	27.
	Sibrandus Burmania Frisius Occidentalis.	30.
	Henricus Curius Haselunnensis Westphalus. Iunii	2.
	Casparus Menningus Bremensis.	5.
	Unico Manninga a Kniphausen Nobil. Frisius Orient.	5.
	Carolus Fridericus a Kniphausen Nobil. Fris. Orient.	5.
	Ludovicus Freytag Frisius Orientalis.	5.
	Carolus Caesar Avencontanus Isenburgicus*).	12.
	Albertus Molnavus Spenziensis Ungarus.	18.
	Iohannes Troidenerus Anhaltinus.	19.
Fol.109.b.	Laurentius Leuchterus Cassellanus.	20.

*) Hoc nomen deletum et in margine adscriptum est: Vide annum 1610.

Martinus Vierthalerus Cothenus Anhaltinus.	Iulii	31.
Mathias Engelhard Argentinensis.	Augu.	4.
Iohannes Kaltenbach Zuitphanio Geldrius.		8.
Hermannus Schimmelpfennig Zuitphanio Geldrius.		8.
Andreas Laelius Stokholmensis Suecus.		15.
Wilhelmus Scleidanus Eiflius.	Septemb.	4.
Daniel Funckius Retemensis Luneburgicus.		15.
Ericus Dranewardus Stockolmensis Suecus.		22.
Henricus Lucius Bremensis.		25.
Ioh. Theodoricus Petrzwaldsky Moravus.		25.
Elias Acontius Trebizensis Moravus.		25.
Nicolaus Acontius Trebizensis Moravus.		25.
David Maserus Bernas Helvetius.	Octob.	2.
Conradus Stantzius Bernas Helvetius.		2.
Samuel Dürr Bernas Helvetius.		2.
Iohannes Philemon Lovossicensis Bohemus.		3.
Ioh. Dyonisius Mraz a Milessouka Litomericensis Boh.		3.
Georgius Thonius Burcanus Hassus.		7.
Bartholomaeus Lauttemannus Allendorff. ad salinas.		9.
Iohan. Rennerus Cassellanus Hassus.		20.
Tammo Haiconius Frisius Groningensis.		20.
Iohannes Hessus Hildesheimensis.		21.
Iohan. Kock Transisulanus Belga.		27.
Arnoldus de Fries Campensis Belga.		27.
Fridericus Edessen Warburgensis.		29.
Iustus Awenius Berleburgensis.	Novembr.	10.
Iohannes Wellius Treisensis Hassus.		24.
Henricus Heisterman Huxariensis.	Decemb.	7.
Henricus Koch Paderbornensis.		7.
Melchior Breler Fuldensis.		9.
Ioh. Aemilius Vorsterman GeldroBelga.		10.
Stanislaus Rey de Raglowesse Polonus.		12.
Marcus Hildebrandus Bremensis.		15.
Simon Hintzius Stadensis Saxo.		19.
Ioh. Christianus Bollingus, Danus.		28.
Falco Gioë, Nobilis Danus.		28.
Iohan Dyonisius Kyssgen Widliacensis.		28.
Hermannus Christoph. Hartmannus	} Rectoris Filii. Decembris ultimo.	
Georgius Eberhardus Hartmannus		

Fol.110.a.

Nomina Paedagogicorum hoc anno receptorum et a Dn. Paedagogiarcha ad inserendum per Pedellum missorum.

Inscripti sunt undequadragesima, inter quos:

Georgius Wolffgangus a Schonberg Rhenanus.

Iohannes Ottho a Schonberg Rhenanus.

Inter ceteros quatuordecim Marpurgenses sunt.

Fol.111.a. Notatu digna, quae hoc Anno acciderunt, sunt sequentia.

I.

Videbatur hic annus propter contagia pestis hinc inde in vicinia serpentis nonnihil futurus gravis et Academiae insolens. quapropter cum statim ab initio anni Mense Ianuario lues etiam in suburbiis civitatis gliscere inque nonnullos saevire animadvertebatur, mature inito consilio de transferenda Schola ad Illustriss. Principem nostrum literas dedimus, quibus Celsitud. ipsius significatum est, quam metuere Scholae, cum praesertim ex quotidiano Studiosorum habitu dissipatio quaedam imminebat. Placuit itaque Illustrissimo per rescriptum, ut Academia Francobergam, si purior aer caeteraque omnia essent ibidem salva, transferretur. Dum vero paulo demissius insequentibus mensibus praeter omnem expectationem hic Marpurgi malum serpebat, paulisper translationem distulimus. Sed Mense Iunio recrudescere malum, etiam infectis aedibus Reverendi viri D. D. Raphaelis Eglini S. S. Theologiae Professoris, quin insuper Francobergae idem morbus aliquos etiam sustulisse dicebatur, denuo igitur Illustriss. Princeps, hoc rerum statu significato, migrationem Academiae vel Treisam vel Hombergam in Hassia suasit. Nos translationis huius commodioribus rebus subductis Treisam elegimus. Antequam vero eo cum universa Academia iremus, Princeps Illustriss. officiariis suis tam hic quam ibi et Zigenhainii clementer et serio mandaverat, ut seduli huic translationi studerent, ac suppeditis necessariis tum vehiculis tum aliis membra Academica tam doctentia quam discentia iuvarent. Sed ceu inter has deliberationes et quasi inter singulorum procinctus, subito Dei solius gratia, ad preces multorum piorum clementissime nobis concessa, malum

Fol.111.b. mitius factum tandem omnino gliscere, | vel etiam serpere desiit. Quapropter redeuntibus ad pensum et labores suos studiosis, in loco mansimus, et singuli operas nostras fideliter pertexuimus.

II.

Posteaquam ab anno superiori 1605, qui calamitosus admodum visus est patriae, Theologi post redintegratos per inferiorem Hassiam Visitationum Articulos, ex Academia potius migrantes, quam illa quae verbo Dei consona sunt amplexi Gissam concessissent, ibidemque ἀρχόσιν quandam instituissent, delectis ad rem eam a Darmstadinis necessariis sumptibus, partim ex redditibus trium praefectarum, Alsfeldensis, Grunbergensis et Giessensis, ab initio fundatae Academiae Marpurgensi pio consilio a Fundatore

Fortissimo Principe Dn. Dn. PHILIPPO seniore Landgravio Hassiae, iustissimo titulo olim donatarum, partim vero ex proprio aerario erogatis, vel etiam a subditis collectis, saepius deinceps ex eo loco divulgatis scriptis contentionum et rixarum plenis, inter caetera initio Septembris huius anni pagellae admodum spurcae typis excusae hinc inde disseminatae sunt, quibus effraena quadam calumniandi libidine famae et existimationi nostrorum Theologorum et Pastorum manifesta insectatione, cum coniuncta in eos foedarum et Cynicarum vocum iactatione, virulente admodum et scelerate detrahebatur. Nec deesse videbantur, qui vel indignitate rei vel et asperitate affectuum incitati de pari per paria retribuendi cogitabant vindicta: maturo itaque consilio ea de re in Senatu habito, publice ad valvas templi programmatae typis exscripto nefariae isti petulantissimorum autorum spurcitiei contradictum est; denique gravi interiecta poena prohibitum, ne ullus ex Academiae subiectis membris similem vel etiam graviozem retaliationem meditaretur. Factum id est IV. Octobris.

III.

Fol.112.a.

Percrebuerat hactenus fama per omnia compita a Novatoribus divulgata de Schola Giessensi ab Imperatore authorisanda inque numerum scholarum publicarum, quas Universitates vocant, censenda: neque illi, quibus matri huic Academiae et nutritiae suae malevelle nescio quo odio volupe erat, ad hanc rem quidvis non moliebantur*). Iamque omnino conclamatum erat de certitudine allatarum ex aula Caesarea recentium immunitatum; praetereaque animadversum Illustriss. nostri Principis subditos e diversis suae ditionis civitatibus et pagis non paucos ex liberis suis Gissam studiorum gratia tum ad Paedagogium tum publicas lectiones misisse, Edicto publico typis excuso manu et sigillo Illustriss. Principis Dn. Dn. MAURITII, Nutritii nostri Clementiss. munito solenniter et graviter revocati sunt, quotquot eo a parentibus vel et ab amicis ex inferiore Hassia missi venerant. Tempestive itaque eius Edicti Exemplaribus a Secretario Cassellis huc missis, ea mandato Principis foribus summi Templi et collegiorum portarumque urbis valvis VII. die Octobris publice affixa sunt.

III.

Eodem die, VII. nempe VIIIbris, conquisitis hinc inde necessariis convocatisque statibus provincialibus, Illustriss. Princeps Landgravius Ludovicus Giessae impetrata Privilegia magna cum pompa in Urbis templo publicat, Sceptra, Claves, Sigillum per Cancellarium suum Rectori nuncupat.

V.

Inter reliquam multitudinem curiosarum mentium coacervatim concurrentium, Giessam quoque concesserant pridie istius publicationis Henricus Ellenberger Med. D. et professor, et Hermannus Nigidius, I. U. D. Rhetorices professor et Academiae nostrae Syndicus,

*) *In margine additum est: Vana sine viribus ira: et ab alia manus: iusta tamen.*

nullum alium in finem, quam ut actui publico edendorum Privilegiorum interessent. Visis itaque ibidem iisdem tam in templo sub actu ipso inter Consiliarios Darmstinos
 Fol.112.b. consistentibus, quam simul in processu ingredientibus egredientibusque: | praetereaue Syndicus Nigidius postero die in actu Promotionis Magistrorum non tantum locum inter Professores Iuris cepisset, sed vel octavum vel nonum recens promotum Magistrum e Templo deduxisset, Rector et Senatus Academicus ea de re certiores facti, sub dato 10. Octobris scriptis ad Illustriss. Principem literis, inconsideratam hanc potius cum adversariis nostris sentientium horum duorum Professorum audaciam significarunt: Interea vero Claves Consistorii et Archivi Academici, cuius Syndicus ex officio custos est, ab uxore eius sunt repetitae, omnia scrinia nostra rationum et redituum Academicorum Sigillo Academico minori obsignata, ipsaeque claves in scatula, probe eodem sigillo munita, uni ex Professoribus custodiendae traditae sunt. Ipse autem reversus quarto die, vocatus ad Rectorem quaesitusque eius rei causam, nullam vero nisi cupiditatem novam hanc scholae inaugurationem praetexens, porrecta dextra stipulari iussus est, se loco non cessurum, priusquam se sufficienter purgasset. Ellenbergerus vero, Illustriss. Principis et Academiae Stipendiarius, cum praecedente aestate denuo ab Illustriss. Principe propter orthodoxam religionem (quam tamen ab initio suae apud nos mansionis visus est semper profiteri) dimissionem petiisset, isque mandato Principis ab officio professorio aliquamdiu suspensus fuisset, a peregrinatione, quam praetenderat, serius reversus, postea a Consiliariis ad visitationem Academicam (de qua sequenti paragrapho) ab Illustriss. Principe deputatis propter hanc praevericationem auditus, eiusque dimissio ex Academia in insequentem annum dilata est.

VI.

Collabi paulatim, et nescio quibus malis Academiam perturbari hactenus prudentiores non levibus argumentis animadverterant. Cum itaque Ampliss. Dn. Vicecancellarius, Hermannus Vulteius saepius de ea re monuisset et ad Illustriss. Principis Consiliarios
 Fol.113.a. Cassellas apertius pro publico Academiae bono scripsisset, tandemque Illustriss. Princeps de ea re cognovisset, ipse Dn. Vicecancellarius Cassellas vocatus, iussu Principis a Consiliariis auditus est. Redditis itaque sufficientibus eius, quam metuebamus, peioris conditionis Academiae rationibus effectum est, ut Mense Novembri plenissima instructione delegatis Consiliariis, Strenuis ac Nobilissimis viris, Dn. Rudolpho Raw ab Holtzhausen, praefecto provinciali ad Lanum, Eggeberto a Malspurg, et Bernhardo ab Hövell, denique Amplissimis et Consultissimis viris Dn. Sigefrido Clotzio, Cancellario, et Andreae Christiani I. U. D. Visitatio seu Reformatio Academica institueretur, deque omnibus ad Academiam pertinentibus tam Oeconomicis quam Professoriis rebus, de Lectionibus, Auditionibus scholasticis tum publicis tum Classicis in Paedagogo exquisita et ad praescriptam normam rationes exigenterentur, tandemque salutaria remedia quibuscunque defectibus, ubi ubi deprehenderentur, adhiberentur. Ad 11. itaque diem Novembris facto initio, Professores omnes ad Dicasterium, ubi missi praedicti Consilarii degebant, vocati sunt, et subsequentibus diebus usque in finem fere mensis Decembris singuli ordine ad praescriptos

ex sententia et voluntate Illustriss. Principis graves quosdam et acute formatos articulos seorsim interrogati et auditi. Recessus vero salubrium consiliorum in insequentem annum promulgandus reservatus fuit.

VII.

Fol.113.b. Sub initium inchoatae Visitationis Academicae, pro dolor, contigit, ut Studiosis ex more sed non admodum laudabili Martinalia celebrantibus, die 13. Novembris circa horam secundam pomeridianam, quatuor ex eorum numero, nempe Iohan. Erasmi Bremensis, Conradus Seuringus*) Melritzensis, Iodocus Avemannus Cassellanus (qui duo Illustriss. nostri Principis Beneficarii erant) et Iohan. Metziger Cassellanus, leviter poti extra Portam Franciscanorum | exspatiati, nec tamen confertim, sed sese per intervalla subsecuti, non procul ab eo loco quem S. Crucis indigitant cives, in plaustrum vacuum, ab operis gratuito eo die aulae ex more praestitis domum, Lohram nempe, unde et vector et currus erant, redire contententem inciderint, quem tribus equis, quorum tertio insederat, tractum servus rusticus robustus una cum puero administro regebat. Cum igitur qui primus accesserat, Ioh. Erasmi equum quem collateralem sibi habebat auriga, ipso annuente, conscendisset, caeterique unus post alium etiam currum conscensuri accurrissent, nec tamen auriga in ipsorum conscensum consentire videbatur, repente liticula suborta, auriga conscensuros currum scutica, quam ventilabat manibus, a tergo petebat, illi male ferentes repulsam nihilominus conscendunt, quarto Metzigero nempe post currum ad temonem extremum subsistente. Sed litigantibus inter se illis qui equis insidebant, auriga et Ioh. Erasmi, primo verbis lenioribus, paulo post ad iurgia et acerbiora convitia ventum est, ac arrepto ex ipso plastro vecte inhibitorio, quem nostri Eine Runge appellant, auriga primum ictum ad frontem dextramque genam Iohanni Erasmo infligit: hic vero e manibus aurigae extorto vecte, reliquis quidem in curru subsistentibus, sed paulatim ad reprimendam vim et litem sopiendam accedentibus, eodem vecte aurigam fugientem persequitur: sed dum eum cursu assequi nequit, proiecto vecte, pugionem quem in tergo gestabat, ira et gravi plaga, etiam profuente sanguine, accepta percitus, in fugientem aurigam coniicit, ac praeter omnem spem vulnus infligit in sinistra scapula, pugione ad interna usque adacto. Quia vero ille inopinatus iactus gravissimum et lethale vulnus partibus cordi valde vicinis inflixerat, rusticus inter currendum se ictum sentiens pugionem evulsit operosius, sed sanguine effluente confertim viribusque subito collapsis
Fol.114.a. ipse corruens eodem in loco animam | exhalat. Quo facto praetereuntes cives et foeminae Studiosos acclamant, ut arrepta fuga consulant sibi suadent, rem enim esse prorsus cum magno periculo coniunctam. Seuringus ita et Avemannus cum caedis autore in fugam sese coniiciunt, Metziger vero in Urbem ad Museum suum redit.

Praetor urbis Ioh. Ebel, qui quondam Senatorem Cassellis egerat, facti huius novitate intellecta, statim cum servo suo aliisque civibus equis fugientes insectatur, eosque in vicino pago Der Marßach, comprehendit: captivi itaque ad aedes ipsius ducti,

*) Haec nominis forma, de qua in narratione ab ipsa Rectoris manu scripta dubitari nequit, in catalogo studiosorum a. 1606 nomen Leuringius perperam exaratum esse docet.

ab hora quarta usque ad sextam ibidem detinentur, accurrentibus ex omni loco Studiosis caeteris, et libere domum Praetoris etiam confertim frequentantibus, de re sciscitantibus et Studiosos captivos inprimis vero caedis autorem Ioh. Erasmi consolantibus. Dum vero negligentius Studiosi vident asservari captivos, consilio inito, clam auctori caedis incognito in hunc usque diem stratagemate, si non consilium tamen ansam elabendi praebent: atque ille inter manus vigilum evadit, neque amplius hic visus est.

Interea dum isthaec aguntur, homicidii istius autoribus comprehensis, non erat Academiae quicquam de suo addere, nisi caeteri Seuringus et Avemannus, non quidem facti sed itineris complices, missis ad Rectorem Studiosis aliis, unice rogassent, ut quia autor caedis ipsum factum a se patratum non negaret (fessus enim iam tum fuerat etiam ad Dn. Praefectum Provinciale Rodolphum Wilhelmum Raw ab Holtzhausen, eadem vespera ex pago suo Holtzhausen domum redeuntem, et cognito hoc facinore inter praetereundum aedes Praetoris ipsum autorem caedis alloquentem), ipsi vero nullius culpae sibi conscii essent, licet simul adfuissent caedi, Academia ipsos in suam tutelam acceptos asservare vellet, se paratos esse delicti sui, si quod esset, et rationes reddere et poenam sustinere. Accersito itaque Ampliss. Dn. Vice-Cancellario ad Dicasterium, ubi Consilarii Principis Visitationi Academicae destinati commorabantur (de reditu enim Dn. Praesidis

Fol.114.b. Provincialis nondum | nobis constabat), una euntes Consiliariis factum aperimus, deque autore caedis ipso ultro fatente et miseriam suam deplorante, iam tum constare ostendimus, et quia reliqui duo Studiosi simul captivi ex fuga retracti ab ipso autore excusati nobis vacare culpa viderentur, neque ulla actio criminalis illis intendi possit, rogamus ut in custodiam nostram Academicam traderentur. Consilarii vocato Praetore, et simul interveniente Dn. Praeside Provinciali de hoc negotio deliberant. Praetor cum vocatus compareret in vestibulo nobis expectantibus nunciat, se admodum vereri caedis autorem eripuisse evasisse; id quod paullo post superveniens ipsius minister confirmat. Paulo post Praetor e curia a consiliariis reversus, sine omni annexa conditione, nunciat nobis, se in mandatis a Dn. Praeside et consiliariis habere, ut duos relictos Studiosos nobis tradat. Eos igitur cum custodibus praesentibus ex aedibus Praetoris, concomitantibus multis Studiosis, ad Carcerem Academicum deducimus, cum prius stipulata manu, iuramenti loco, promisissent, se omnino duraturos nec quicquam contra molituros. Postero die, qui erat 14. Novembris, tertius Studiosus ipsorum socius, Iohan. Metziger, causae suae confidens optime, Rectori sese sponte sua sistit, et ad nutum eius ad Carcerem sine tergiversatione lubens concedit. Eodem die cum consilarii in facti huius circumstantias inquisivissent, et dissimiliter tamen ex ipsa inquisitione deprehendi videbatur, Studiosos nostros in Carcere non omni vacare culpa, restitutionem ipsorum postularunt, cum primis vero urgebant hoc ex inspectione trucidati corporis, duobus vulneribus maiori et lethali altero, altero minori nec alicuius tamen momenti conspicui. Nos autem convocatis omnibus Professoribus, et supra hac restitutione deliberatione instituta Consiliariis proposuimus, de inquisitione utcumque acta nos nolle disputare: sed posito minus vulnus

Fol.115.a. ab alio | inflictum fuisse, nec tamen lethale ullo modo extitisse, an propterea qui

Academiae Carcere detinerentur ex ipsorum permissu tradendi essent: siquidem haec traditio Academiae ingens vulnus et irreparabilem devastationem Studiosorum pareret. Propterea esse nos paratos, si inquisitione diligentius instituta, et ad iuramenti formulam singulis quaestionibus extortis, plane perspicuum foret, unum vel alterum ex detentis Studiosis culpa non carere, hanc actionem criminalem nolle nos civilem atque adeo nostram facere. Donec vero ea de re certi quicquam nihil extet, et ex Studiosis eam ob rem severe admodum examinatis potius manifestum sit, nullum ex iis vel cultro mensario, nedum pugione, nisi solum caedis autorem instructum fuisse, nos rogare, ut Consilarii dexterius re deliberata hoc agant, quo evitari possit id quod ad devastationem Academiae alioquin male sartae faceret. Illis ne latum quidem unguem a sententia sua discedentibus, nobis vero pro salute et incolumitate Academiae sollicitis, aliquantisper negotium quiescere visum est. Interim, quia Consilarii restitutionem custoditorum serio urgerent, neve aliquod damnum Respub. nostra caperet, si fors Studiosi captivi e carcere eruptionem molirentur, in minus Auditorium Ethicum, quod vocant, adhibitis vigilibus civibus armatis diligenter custoditis foribus translati sunt, etiam id rogantibus et pro iis intercedentibus caeteris omnium Facultatum Studiosis, ipsique de novo nullam eruptionem sese attentare velle sponte et lubenter polliciti sunt.

His actis Consilarii conniventes, literis ad Illustr. Principem nostrum scriptis negocium totum exasperant, homicidium nempe hoc in via publica esse patratum in illo homine, qui subditus eo die servitium aulae praestiterat, prehensum caedis autorem ex aedibus Praetoris vi et pervicacia Studiosorum, bey befehlter Wacht, esse ablatum, caeteros facti complices ab Academia detentos fors criminaliter, cum culpa non vacare viderentur, persequendos esse, et similia alia adiicientes secus quam vel res ipsa acta esset, vel etiam Academiae imbellis admodum conditio pateretur.

Fol. 115.b. XXI. Novembris circa horam IIII. vocatis Rectore et Vicecancellario ad Dicasterium, Consilarii rescriptum Illustrissimi Principis ostendunt, quod sane erat admodum grave: Quia enim primo Studiosi ex aedibus Praetoris autorem caedis facto concursu vi quadam extorsissent, atque id sane ad principalis autoritatis et magnitudinis imminutionem maxime spectaret, velle omnino Celsitud. suam, ut edito in tot praevericatos exemplo omnes multarentur graviter: Deinde quia homicidium in via publica, et quidem in Principis subdito esset perpetratum, velle Celsitud. suam, ut sine omni tergiversationis respectu illi qui adfuissent caedi isti, et e carcere Academico in aulam ducerentur, autor caedis publice citaretur, omnesque criminaliter accusarentur. Eandem sententiam Princeps etiam ad Catharinum Dulcem perscripserat. Ex quibus omnibus non amplius obscurum fuit, quam periculosam admodum ex male hac detorta totius negotii ad Illustriss. Principem significatione, rigidaque hac et gravi lata sententia dissipationem scholae metueremus, eam iam tum imminere. Mature itaque de hac re habito consilio, Consiliariis significamus, rem de elapso autore caedis longe aliter se habere, nihil quicquam ab ullo Studioso vel vi vel tumultu excitato factum esse: Deinde de vulnere minori inficto non lethali nihil adhuc constare certi, criminaliter itaque Studiosos detentos non posse

accusari. Consiliiarii in sententia ab Illustriss. Principe perscripta perstant: nos solam scholae divulsionem veriti protestamur, rogamus, nihil vero efficientes, nosmet ipsos, qui pro reddendis Studiosis, si opus esset, sponsionem feceramus supra, incarcerandos offerimus, imo ad Illustriss. Principem nos literas et nonnullos ex Ordine nostro missuros qui causam nostram agerent et meliorem sententiam rogarent, significamus. Illi se quidem hanc significationem et missionem non impedituros esse responderunt, velle tamen ita literas informari, ne cum Illustriss. Principe illi committerentur. Nos neque hoc approburos esse diximus: sed literas iam conceptas inque Senatu lectas et propositas tandem ipsis Consiliiariis 23. d. Novembris legendas exhibuimus, quas ipsi quoque, paucissimis saltem immutatis, approbarunt.

XXIV. Novembris cum literis missi sunt tempestuoso admodum et pluvioso coelo ad Illustriss. Principem Fridewaldi commorantem Dn. D. Gregorius Schönfeld, M. Rudolphus Goclenius et Catharinus Dulcis. Tantum vero abfuit ut placatum Illustriss. Principem invenerint, ut de priori sententia ne latum pene unguem discessura ipsius Celsitudo vix alloquio eos dignata sit. Reversi itaque ultima Novembris hanc ipsam indignationem Illustriss. Principis nunciant, eamque ex particula ex literis ab Illustriss. Principe ad Consiliiarios scriptis extracta monstrant: restitutos primo ab Academia Studiosos duos priores ex urbe esse relegandos, tertium vero Iohan. Metzigerum, ut qui e longinquo tantum caedis spectator fuisset, esse post deductionem prius in aulam cum caeteris dimittendum.

Consiliiarii denuo de voluntate Illustriss. Principis certe restitutionem captivorum Studiosorum urgent, quam cum amplius detrectare nostrum non esse probe conspiceremus, tandem licet maximo omnium maerore assensimus, cum manifesta hac protestatione ad Consiliiarios facta, quandoquidem hoc omne, quod in maximum detrimentum vergere manifeste videretur, ex nuda ipsorum relatione ad Illustriss. Principem penderet, hanc insolentem scholae dissipationem damnumque reliquum nos imputare nulli posse nec velle, quam solis ipsis.

Quid multis? Calend. Decembris circa horam 1. pomeridianam Studiosi ex Carcere Academico Praetori apud portam Franciscanam, qua transitus est ex aedibus Collegii, tum temporis ab Hermanno Nigidio Syndico inhabitatis, cum armatis civibus multis, praeter institutum et omne pactum, etiam caeteris compitis armatura et sclopetariis munitis, praestolanti traditi sunt. Accurrunt undique Studiosi et novitate facti huius insolentis perculsi expresse de migratione fluctuantes posteriori die 2. Decembris mane in Coemeterio unanimiter congregati deliberant, quorsum res Academicae evasurae sint, et quid facto opus esse existimandum, si quidem privilegia Academica hactenus incolumia reservata tam inopinato casu salva amplius consistere non posse viderentur. Cum igitur dubitarent, quomodo deinceps ipsi Studiosi ab Academia suscipi et defendi possent, inito consilio mature id explorandum esse concludunt. Nos periculum devastationis seu desolationis quasi manibus prensantes, illud significandum Consiliiariis censemus; qui cum non obscure et ipsi intellexerent, quid eventurum esset, Ioh. Metzigerum cum caeteris captivis in aulam abductum, vocatum in Dicasterium dimittunt, quem tamen statim posteaquam in aulam ipse abductus

fuisset, dimittere debuissent. A meridie denuo in Coemeterio congregati Studiosi ulterius consilium capiunt. Nos instantem ruinam prudentius veriti consilio habito die 3. Decembris ad valvas Templi Programma publicum sub sigillo Academico hora VIII. affigimus; negotii huius causas modeste exponimus; non potuisse nos aliter agere, quia in aulam abducti Studiosi Principis beneficiarii essent, ac paulo post eos a Consiliariis certis propositis conditionibus esse dimittendos: Studiosos ut maneat hortamur, privilegiorum immunitatem depraedicamus, Principis Illustriss. in literatos et Academiam gratiam et clementiam extollimus, ac insuper monemus, ut de iis omnibus Oratorem insignem D. D. Hermannum Kirchnerum publica oratione eodem die in maiori Auditorio quod I. C. Fol.117.a. est peroraturum audire | velint. Movisse quidem animos Studiosorum hoc ipsum videbatur, sed quia illi omnino pendebant animi, quorsum evasurum esset hoc ipsum, quod graviter Academiam laesisse et tantum non omnino vastasse animadvertebatur: igitur inito consilio circa horam decimam significant Rectori, se unanimiter de scripto Senatui Academico exhibendo deliberasse, petere tantum horam convenientem, ubi praesentes ipsi libellum supplicem offerre possint. Locus destinatur Consistorium Academicum, et tempus nominatur hora prima pomeridiana. Convocatis Professoribus sistunt sese ad praedictum tempus in Consistorio delecti ex Studiosorum numero XXIII, agunt primum gratias pro congregato Senatu, deinde petunt, ut ea, quae super hac tristissima Academicae libertatis labefactione concepere gravamina libello supplici designata legere, intelligere et iudicare velimus. Accipitur scriptum, et dimissis Studiosis ut in vestibulo Consistorii expectent, in Senatu legitur.

Commemorant primo foundationem Academiae eiusque conservationem: sed conqueruntur de per hoc factum, captivis nempe Studiosis in aulam ex Carcere Academico armata manu adductis, satis magna labefactione Scholae et privilegiorum (de quibus tamen alioquin iam dudum fama sparsa fuisset, ea penes Academiam non detineri, sed in munitione Zigenhainensi reposita esse). Quam ob rem petunt, ut Universitas in eo, quem semel suscepisset, patrocinii et defensionis legitimo modo pergeret; Illustrissimum Principem de hac re certiores faceret, melius eius Celsitud. informaret, quandoquidem et sibi ipsis hanc gravissimam Principis optimi indignationem, ex mala informatione subortam, esse perniciosam: se nisi hac gravi nubecula offenderentur, alioquin satisfacturos officio suo, obedientiam Magistratui Academico praestituros, omniaque quae a Fol.117.b. bonis fieri aequum est facturos. Ad singula illa redire iussis respondet Dn. Vicecancellarius: insignem gratiam Illustriss. Principis erga hanc suam Academiam depraedicat, rationes gravissimi doloris exponit, quem ob hanc hactenus gestam tragoediam merito conceperint Rector et Professores; proptereaque quibus curis et laboribus hanc ipsam moderari, levare et in optimum statum transmutare allaborarint, etiam Deo in testimonium vocato singulorum conscientias abunde loqui et testari. Animatos nos esse erga singulos Studiosos tanquam parentes erga liberos. Et quia haec ipsa homicidii actio sit criminalis, captivique Studiosi ipsius Celsitud. stipendio hactenus usi fuissent, nostrum non fuisse, nec iam esse, ut huic Principis Illustriss. voluntati nos opponeremus. Potuisse

feri, ut id quidem ex non admodum iusta informatione actum esset; sed quia Princeps Illustriss. in sua sententia perstitisset hactenus, nihil de eadem remittens etiamsi ex nostro Ordine quidam missi essent, eo minus nos contra niti deceret. Visitationem Academicam eum in finem esse institutam, ut quae Academiae inutilia vel etiam non necessaria accidissent, illa in meliorem statum reductis omnibus tollerentur: nos itaque omnibus modis operam duros, ut et haec ipsa in posterum ea ratione non tractarentur. De Academiae Privilegiis rumorem sparsum esse falsissimum, imo posse eadem hac ipsa hora salva et integra commonstrari. Hortamur itaque, repetitis defensionis iustae affectionisque paternae erga ipsos legibus, Studiosos, ut acquiescant, officio suo defungantur, et Orationem D. Kirchneri audiant.

Fol.118.a. Studiosi delecti agunt gratias, et quia caeteri omnes omnium Facultatum Studiosi in Collegio Lani una congregati erant, tantum sibi concedi petunt, ut quae ipsi modo a D. Professoribus audivissent ad multitudinem referrent. Reversi paulo post solenniter omnium Studiosorum congregatorum nomine (exceptis Hassis, quos consiliis suis interesse nolebant) agunt gratias pro cura et paterna sollicitudine, esse se paratos Magistratui scholastico obedientiam praestare, rogare tamen se ut haec causa maturo consilio deliberetur: libellus supplicis Studiosorum oblatus ad Illustriss. Principem mittatur: nolle enim se vel Lectiones audire, vel ulli Actui publico adesse, priusquam ab Illustriss. Principe responsum melius et gratius accepissent, captivique Studiosi vel plane dimissi aut Academiae postliminio restituti fuissent. Denique de Privilegiis se non dubitare quidem, rogare tamen ut primo quoque actu publico legantur. Respondet Dn. Vicecancellarius eorumque reverentiam erga Magistratum laudat, de caeteris punctis, quia iam hora ad audiendum D. Kirchnerum perorantem instaret, cras mane ab Academia responsum ipsos accepturos significat: addit tamen non decere ipsos pendente declaratione nullas Lectiones audire velle. De Privilegiis futurum quod ipsa necessitas et occasio efflagitaturae sint: imo ipsa forsitan etiam crastino die commonstrari posse etc. Dimissis Studiosis Dn. Kirchnerus Orationem suam in Auditorio maiori in magna Auditorum frequentia habet, quam et ipsi Studiosi accurate audivere, et eo die nihil amplius actum est, nisi quod cum Consiliariis hac re communicata, quid verendum quid expectandum sit apposite ostensum fuerit.

Fol.118.b. Quarta die Decembris Senatu Academico denuo ad Consistorium convocato Studiosi redeunt. Interim vero Consilarii ex arce duos captivos Studiosos Seuringum et Avemannum in Dicasterium ad se vocatos dimittunt, et nomine Principis relegant, hac tamen adiecta cautela, ne illi eliminent hoc ipsum, sed per aliquot dies adhuc in urbe commorantes tandem quorsum vellent abeant. In Senatu vero praesentibus Studiosis Privilegia Academica ab Illustriss. Imperatore Carolo V. clementer concessa manu propria et sigillo munita legenda videnda exhibentur, et ad caeteros praecedente die ab ipsis propositos Articulos a Dn. Vicecancellario respondetur: | Esse nempe iam dimissos Studiosos captivos, proptereaque minus opus esse nobis videri, ut de ea[sic] melius informandum Illustriss. Principem existimemus. Quae vero caetera concernant, esse iam

conclamatum, ipsius Celsitud. primo quoque die huc feliciter venturam, ubi sane omnia melius coram quam per literas agi possent: se itaque ipsos adhortari dicebat D. Vicecancellarius nomine Academiae, ut si quid sinisterius Studiosi accepissent ex animo deponant, dolorem nostrum alioquin gravem non augeant, quiescant, arma deponant, ne qua inde maior calumnia exoriri possit. Facta quidem infecta fieri nequire, sed emendari in posterum posse. Nos vicissim promittere quantum in nobis defensionem, amorem, curam, modo et ipsi obedientiam, modestiam et probitatem nobis praestent. Atque ita consopiti animi Studiosorum nihil amplius attentarunt: resque periculosa admodum et valde exitiosa Academiae (secus quam nonnulli sentiebant, qui malevolentia, nescio qua, adversus Academiam, quam saepius per contumeliam parvum Baronatum antea appellarent, flagrabant) DEI PROVIDENTIA et GRATIA exitum sortita est optatum et felicem. Nec non huius actionis saepius subpuduit eos ipsos, qui severius et forsitan iniquius omnia gerentes praeter expectationem suam voto suo ceciderant. O Deus! O talem a nobis avertito Pestem.

VIII.

Fol.119.a. Propter Academiae bona propria a Darmstadinis in tribus praefecturis Grunbergensi, Alsfeldensi et Giessensi detenta Fiscus et res Academicae angustia quadam laborare coeperant. Consilio itaque ea de re habito et consentiente Illustriss. Principe nostro annua pensio 35. Imperialium Vallensium, quas quotannis Academia a Iohanne Magno Consiliario Casselano propter moletriam prope Kirchhainam, Die Reymhül ipsi pro 700 Vallensibus divenditam, hactenus acceperat, viro Clarissimo Dn. Iohanni Wolffio Med. D. et professori primario, pro eadem summa 700 Vallens. cessit, eaque pecunia in usum Academiae conversa est. Ab honorata vero foemina, Dn. Iohan. Heintzenbergeri, olim Hassiae Cancellarii, vidua Catharina mutui accepti sunt 2000 Floreni Hassiaci. In huius pecuniae numeratione sortes seu monetae grandiores expositae sunt pretio eo quo vulgariter aestimabantur, reductione inde facta ad nummum novenarium. Sed cum pensio annua 100 floren. et praeterea tota summa reddenda exolvendae essent grandioribus monetis secundum ordinationem Camerae Principalis, eaque res damnum non leve allatura videretur Fisco Academico, in Senatu conclusum est, ut elapso uno atque altero anno denuo haec summa redderetur, posterique nostri nihil haberent de quo conqueri possent.

IX.

Volente ita et clementer decernente Illustriss. nostro Principe, Reverendus et Clariss. vir Dn. Gregorius Schönfeld S. S. Theologiae D. et Ecclesiarum Hassiae Inferioris Superintendens Academiae per integrum annum et amplius operam suam docendo et disputando fideliter praestiterat. Cum itaque primaria Professio Theologica vacaret ac nostro Principi visum fuisset, illam Professionem D. D. Schönfeldio commendari, eius Celsitudo mandavit, ut ad eandem Professionem vocaremus. Id quod factum est extremo mense Decembri. Reversus itaque Cassellis Dn. D. Schönfeldius ante Calend. Ianuarii

insequentis anni eodem die iuramentum professorium in Senatu praestitit, et in Rectorem Academicum electus est.

X.

Promotiones hoc anno celebres habitae sunt die 19. Martii in Theologia Reverendorum et Clariss. virorum Dn. Casparis Sturmii Stipendiariorum Ephori, et Dn. Raphaelis Eglini|
Fol.119.b. Iconii Tigurini, utriusque Professoris Theologi: conferente rite gradum et insignia Reverendo et Clariss. viro Dn. Gregorio Schönfeldio S. S. Theologiae D. et Professore ac per inferiorem Hassiam superattendente: In Medicina vero eodem actu Clarissimi ac Doctiss. viri Dn. M. Hermannii Fabritii Westphali: infulam Doctoralem imponente Cl. viro, Dn. Paulo Cellario Med. D. et Professore.

XXIII. Iulii, Decem Baccalaurei a Cl. viro Dn. Theodoro Vietore, Graecarum literarum Professore et Paedagogiarcha publice coronati sunt.

Iohan. Hartmannus, Philosophiae et Med. D. et Mathematicum Professor scripsit et sst. mppria.

(1608.)

Fol.120.a. ANNO CHRISTI SERVA|TORIS NOSTRI SUPRA MILLESI|num sexcentesimo octavo, Kalendis Ian. consentientibus Dn. Professorum votis ac suffragiis Academiae Marp. Rector electus et publice renunciatus est GREGORIUS SCHONFELD, S. Theolog. D. et Profess. primar.

Sub cuius Magistratu in album Universitatis relati sunt.

Illustrissimi ac potentissimi Principis ac Dni, Dni Mauritii Hassiae Landgravii etc. Dni ac Nutritoris Academiae huius benignissimi, filii duo:

MAURITIUS IUNIOR HASSIAE LANDGRAV etc.

GUILIELMUS HASSIAE LANDGRAVIUS etc.

Crato Seilerus Wolffhagiensis Illustrissimorum et generosissimorum Principum Praeceptor.

Iohannes Turnovius Polonus. Nobilis et S. th. Candidatus. Cal. Ianuar.

Iohannes Brichittus Danus.

Burchardus Rhuth Danus. } 15. Ianuarii.

Vincentius Stenonis Danus. }

Dilmarus Klepping Tremoniensis. 30. Ianuarii.

Iohannes Reuschnerus Hirshfeldensis. 3. Februarii.

Gregorius Farkas Varadinus.

Stephanus Dorman Debrecinus. }

Michael Lanci Zepiensis. } 27. Febru. Vngari.

Michael Pastoris.

Iohannes Dayka.

	Iohannes Weberus Cassellanus.	5. Februarii.	
	Iohannes Henklerus Solitariensis in Comitatu Hanov.	4. Martii.	
	Iohannes Sturmius Kötinus.		
	Christianus ab Erfa	} Nobiles Lunebergenses.	} eod.
	Iohannes a Borstel		
	Fridericus Hammelius Servestanus.	Martii	8.
Fol.120.b.	Andreas Widmarius Bremensis.		10.
	Iohannes Henricus Heltius Hachenburgensis.		13.
	Iohannes Breuswerck Basiliensis.		22.
	Iacobus Salerus Binshemensis Marchicus.		eod.
	Christophorus Burckhardus Basiliensis.		23.
	Theodorus Salmuth Dresdensis.		24.
	Hieronymus de Zychlin Zychlinsky Nobilis Polonus.		25.
	Georgius Achenbach Lasphensis.	Aprilis	1.
	Henricus Hotzfelt Dillenburgensis.		11.
	Bohuslaus Iaphet Czestiniensis Bohemus.		eod.
	Iohannes Chodniczius Fulnecensis Moravus.		eod.
	Zacharias Weysius Moravo-Trebicensis.		eod.
	Iohannes Ioram Tusteno-Moravus.		eod.
	Rhenerus Wolffius Bremensis.		12.
	Valentinus Beza Hersfeldensis.		13.
	Iohannes Molitor Hersfeldensis.		eod.
	Wilhelmus Balduinus Dusbürgensis.		eod.
	Iohannes Theodorus Clevensis.		
	Daniel Battersonius Dantiscanus Borussus.		
	Iohannes Uchtmann Bremensis.		
	Dethmarus Bredelo Bremensis.		
	Gerhardus Shinius Cattohumbergensis.		
	Andreas Osius Reichenbacensis.		14.
	Iodocus Bröten Korbacensis.		eod.
	Iohannes Quastius Geismariensis.		
	Iohannes Scherfius Hofgeismariensis.		16.
	Simon Rosbach Spangenbergensis.		
	Iohannes Enzelius Oberneusensis.		
	Petrus Stuckradius Rotenburgensis.		17.
	Adolphus Bruchusius Vesaliensis.		18.
	Henricus Schutz Weissenfelsensis Misnicus.		
	Iacobus Hofmannus Herbornensis.		
	Philippus Vilmarus Immenhusanus.		
	Seriacus Kellerhoff Rutensis Westphal.		

Fol.121.b.

Godefridus Zepperus Dillenbergensis Nassov.	Aprilis	18.
Iohannes Caspar Schlechtius Meisenhemensis Bipontinus.		23.
Alexander Pfluger Treisanus.		26.
Iohannes Gualterus Sprotaviensis Silesius.		29.
Casparus Sternberger Wolfingerodanus Thuringus.		
Iustus Scotus Wolfhagiensis Hassus.		
Paulus Heupt Wolfhagiensis Hassus.		
Iustus Kipius Hamelensis Saxo.		
Conradus Binthenius Dithmariensis Lipp.	Maii	4.
Iohannes de Wipper Lemgoviensis.		eod.
Bartholdus a Plettenberg Livonus.		
Iohannes Lunusloth Sumbornensis.		
Iodocus Ramecherus Coloniensis.	} fratres Primarii et Senioris } Ecclesiae belgicae, q. e. Coloniae.	
Abrahamus Ramecherus Coloniensis.		
Theodorus Langius Bremensis.		
Georgius Schubarth Lignizensis Silesius.		
Antonius Kruperus Lippiensis.		10.
Conradus Neubecker Lemgoviensis*).		
Antonius Koch Lichtenaviensis.		14.
Iohannes David Haseman Neustadiensis.		
Martinus Mylius Gorlicensis Silesius.		19.
Iohannes Henrich Tornerus	} Ibanenses fratres.	20.
Georgius Tornerus		
Iohannes Caspari Lavatherus Tigurinus.		
Wilhelmus Mauritius Taurerus Cassellanus.		
Sigismundus a Warensdorff Silesius.		
Ionas Kummelius Cassellanus.		29.
Henricus a Blumendorff Geldrus.		
Iohannes a Brickholt Orientalis Frisius.		
Wilhelmus Felbreck Montanus	} fratres.	
Winandus Felbreck Montanus		
Abrahamus Laurentius Grumbergensis Silesius.	Iunii	6.
Iohannes Conradus Schefferus Leinensis Solmicus.		
Iohannes Fridericus Wilnerus Gelhusanus.		15.
Cornelius Gotzius Cassellanus.		18.
Philippus Hadstenius Hannoviensis.	Iulii	4.
Iohannes Krosselius Niedenstenensis.		7.

*) *Hoc nomen deletum est.*

	Wenceslaus Hersan ab Haraszowa	Equites Bohemi	Iulii 8.
	Georgius Hersan ab Haraszowa	fratres.	
	Albertus Didymus Moloricensis	Bohemus, Praeceptor.	
	Petrus Kranowesky	Bohemus, famulus.	
	Michael Treuderus	Morsensis.	13.
	Philippus Binckelius	Diezensis.	14.
	Iohannes Erici	Suecus.	20.
	Beniamin Sturkius	Mulhusinus.	eod.
	Iohannes Kumsthovius	Westphalus.	21.
	Christophorus Burmeisterus	Lubecensis*).	eod.
	Ioachimus Reidus	Hersfeldensis.	
Fol.121.b.	Iohannes Tullius Burgentreichensis	ex dioecesi Warp.	
	Schonberus Spiegel	zum Desenbergk.	
	Iohannes Fridericus Spiegell	zum Desenbergk.	
	Ioachimus Menzelius	Fresludiensis Silesius.	
	Thomas Faber	Trachaviensis Bohemus.	Augusti 23.
	Samuel Adamus a Vileslavina	Pragensis.	25.
	Iohannes Leonhardus a Nivenperg	Pragensis.	
	Otto Botger	Falcoburgensis Marchicus.	
	Stephanus Siderius Sixsca	} Ungari.	Septemb. 4.
	Petrus Bessermeni		
	Meinhardus Waldek	Argentoratensis.	
	Hermannus Blöcher	Pomeranus.	
	Iohannes Hammelius	Servestanus Anhaltinus.	
	Petrus Eberhardus Buschlerus	Marpurgensis.	5.
	Sigfridus Happelius	Marpurgensis.	
	Iohannes Petrus Ortius	Marpurgensis.	
	Henricus Camerarius	Butzbacensis.	
	Christophorus Gravius	Witzenhusanus.	
	Iohannes Christianus Vietor	Cassellanus.	
	Wendelinus Wunderlich	Marpurgensis.	
	Iohannes Wenderodius	Hombergensis.	
	Rupertus Beisenhirz	Marpurgensis.	
	Augustinus Muffectus	Immenhusanus.	
	Nicolaus Wesselius	Muschenhemensis Wetteravius.	
	Iustus Bamfius	Grebensteinensis.	
	Iustus Molitor	Weitershusanus.	
	Cunradus Stulmannus	Rosenthalensis Hassus.	

*) Hoc nomen deletum est.

	Henricus Rimschneider Marpurgensis.	Septemb. 5.
	Philippus Casparus Weingarth Braubacensis.	
	Zucharius [sic] Andreas Cassellanus.	
	Iohannes Lotzius Marpurgensis.	
	Henricus Kalckhovius Hombergensis.	6.
	Daniel Rümplerus Sprottaviensis Silesius.	13.
	Nicolaus Frese Frisius.	14.
	Wilhelmus Witfelt Monasteriensis.	
	Iohannes Heilius Essenheimensis Wetteravius.	15.
	Georgius Rudolffius a Troth Misnicus.	25.
	Franciscus a Troth Misnicus.	
Fol.122.a.	Iohannes Melchior a Grisheim Thuringus.	Sept. 25.
	Franciscus Treierus Bremensis.	
	Wolfgangus von Brandenstein Misnensis.	27.
	Christophorus Kegelius } Goslarienses.	
	Fridericus Kegelius }	
	Georgius Schimmelphehnig Echweg.	
	Henricus Schutzius Misnensis.	
	Betkenius Betken Bremensis.	
	Generosi { Alexander } Narussenvicii fratres Litvani.	
	{ Georgius }	
	Reinholdus Eggert Litvanus Praeceptor.	
	Iohannes Paprotzki Polonus.	
	Iohannes Ulmannus Silesius.	
	Christophorus Finck Porussus.	28.
	Albertus Finck Porussus.	
	Godefridus Heidfeldius Eberbachiensis Nassovicus.	29.
	Sigebado Cocceius Bremensis.	30.
	Iohannes Hädges Scotus.	Octob. 1.
	Wenceslaus Bersius Oderbergensis Silesius.	
	Petrus Zigotta de Slutzka Silesius.	
	Bernhardus Dionysius de Petrtzwaldski } Moravi. 4.	
	Bernhardus Slerbenski de Hitzisstiae }	
	Balthasar von Deberitz Marchicus.	
	Hermannus Ravenspergerus Siegenensis.	
	Andreas Rosa WaltCappellensis Hassus.	
	Martinus Heineman Fritzlariensis.	
	Iohannes Filiczki Scepusius Ungarus.	

Samuel Kizenck	} Milivienses.	Octob. 7.
Wenceslaus Lanka		
Przechius	} L. Barones ab Hoddiegova.	
Smilus		
Bohuslaus		
Adamus		
Georgius Grundman Silesius Brigensis.		
Iohannes Didericus Semler Norimbergensis.		13.
Chunradus Cronius Hymmensis Hassus.		14.
Henricus Ölrich Kaldensis.		
Erasmus Freyvogelius Osthoiviensis Palatinus.		
Christophorus Wlömen Walshusanus Hassus.		
Bernhardus Skrbenski de Hezisskie Mor.		
Franciscus Scharffius Hymmenanus.		16.
Georgius Opfermannus Hymm.		
Marcus Hervius Alzensis Palatinus.		18.
Iohannes Alberius Trendelburgensis Hass.		19.
Henricus Nicolai Geismariensis.		20.
Georgius Braunius Humburgensis Hassus.		
Petrus Sattinius Antverpiensis.		
Martinus Hago Eschwigiensis Hass.		26.
Gerhardus Zvihlius Bleidenstadensis Nass.		29.
Eckhardus Ulricus Cassellanus.		
Iustus Slorgaeus Gottingensis.		
Conradus Gotze zu Olenhusen.		Novemb. 7.
Iohannes Ludewig Mundensis.		
Iodocus Claweris Herbornensis.		
Tiburtius Casper Meiel Wormatiensis.		12.
Iohannes Coquus Tresensis.		
Iustinus Hafenbergius Vesaliensis.		23.
Iohannes Shimus Fuldensis.		
David Crato Marpurg.		
Iohannes Henricus Craftius Herborn.		18.
Wenceslaus Sandion Hradecen Bohemus.		20.
Wilhelmus Masebech Hamburgensis.		27.
Marcus Viccius Hamburgensis.		
Rudolphus Schivelbergius Vesaliensis.		30.
Gothardus Ketler zu Hoffstadt.		
Iohannes Berswort Tremoniensis.		Decemb. 12.

Fol.122.b.

Fol.122.a.

Iohannes Weedelmannus Westhoviensis.	Decemb. 13.
Georgius Iustus vom Stein Wismariensis.	24.
Henricus Weidenkopff Heidelb.	
Iohannes Henricus Eschelbron Alcianus.	
Iacobus Theodoricus Grumbergensis.	28.
Georgius Schutz Weissenfelsensis Misnicus.	30.
Arnoldus Dido a Debenbruck Frisius Orient.	31.
Zeno Henricus Rengers Gruninganus.	
Hermannus Löding Westphalus.	

Fol.123.a. Disciplinae porro paedagogicae hoc anno commissi et a Dn. Paedagogiarcha M. Theodoro Vietore Graecarum Literarum Professore adducti in album Acad. relati sunt.

Inscripti sunt duodequingenta, inter quos:

	Philippus Ludovicus von Ende Marpurgensis.
	Georgius Pitruza Przeronensis Moravus.
Fol.123.b.	Christophorus ab Enden Rotenbergensis.
	Iohannes Amandus
	Amandus
	} von Lintz Cassellani fratres.

ÆIOMNHMONEYTA

quae sub hoc Rectoratu contigerunt sequentes docent pagellae.

Status Academiae in hac annua gubernatione Dei Opt. Max. benignitate satis felix fuit et florens, epitasi superioris anni in laetam mutata catastrophem.

Illustrissimus et potentissimus princeps Mauritius etc. Dominus et evergeta noster clementissimus pristina sua clementia Academiam ita complexus est, ut eam non, quemadmodum quidam sub exitum superioris Anni moliebantur, imminutam, sed auctam, atque insigni munificentia in initio, fine totoque intermedio huius anni cursu prolixè declaratam simul experti.

Fol.124.a. Ad X. enim Ianuarii Ipsius Celsitudo per suum Vicecancellarium, Dn. Reinhardum Schefferum, Cassellis huc missum, suam Senatui Academico gratiam significat: strenam sexcentorum florenorum ad publica aedificia reparanda donat: tenuiora professorum stipendia auget: visitationis ad extremum elapsi anni institutae recessum, quem vocant, observantiam in Academiae archivo tradit asservandum.

Hanc tantam principis gratiam et munificentiam sequenti die publica oratione in Collegio ad Lanum praesente Amplissimo Dn. Scheffero, vicecancellario, totius Universitatis nomine praedicavit et gratias egit Hermannus Kirchnerus I. U. D. et Historiarum Professor ordinarius.

Nec modo per vicecancellarium, sed et ipse princeps cum universa aula sub initium Iunii huc veniens, et per reliquum totius anni tempus ac ultra hic manens, incredibilem

suum favorem, tum erga professores, tum erga studiosos adeo clementer coram declaravit, ut haud sciam an debuerit clementius.

In Academia publica disputationum ac declamationum exercitia iuxta visitationis articulos fervere: studiosi ex Europaeis oris pene omnibus, ut in superiori eorum inscriptione videre est, ita confluere coeperunt, ut dubitetur an coetus Academicus unquam frequentior fuerit et florentior. Tanta etiam inter studiosos fuit concordia et tranquillitas, ut, licet non sine omni prorsus querela fuerit, quod in hac naturae infirmitate et communi morum corruptela, proh dolor, plus quam barbarica, sperari haud potest, sine caede tamen et funere omni omnis hic abierit annus, multo etiam futurus tranquillior, nisi civium in studiosos importunitas intervenisset, et maleferiati cuiusdam Christophori Burmeisteri Lubecensis infelix in hanc Academiam adventus.

Nam XIII. Aprilis in nuptiis Philippi Rodingi Praefectus Vigilum collectis civibus Weidenhusanis centum in studiosos prope forum confabulantes impetum fecit et vulneravit non paucos: Rector igitur et Vicecancellarius, adiunctis Decanis, Dn. D. Eglino, D. Braun et D. Hartmanno, mane in consistorio conveniunt, factaque inquisitione accurata, studiosos praeter culpam a civibus tantum odii sui effundendi causa oppressos fuisse deprehendunt, Fol.124.b. ideoque concludunt, Dni Praesidis implorandum esse officium, ut | vigilum magister puniatur, et cives quo tandem haec in studiosos odia sint evasura, serio moneantur et moderatiores esse iubeantur: idque studiosis, ne quid sibi quietis periculi deinceps a civibus pertimescendum esse existiment, publica intimatione significandum esse: quod utrumque factum.

Cives enim magno numero in Dicasterium vocatos, ex mandato Dni Praesidis, graviter obiurgabat Amplissimus vir Dn. D. Andreas Christianus multis ostendens argumentis, quantam ipsi utilitatem ex Academia percipiant.

Cumque constet, quod tanti in studiosos odii causa nulla sit alia, quam purioris religionis nostrae tum confessione tum eucharistiae communione a studiosis testata comprobatio: tempus esse sciant, ut deposito religionis orthodoxae odio resipiscant, nec manifestae veritati resistant amplius, alias metuendum, ne continuato vocis divinae contemptu et in studiosos odio, non tantum his abalienatis suis se ipsi commoditatibus privent, sed et superioris tumultus peccatum prae foribus excubans reddant gravius, et iram poenamque Dei tandem accersant acerbiorem.

Magistro quoque Vigilum serio iniungebatur, ut studiosis pileos, pallia, aliaque in tumultu illo per vim civium ablata restitui curet et posthac prudentius agere discat: ni fecerit, fore ut officium illud propediem demandetur alteri.

Rector quoque ex communi Professorum decreto 16. Aprilis programmate ad valvas templi affixo significat, et sibi et politico etiam magistratui studiosorum incolumitatem et iustam defensionem curae esse quam maxime, easque iam initas esse rationes, quibus ab eiusmodi vi civium omnes tranquille viventes posthac facile possint esse tuti.

Fol.125.a. Ideoque deposita omni vindictae cupiditate suum quisque faciat officium, suo se contineat, nocturno praesertim tempore, museo, et vitam agat honestos studiosos decentem.

Hoc modo cito transiit haec nubecula, et serena iterum illuxit dies, et amica iucundaque Academiae facies.

Illustrior magisque memorabilis factus est hic annus illustrissimo Illustrissimae principis partu, quo antea nullo inde a iactis Academiae fundamentis exhilaratum est Marpurgum.

Ad 17. enim Octob. intra primam et secundam horam pomeridianam in arce Marp. Illustrissimo nostro principi nata est filiola ex secundo matrimonio secunda, quae in sacro Baptismate, quod in summo civitatis templo ministro Acad. Rectore 2. Novemb. peractum, de Illustrissimae Matris nomine dicta est Iuliana.

Ad hanc Baptismi solennitatem invitatis principibus et comitibus ordinumque Belgicorum Legatis convivium apparatu principali Illustrissimus parens faciebat: ad quod cum non modo Senatam Academicum clementer vocasset, sed et studiosis nobilioribus aditum permisisset, inter eos Christophorus Baurmeisterus Lubecensis, cuius supra meminimus, se ingerens et mensae principum appropinquans, nulla vel loci vel honestatis habitatione orbem argenteum furtim aufert. Et post dies paucos in minutas concisum particulas dividit. Quod cum praeter opinionem suam haud obscure passim innotuisse animadverteret, ipse ultro in arcem, cum rei argenteae praefecto de ablato orbe clanculum transacturus, ascendit et suo se inditio quasi sorex prodit. In arce igitur detinetur et in carcerem, qui est in turri prope portam, per quam ex civitate itur in arcem, coniectus, effractis in fenestra cancellis ferreis erupit et evasit. Studiosi tantum scelus commissum in principem tam effuse clementem indigne ferre: dolorem suum scripto testari: Rectorem rogare, det operam, ut nebulone isto ex Academia excluso et nomine ipsius ex albo studiosorum deleta aspersa eluatur macula, et principis in reliquum studiosorum coetum innocentem conservetur clementia.

Rector igitur, quod ex Senatus Academici decreto alias facturus erat, maleferiatum istum Baurmeisterum, qui inde ab infelici suo in Academiam adventu boni nihil, mali vero plurimum egerat, nec ullis professorum admonitionibus nec carceris poena se emendari passus erat, publico programmate ex Academia 20. Novemb. excludit, nomine ipsius ex Albo Universitatis deleta: supplices simul ad Illustrissimum Principem dat literas, rogans, ut suam clementiam erga totum corpus Academicum ob unius improbitatem haud patiatur diminutam. Princeps nihil eiusmodi pertimescendum esse rescripto testatur, et pristinam suam erga Academiae professores ac studiosos gratiam prolixè pollicetur, quam etiam gratiose semper praestitit et exeunte hoc anno munificentissime declaravit.

In numerum Professorum philosophicae facultatis praestito prius Iuramento professorio 24. April. cooptatus est Rodolphus Goclenius Medicinae Doctor.

Claruit etiam hic annus sex celebrioribus omnium facultatum promotionibus: in quarum Ia. 7. Ianuarii Clarissimus et Excellentissimus Vir Dn. M. Rodolphus Goclenius philosophiae professor primarius philosophici Magisterii titulo ac insignibus ornavit 20 egregie doctos Adolescentes.

2. 8. Martii Doctorales in theologia honores consecutus est Reverendus et Nobilissimus

- Fol.126.a. vir Dn. Iohannes Turnovius Polonus, Antistes Lobsanensis, orthodoxarum ecclesiarum in maiore Polonia consenior, Poeta Laureatus, promotore ipso Rectore.
3. 25. Iunii solenni et celebri promotionis actu duos insignes et praestantissimos viros Iuris Candidatos Dn. Franciscum Klein Syndicum liberae civitatis Imperialis Goslariae, et Dn. Davidem Grunovium Wismariensem I. V. Doctores renunciavit clarissimus et consultissimus vir Dn. Christophorus Deichmannus I. V. D. et Pandectarum Professor celeberrimus. Eodem die Dn. D. Franciscus Klein, peracta festivitate doctorali sacrum quoque nuptiale cum clarissimi et consultissimi viri Dn. D. Iohannis Goddae filia publice celebravit: utramque hanc festivitatem solenniorem augustioremque reddidit Illustrissimus noster princeps, qui utrique una cum Consiliariis aliisque ministris aulicis interfuit.
4. 1. Sept. Iurisprudentiae honores ac insignia doctoralia duobus probatae eruditionis vitaeque viris Remberto Hornemanno Hildesheimensi Saxoni et Ioanni Mejero Stetinensi Pomerano manu clarissimi et consultissimi viri Dn. Antonii Matthaei I. U. D. atque Institutionum Imperialium professoris ord. collata sunt.
5. 1. Decemb. Duae promotiones Doctorales coniunctim celebratae sunt: una Iuridica, altera Medica. In Iure quidem insignia atque ornamenta Doctorum duo praestantissimi viri, Dn. Henricus Antrechtus Cassellanus et Dn. Iohannes Pistorius Swerdensis Westphalus; Licentiatus autem honorem insignis vir Dn. Albertus ab Eitzen Hamburgensis consecuti sunt, omnem illam rem moderante et peragente clarissimo et consultissimo viro Dn. Iohanne Goddaeo I. U. D. et professore ord. In Medicina Dn. Henricus a Drupwick Hammonensis Westphalus et Dn. M. Ieremias Moltherus Grunbergensis, Reverendi et clarissimi viri Dn. Iohannis Moltheri Th. D. et in hac Acad. profess. collegae nostri honorandi filius, doctorae gradum acceperunt diribitore clarissimo viro Dn. Nicolao Braun Dr. et Professore Medico.
6. 15. Decembris Philosophiae Magistros XI egregie doctos iuvenes creavit clarissimus vir Dn. M. Georgius Cruciger Logices Professor Ordinarius.
- Tanta denique toto hoc anno coelitus data fuit aëris salubritas et totius corporis Academici sanitas, ut ne ullum illius membrum in tanta frequentia tamque longo temporis anni spatio morte fuerit ablatum.
- Tibi, o DEVS, sit laus et gratiarum actio; a tua manu bona illa profecta sunt omnia; confirma super nos misericordiam tuam et scholae nostrae statum porro iube esse florentem atque felicem ad divini nominis tui gloriam et ecclesiae salutem. Amen.
- Gregorius Schönfeldt
- S. Th. D. et P. P.
- Fol.127. vac.
- Fol.128.a. ANNO A NATO IESV Christo Servatore nostro unico, millesimo sexcentesimo nono, Illustriss. nostro principe Domino Mauritio Hessiae Landgravio etc. clementissime annuente, Celsitudinis ipsius filius secundogenitus generosissimus princeps Dn. MAURITIUS Hessiae Landgravius etc. concordibus omnium ac singulorum professorum votis et suffragiis ipsis

Calend. Ianuarii Academiae Marpurgensis RECTOR electus est, adiuncto Hermanno Vulteo I. C. qui Celsitudinis ipsius vices gereret. Sub hoc magistratu in hoc album sunt relata, quae sequuntur

NOMINA STUDIOSORUM.

Philippus Valentinus Beutherus Braunfelsensis.	Ianuar. 4.
Ioannes Hyperius Moscovius Moscovita.	10.
Marcellus Vrancheim Zutphaniensis Geldrus.	17.
Antonius Rulmannus Nemausensis Gallus.	23.
Casparus Mellentin Pomeranus eques.	30.
Ioannes Gorrian Sigenensis Nassovius.	Februar. 9.
Georgius von Carlewitz nobilis Saxo.	11.
Christianus von Starschedel in Rhedern et Gotha.	13.
Fridericus von Starschedel in Rhedern et Gotha.	
Wilhelmus de Brinck Tremonianus Westphalus.	Martii 18.
Ericus Steding Bremensis Saxo.	21.
Antonius Herren Wartbergensis Westphalus.	25.
Hermannus Wittkopf Freckenhorstensis Westph.	April. 1.
Valentinus Langius Bremensis Saxo.	8.
Christophorus Beccius Ambergensis Palatinus.	10.
Fridericus Salmuth Dresdensis Misnicus.	
Ioannes-Bartholomaeus Römer Dillensis Palatinus*).	
Ioannes-Henricus Cellarius Oppenheimensis Palatinus.	
Ioannes-Chunradus Felsem Alceanus Palatinus.	11.
Christophorus Andreae Heidelbergensis Palatinus.	
Ioannes-Bartholomaeus Brechtel Neostadiensis Palatinus.	
Philippus Geiger Heidelbergensis Palatinus.	12.
Wilhelmus van der Burch Delphthensis Hollandus.	20.
Christianus a Rammin Pomeranus.	
Matthias-Fridericus a Rammin Pomeranus.	
Stephanus Laskay Wizkelekensis Vngarus.	
Ioannes-Georgius Gödelmannus Spirensis.	21.
Fridericus Gödelmannus Spirensis.	
Casparus Rittershusius van der Fuhr Montensis.	22.
Henricus Thanaeus Hervordiensis Westphalus.	25.
Iosephus Io[?]**) Piper Wormatiensis Vangio.	26.
Henricus Hoffmann Ienensis Thuringus.	27.
Chunradus Deichman Hervordiensis Westphalus.	

*) Hoc nomen deletum et in margine adscriptum est: vide annum 1610.

**) Hi literarum ductus quid significant non apparet.

Cyriacus Charbo Hersfeldensis Hesus.	April. 27.
Sebastianus Bandecc Stadensis Saxo.	28.
Philippus-Theophilus von Rehe Lichensis.	
Ioannes Munckerus Sigenensis Nassovius.	29.
Henricus Pithan Sigenensis Nassovius.	
Henricus Geis Sigenensis Nassovius.	
Franciscus Kruwel Hervordiensis Westphalus.	Maii 2.
Christianus Grothe Monasteriensis Westphalus.	
Georgius Langius Allendorphensis ad Werrham Hesus.	4.
Hermannus Strackius Cassellanus Hesus.	
Philippus Koellerus Cassellanus Hesus.	
Wolfgangus Crellius Bremensis Saxo.	6.
Petrus Heubachius Palatinus.	
Ioannes Aveman Cassellanus Hesus.	
Henricus Figulus Zierenbergensis Hesus.	8.
Andreas Sagebart Francofurtensis ad Moenum.	9.
Henricus Stubenrauch Cassellanus Hesus.	
Zacharias Riemenschneider Göttingensis Brunsvigius.	10.
Ioannes Fetzingus Göttingensis Brunsvigius.	
Arnoldus Steubesandt Grebensteinensis Hesus.	12.
Ioannes-Maximilianus Keller Francofurtensis ad Moenum.	
Adamus Rubenkönig Hombergensis Hesus.	15.
Samuel Finckius Fuldensis.	16.
Henricus ab Haren Paderbornensis Westphalus.	17.
Hermannus Volckhausen Lemgoviensis Westphalus.	19.
Henricus Geise Borckensis Hesus.	20.
Ambrosius Breidenbach Zierenbergensis Hesus.	22.
Engelbertus Brandt Budingensis Ysenburgicus.	
Iustus Kuchenbecker Wolffhagensis Hesus.	23.
Georgius Friggenius Hovegeismariensis Hesus.	
Martinus Schultes Stendaliensis Marchicus.	
Casparus Schönaich Breithainiensis Silesius.	
Georgius Weirauch Vratislaviensis Silesius.	
Abrahamus Scultetus Grunbergensis Silesius.	30.
Abrahamus Hirsborn Swibolensis Silesius.	
Samuel Hirsborn Swibolensis Silesius.	
Christianus Geisel Allendorphensis Hesus.	
Christophorus Sleizer Coloniensis ad Spream Marchiacus.	Iunii 8.
Nicolaus a Nostitz Silesius.	

Valentinus Hessus Burgensis Saxo.	Iunii 8.
Wilhelmus Kettler Dominus in Assen et Schulenburg.	9.
Gerardus Stenius Schuttorphiensis Westphalus.	
Gerardus Allerding Monasteriensis Westphalus.	
Ioannes a Schönaich et Parchwitz heres in Carlat.	
Sebastianus a Schwartz in Schlon.	
Christophorus ab Huberg in Bernow.	
Iacobus Puchnerus Neomarchicus.	
Wolfgangus Adamus a Klingelbach Cattimelibocensis.	
Nicolaus Carolus Eques Lotharingus.	
Henricus Vlrich Burensis Westphalus.	15.
Iodocus Freitag nobilis Westphalus.	16.
Wilhelmus Herbordus Morrien nobilis Westphalus.	21.
Ioannes-Iacobus Guggerus Basiliensis Helvetius.	
Ioannes Keuchenius Vesaliensis Clivius.	22.
Nicolaus Teichman Allendorphensis ad Werrham Hessus.	
Wigandus a Gersdorff Eques Silesius.	
Wilhelmus Stöverus Dillebergensis Nassovius.	28.
Ioannes-Hilmarus Spiegel in Pickelsen.	Iulii 1.
Ioannes Frisius Hammelensis Brunsuigius.	3.
Burchardus Bock Hammelensis Brunsuigius.	
Gulielmus Strasburger Lipsensis Misnicus.	5.
Henricus Grothe Lemgoviensis Lippiacus.	7.
Theodorus Inckenack Burensis Westphalus.	14.
Augustus Heidenreich Dresdensis Misnicus.	
Burchardus Iringius Allendorphensis ad Werrham Hessus.	16.
Godfridus Schevenius Lippiensis Westphalus.	
Ioannes Austriacus, qui obiit 22. Martii anni sequentis.	22.
Henricus Riemenschneider Medebacensis Westphalus.	28.
Ioannes Orshnowsky a Fyrstenfeld Boemus.	Augusti 1.
Ioannes a Genstein Boemus.	
Wenceslaus-Dionysius Hummelius a Rupersdorff Boemus.	
Ioannes Banngart Schleiderensis.	8.
Ioannes Smil a Michalowitz Eques Boemus.	14.
Bernardus a Mallingrodt nobilis Westphalus.	Septemb. 1.
Ioannes-David Fischer Trepurdiensis.	
Christophorus zum Lamb Spirensis.	Octob. 9.
Adolphus Adinell Wormatiensis Vangio.	14.
Ioannes Rhenanus Cassellanus Hessus.	15.

Fol.129.b.

Bertramus a Lahr Hervordiensis Westphalus.	Octob. 26.
Samuel Rumplerus Sprottaviensis Silesius.	27.
Elardus a Rheden Bremensis Saxo.	30.
Ioannes-Casparus Stro Ottvillanus Nassovius*).	31.
Iacobus Erasmus Coagiensis Danus.	Novembr. 3.
Crato Volcmarus Hersfeldiensis Hesus.	4.
Bernardus Mercator Zierenbergensis Hesus.	5.
Iosua Weiffenbach Breunensis Hesus.	
Iacobus Spina Münstrensis Wiedtanus.	7.
Alardus Catterbach Bremensis Saxo.	
M. Ivarus Stubbaeus Hebraicae linguae professor Haffniae.	
Paulus Bruno Neomonasteriensis Holsatus.	8.
Raphael Cnosius Dantiscanus Borussus.	10.
Wernerus Bottius Heunfeldensis Fuldanus.	11.
Ioannes Appelius Assenheimensis.	19.
Ludovicus Olevianus Theologi filius Medicinae Doctor.	21.
Ioannes-Casimirus Ehemius Palatinus.	Decembr. 6.
Henricus Noltingius Vslariensis Brunsvigius.	15.
Ioannes-Bernhardus a Kunowitz Liber Baro, Dominus in Ostra etc. Moravus.	26.
Ioannes Hoffmeister Berlinensis Marchiacus.	
Casparus Bernardi Marpurgensis Hesus.	28.
Ioannes-Christophorus Vulteius	} ProRectoris filii.**)
Ioannes Vulteius Marpurgensis	

Hoc anno in Paedagogiam[sic] a M. Theodoro Vietore Paedagogiarcha recepti sunt.

Inscripti sunt quinquaginta et unus, inter quos:

Christophorus Fridericus Keudel in Schwebda.

Henricus Keudel in Schwebda.

Fol.130.a.

Adamus Bernardus a Dalwig in Liechtenfels.

Fol.130.b.

Calendis Ianuariis huius anni Illustrissimus princeps novo vestitus genere omnes ac singulos professores insignivit, quo posthac uterentur, donata cuique toga et tiara.

X. Ianuarii ipsius Celsitudo, ut exploraret profectorem puerorum paedagogicorum, primae classis discipulis ipse Germanicum exercitium dictavit, quod ipso praesente ex tempore Latine redderent ipsique exhiberent. Ea exercitia collecta ipsius Celsitudo

*) *Hoc nomen deletum et in margine adscriptum est: Vide annum 1610.*

***) *Quorum alter natus erat a. 1602, alter a. 1605. Cf. Strieder XVI, tab. ad p. 348.*

XII. eiusdem mensis ProRectori tradidit, cum mandato ut in Archivum Academiae reponerentur in memoriam, quod etiam factum est.

Cum urbis cives plerique nimis quam pertinaces essent in accomodando sese ad capita religionis orthodoxae, Illustrissimus princeps pro insigni suo zelo, ne quid intactum relinqueret, quod ad Dei gloriam et subditorum suorum salutem promovendam ullo modo facere posset, salutari consilio constituit classes quatuor examinatorum, quarum singulae singulas urbis quartas examinarent, quarum classium primam tenuerunt Cancellarius D. Sigefridus Clotz, D. Gregorius Schönfeldt et Ioannes Petrus Gravius Senator; secundam D. Andreas Christiani, D. Caspar Sturmus et Dittrich Pfaff Senator; tertiam D. Christophorus Deichman, Superintendens M. Valentinus Schonerus et Burchardus Wurmserus Senator; quartam denique D. Ioannes Götdeus, D. Ioannes Molterus et Ericus Dexbach Senator. Non sine insigni fructu Acta apud Consistorium postea sunt deposita, ubi asservantur.

Hoc anno mense Martio obiit sine successione Ioannes Guilielmus dux Iuliacensis, non sine suspitione veneni. De professione terrarum illarum cum potissimum contenderent Elector Brandenburgicus et Palatinus Neoburgicus et utrinque Illustrissimi nostri principis consilium et auxilium imploraretur, ipsius Celsitudo utrique parti die Tremoniam Westphalorum indicta rem certis conditionibus praeter omnium expectationem ita transigit, ut pars utraque in communione terras istas possideret, quoad de causa ipsa iure disceptaretur, cui negotio Prorektor etiam a Celsitudine ipsius Tremoniam evocatus interfuit. Acta sunt omnia in fine mensis Maii.

Fol.131.a. Prope Nortshausen Academiae pagum in ipsius Academiae fundo et agro fons scaturire cepit aquas valde salubres, quibus omnis generis morbi sanati sunt. Quo factum est, | ut ingens illuc ex aliis etiam regionibus fieret concursus hominum partim spectandi partim valetudinis recuperandae causa, ingenti plerorumque commodo et solatio.

Funestus fuit hic annus valde non urbi tantum, sed ipsi etiam Academiae ex morbo dysenterico, a quo nec Prorektor ipse cum familia sua immunis esse potuit, morte ipsi abreptis filiis duobus, uno tum inter suos natu maximo Helmrico, et altero natu minimo Hermanno-Andrea, in supremo templo quiescentibus et adventum filii Dei in pace expectantibus. Praeter hos eodem morbi genere ex his terris excesserunt Ioannes a Glauburg patricius Francofurtensis, Lotharius Breuer Saynensis, Ioannes-Adolphus Pincier Lubeccensis, Wilhelmus Masebach Hamburgensis, Wilhelmus-Herbordus Morrien nobilis Westphalus, Henricus Geis Siegenensis, Ioannes Frisius Hammelensis, Christianus de Rammin nobilis Pomeranus et Quirinus Karstorff Isenacensis Thuringus, iurium Candidatus, studiosi omnes, neque constat uno anno ab origine Academiae prima hactenus plures studiosos diem suum hic obiisse.

His accessit sub finem Septembris Clarissimus vir D. Andreas Christiani Illustrissimi nostri Consiliarius, eodem morbi genere correptus et intra quindenam absumptus.

XXX. Martii Doctoratus in utroque iure gradum admiserunt egregii viri Dn. Christophorus Baleke Parcheimensis Megalopolitanus et Dn. Henricus Bruning Bremensis Saxo, promotore Clariss. Dn. Christophoro Deichmanno.

XXVIII. Augusti Reverendus vir Dn. D. Gregorius Schönfelt Doctorem Theologiae creavit et renunciavit Dn. Hermannum Ravenspergerum Sigenensem Nassovium: et Clariss. vir D. Antonius Matthaëus insignia Doctoralia in utroque iure contulit Dn. Christophoro Drachstedt Hallensi.

XXXI. eiusdem mensis Augusti Ioannes-Iacobus Guggerus Basiliensis Helvetius a Clariss. viro D. Iohan. Hartmanno*) in Doctorem Medicinae promotus est.

XV. Novembr. vir optimus Dn. Bernhardus Ohr Monasteriensis Westphalus infulam Doctoralem in utroque iure accepit.

Fol.131.b.
vac.

*) *Hoc nomen debetur ipsius Hartmanni manui, cum antea a Vultei manu scriptum fuerit Nicolao Braun.*

(1610.)

Fol.132.a. ANNO A CHRISTO NATO | Salvatore & Mediatore nostro MDCX | consentientibus votis & suffragiis Dominorum professorum, annuente etiam Illustrissimo & potentissimo principe ac Domino Domino Mauritio Hassiae Landgravio &c. principe nostro clementissimo, Celsitudinis ipsius filius Dominus Wilhelmus princeps Generosissimus Hassiae Landgravius &c. ipsis Calendis Ianuariis Academiae Marpurgensis Rector electus & publice renunciatus est: ProRector vero qui Celsitudinis ipsius vices gereret communi consensu designatus fuit Nicolaus Braun Marpurgensis Medicinae D. & professor ordinarius.

Catalogus Studiosorum qui hoc anno | nomina sua professi sunt.

Iohannes Pistor Kauffingens. Hass.	Ianuar.
Christophorus Pistor Kauffingens. Hass.	26.
Antonius Wolffius Spirensis .	Februar. 9.
Iohannes Bergmann Bilveldensis.	
Chunradus Crantzius Corbachensis.	18.
Iohannes Iacobus Mejel Oppenheimensis.	23.
Nobilis & Generos. Stephanus Strzela a Kokicz Bohemus.	Martii.
Iohannes Horatius Scheckticens. Boh.	
Ludovicus Ioachimus Schwertzell in Willungshaussen.	6.
Bernhardus Steinius Bremensis.	26.
Florianus Geierspekus a Griersbach.	
Silfridus Adalbertus Malovecius a Molovitz.	Bohemi.
Nicolaus Sslechta a Vssehrd.	
Ladislau Leonhardus a Nebenperck.	
Iohannes Apollo Horazdoviensis.	31.
Tiasso Tiassens Groninganus Frisius.	April. 1.
Michael Weirach Breslaviensis Sil.	
Michael Inder Gorlicius Lusatius.	
Wilhelmus Meienburgk Belga Davent.	
Adolphus Casparus Ledenbur Westph.	7.
Iohannes Sixtus ab Ottersdorff.	
Uratisslaus Sixtus ab Ottersdorff.	
Iohannes Wenceslaus Lithomierzicky a Gizbice.	Bohemi.
Henricus Georgius Mraz a Milesonka.	10.
Livius Theodoretus Scheldinga Frisius.	
Iohannes Scheldinga Fris.	
Hildericus Antonius a Farel.	

Fol.132.b.

	Wolfgangus Fridericus a Farel Franci.	
	Nicolaus Henricus Grammannus Culmbacens.	
	Olaus Iacobaeus Ottoniensis Danus.	
	Nicolaus Bretz Luthrensis Palat.	
	Iohannes Andraeas Mullenglas Kirchberg. Palatin.	12.
	Iohannes Andraeae Tausanus Ripensis Dan.	13.
Fol. 133.a.	Philippus Sengelius Dillenburg. Nassov.	15.
	Iohannes Hubertus Steinfurtensis.	18.
	Wolfgangus Michael Helvet. Bernens.	19.
	Henricus Kleinschmit Casselanus.	
	Casparus Bokolo Casselanus.	22.
	Helvicus Henckelius Felsbergensis.	23.
	Isaacus Morlot a Nomay Montb.	25.
	Iacobus Christophorus Heroldt Nordtstad.	
	Petrus Heroldt Nordstat.	
	Iohannes Vincentius Finckius Fuldensis.	26.
	Casparus Keidwerdius Clivo-Wesal.	27.
	Balthasar Moresius Fachensis.	28.
	Casparus Kreuter Butzbachens.	30.
	Chunradus Iacobi Eschwicensis.	Maii 1.
	Iohannes Otto Spey Rhenensis.	2.
	Iohannes Nordtwig Singlesianus.	
	Otto a Malspurk.	
	Christianus a Malspurk.	
	Thomas Dorn Seynensis.	4.
	Iohannes Hackmannus Langensis.	6.
	Iohannes Holtzius Casselanus.	8.
	Ieorgius [sic] Werneke Grebenstein.	
	Franciscus Hesse Grebenstein.	11.
	Grabriel [sic] Titus Bethaniens. Siles.	
	Abrahamus Wechnerus Sportaviens. Sil.	13.
	Nicolaus Gisekenius Alfeld. Saxo.	14.
	Bertholdus Straubius Crammens. Bruns.	16.
	Michael Purgolt Ohrdrufiens. Thuring.	22.
Fol. 133.b.	Iohannes Stuckius Hannoberanus Saxo.	Iunii 6.
	Nicolaus a Burckhaus & Stoltz Silesius.	
	Iohannes Hoffmann Wunschelburg. Silesius.	18.
	Petrus Hoffmann Grunbergensis Hass.	19.
	Hermannus Griphius Goarinus.	

	Hugo Arpeau Rotulensis Helvet.	22.
	Suatoslaus Iahodynsky Polonus.	
	Andreas Iahodynsky Polonus.	
	Daniel Breslerus Dantiscanus.	23.
	Gottfridus Schultz Ligius [?] Siles.	31.
	Iohannes Hochspeier Laubersh. Palatin.	Julii 2.
	Mathias Vechnerus Frauenstad. Sil.	
	Esaias Leschius Guranus Silesius.	11.
	Iohannes Hayto Tegyverneky.	
	Georgius Korocz Szepsi.	
	Paulus Benias Szepsi.	
	Daniel Pastoris Varsani. Vngari.	
	Iohannes Pastoris Chertvelyesi.	
	Emericus Kincses Thasnadinus Vngar.	22.
	Wolff Christoffell a Rauchhaupt Saxo.	25.
	David Eobaldus Sontranus.	30.
	Ieorgius Boetius Meldorffensis Dithmars.	August.
	Henricus Paschasius Lubeccens.	4.
	Theodorus Boticherus Ufeniens. Westphal.	6.
	Heriboldus ab Amelunxen.	
	Philippus Henricus Homagius Delitianus M.	26.
Fol.134.a.	Nicolaus a Bucholt Daventriensis.	Septemb. 6.
	Henricus Iohannis Frisius.	
	Mathias Viersen Frisius.	12.
	M. Ieorgius Brinckhoff Tremonianus.	
	Henricus von der Capeller Zutphaniens.	
	Iacobus Munniche Steinfurtensis.	
	Hermannus Munniche Steinfurt.	
	Iohannes Lemkerus Bentheimensis.	13.
	Marcus Chyczky	} Poloni.
	Severinus Boner	
	Iohannes Makovius*)	
	Iohannes Seceminides	
	Iohannes Rodolphus a Diesbach Helvetius.	14.
	Iohannes Martinensis Helvetius.	16.
	Antonius Weberus Itsteiniensis.	29.

*) *In margine additum est:* Mortuus est Franequerae Frisiorum Anno 164... [1644] postquam ibidem per annos ... Theologiae Doctor et professor fuisset.

Christophorus Bilitzer Neostad. Siles. Octob.
 Iohannes Philippus Raw Cruceno-Palat.
 Iohannes Reyll Breslaviens. Siles.
 Christophorus Barcholt Hamburgens. 1.
 Ieorgius Martinus Bickelheimensis. 9.
 Iohannes Lameyerus Dantiscanus Boruss. 10.
 Wernerus Eitelius a Wellenstein H. 12.
 Philippus Homburg a Fach. 17.
 Casparus Kruckius Rotenburgens. 28.
 Lucas Gornicki eques Polonus. 30.
 Engelhardus Figulus Zierenbergens. 31.
 Iohannes Schaffius Hartershusianus. Novemb. 1.
 Melchior Sigfridus Rhodensis Waldec.
 Lucas Fridericus ab Uthman Siles.
 Sebastianus Heldt Silesius. 2.
 Iohannes Corfius Schoneburgens. Senan. 3.
 Erasmus liber Baro a Starenburg Boh.
 Casparus liber Baro a Starenb. Bohemus.
 Paulus Fabritius Moravus.
 Carolus Randolff Styrus.
 Iohannes Wilhelmus Hack.
 Elias Crispus. 7.
 Iustus Rennerus Saxohusanus.
 Ditmarus Platt Corbachensis.
 Georgius Heisius Pickelhemensis.
 Iohannes Kurtzrock Allendorffensis. 13.
 Wilbrandus Forckenbeck Munsteriens. 14.
 Philippus Douplet Hollandus.
 Ebaldus Brantius Hollandus. 15.
 Chunradus Daniel Meckbach Fachens.
 Nicklass Meiss von Oubernsaull.
 Ioachimus Mollerus Lignizens. Siles. 27.
 Bernhardus ab Emdraut in Zerdting. [?] 30.
 Iohannes Heidenus Romrodens. Decemb. 12.
 Bernhardus Chunradi Rhenens Westp. 17.

Fol.134.b.

Fol.135.a. Nomina novitiorum qui hoc anno a Domino Paedagogiarcha M. Theodore Vietore Graec. literar. professore in paedagogium recepti & in album Acad. relati sunt.

Inscripti sunt quinquaginta septem inter quos:

Iohannes Sixtus ab Ottersdorff Pragens.	Ladislaus Leonhardus a Nagenperka Bohem.
Urislaus Sixtus ab Ottersdorff Pragens.	Otto a Malspurgk.
Iohannes Wenceslaus Lythomericky a Girbice Bohem.	Christianus a Malspurgk.
Henricus Georgius Mraz a Milessowka Bohem.	Iohannes a Tries Dreisensis.
Nicolaus Schlechta a Wssehrd Bohem.	Volpertus a Wallenstein H.
	Iohannes Iustus a Bellersheim.

Fol.136.a. Tertia die Januarii convocatio et deliberatio habita fuit de hac quaestione Daß der Rentmeister Petrus Deinhard von Herrn D. Hermanno Kirchnero accieß abgefördert von II ohm Weinß so er alß Decanus in promotione magistrorum verpeiffet. Ist beschloffen worden Diemeill vnser gnediger Fürst vnd Her L. Moritz Rectore Dn. Doctore Goddaeo sich gnedig erkleret die Herrn professores von accieß gantz vnd gar frey zu halten von allem Wein so sie in promotionibus wie auch in iren Behauffungen vndt vff iren vndt der Iren Hochzeiten, Kindtauffen etc. verpeiffen wurden, vnd solchs auch bißanhero also gehalten worden, daß man es nachmalß also darbei behalten solle biß so lang vnser g. F. vnd Her selbstien solche abfordern würde, kunde die Univerßitet alß dan selbst bey irer fürstlichen gnade darvon handeln.

In eadem hac convocacione clarissimus vir magister Henricus Petraeus Smalkaldensis ex mandato Illustriss. et clementiss. principis nostri Mauritiü etc. praemisso iuramento in numerum professorum medicorum receptus eique tertius locus ordinarius in facultate medica assignatus fuit. Orationem pro more habuit de laudibus anatomiae doctam et pereruditam.

Fol.136.b. Decima Ianuarii habita fuit convocatio omnibus praesentibus Dn. professoribus propter pessimos quosdam quorundam pessimorum nequitiae et malitiae studiosorum mores, qui aliunde ex aliis scholis huc confluerunt, ab adversariis nostris procul dubio instincti ut pacatum et tranquillum Reipub. nostrae literariae statum turbarent, bonos et magistratui suo obedientes studiosos ad pugnam provocarent, eos ipsos iniuriose agerent, fenestras perfringerent atque aedes ipsas oppugnarent. Quae facinora etsi prioribus annis eiusdem farinae studiosi tentare et exerceri [*sic*] conabantur, hoc vero anno [plurimum ingravescere videbantur, huic malo quam primum succurrere visum fuit. Qua de causa decretum et publico edicto promulgatum fuit, quod eiusmodi PROVOCANTES, INIURIOSI ut dicuntur ACTORES, FENESTRARUM EFFRACTORES sive percussores ex ipsa urbe et Academia nostra relegari debeant, quicumque etiam fuerint, Nobiles vel plebei studiosi.

Provocati vero si sequantur provocantem, pro circumstantiarum ratione vel relegentur vel carceri includantur.

Aedium autem OPPUGNATORES propter vim publicam seculari Magistratui tradantur. Hoc decretum postea in convocacione ipsis Calendis Iuliis ante legum promulgationem in consistorio omnium consensu fuit renovatum et confirmatum, simulque visum fuit ut eo ipso die in ipsa legum promulgatione in studiosorum omnium praesentia publice promulgaretur atque severe proponeretur cum poenarum atque suppliciorum denunciacione.

Cum etiam studiosi quidam Bombardas contra morem et consuetudinem huius Academiae nostrae tam noctu quam interdiu gestare atque explodere conantur, in eadem

convocatione fuit conclusum et publico programmatae templi valvis affixo promulgatum, ne quis in posterum bombardas sive tormenta vel gestaret vel etiam exoneraret, contra qui fecerint, hoc modo puniantur, ut qui bombardas secum habuerint et non exploserint, eas ipsas Rectori tradant: qui vero glandes tormentales exploserint atque exonerarint, ex urbe et Academia nostra relegentur citra ullius delinquentis respectum.

Hoc ipso anno cum viderent adversarii nostri statum Reipub. nostrae literariae nihilominus propter disciplinam nostram prae omnibus aliis scholis pacatiorem et tranquillio-rem atque praeter spem ipsorum florentem, imprimis vero aegerrime cognoscerent prosperum Academiae nostrae successum propter studiosos aliunde atque ab |exteris etiam nationibus ob purae et reformatae religionis exercitium atque Reipub. nostrae tranquillitatem frequentius quam ante hac ad nos confluentes, homines isti male feriati hisce nostris rebus opimis, ut cum Horatio loquar, marcescentes*) contraque infremes, hanc ipsam Reipub. nostrae tranquillitatem et prosperrimum successum omnibus adhibitis nervis omnique conatu et obturbare et quacunque possent ratione interpellare et impedire conati sunt.

Hinc ipsius diaboli instinctu mense Februarii gravissimae et infaustissimae simultates inter studiosos exortae fuerunt. Accesserunt enim ad nos et propter studiorum frequentiam et ob puram et reformatam religionem et pacatam nostram Rempubl. studiosi externarum nationum plurimi, imprimis vero Poloni atque Lituani atque ex hisce nonnulli generoso ut dicebantur stemmate nati, potissimum vero Lituani Barones Liberi. Qui cum ob vitae suae sanctimoniam atque pietatem, ob morum bonitatem atque obedientiam erga magistratum atque praeceptores suos, ob assiduam diligentiam, ob modestiam et vitae integritatem omnibus essent conspicui, eoque nomine omnibus etiam charissimi, imprimis vero praeceptoribus suis Dn. professoribus: improbi, perversi et flagitiosi non virtutum sed omnium vitiorum atque improbitatis studiosi, imprimis vero Nobiles nonnulli hisce ipsis Polonis atque Lituans Liberais Baronibus ob hasce ipsorum virtutes non solum invidere, sed extremo quasi odio ipsos habere et omnes etiam tam nobiles quam plebeios studiosos impudentissimis mendaciis contra ipsos incitare coeperunt. Hinc nocturno tempore et personam et familiam et gentem ipsorum iniuriose (ut vocant) agere atque fenestras aliquoties lignis et lapidibus excutere ausi fuerunt, adeo ut Senatus Academicus in hosce delinquentes homines perquam sceleratissimos quam diligentissime cogeretur inquirere. Quam in studiosos suspectos exactam et severam inquisitionem cum aegerrime ferret turba studiosorum, maxime cum viderent patrocinium Senatus Academici erga Polonos et Lituanos istos contra reliquorum petulantiam atque malitiam, in dies magis magisque contra istos fremere, eos lacessere et qua possent vi et ratione persequi conati sunt, adeo ut tandem etiam die Martii septima noctu intra horam 12 et 1. nonnulli ex studiosis scurrae pessimi Lituanos ac Polonos in foro habitantes primo omnium ingentibus vociferationibus iniuriosissime agere atque fenestras lapidibus excutere coeperint, ad quorum clamores maximus

*) *Hor. Epist. I, 57*: invidus alterius macrescit [sic recent. edd.] rebus opimis.

factus est studiosorum in vicinia habitantium ad forum concursus cum bombardis et strictis gladiis, adeo ut numerus istorum ultra trecentos excreverit.

Hi omnes ob concepta in honestissimos istos Liberos Barones odia eos ipsos non solum iniuriose ac contumeliose tractarunt, fenestras effregerunt, sed etiam Diabolico quasi furore perciti aedes ipsorum expugnare ipsosque trucidare acclamarunt, statimque aedes istas obsidione quasi succingentes, ne ullus ipsorum aufugere posset, cum omnis generis molitionibus quascunque arripere potuerunt, nonnulli ipsorum aedes oppugnare foresque perfringere moliti sunt, tanto conatu ac tanto cum furore ut vicinis omnibus maximum terrorem incusserint atque incolae ipsi summo metu percussi de salute sua desperarint. In hasce angustias incolae istarum aedium redacti puerum quendam 13 aut 14 annorum per stabuli ostia, dum omnes ita furerent, clam et quidem opportune emittere tentarunt, qui totum hoc negotium, hasce turbas et periculum in quod coniecti essent, mihi ut ProRectori significaret, ut ipsos e tanto et corporis et vitae discrimine eriperem. A somno ergo per puerum hunc excitatus, tristissimas quoque Lituorum querimonias atque studiosorum furem atque insaniam cognoscens, etsi hos ipsos ira, furore et scelere iam inflammatos adire metuebam, cum praeter hunc puerum, omnibus dormientibus vicinis
Fol.138.a. meis, mecum haberem neminem, | Deo tamen et legitimae meae vocationi ex psalm. 91 confidere nihil veritus fui. Accensis ergo lampadibus cum domo mea exirem, accurrit Iustus Orthius fletu et lachrymis efflagitans ut cito cito ipsis Lithuanis summo in discrimine versantibus succurram. Ad forum igitur properans cum in ipso fori limine studiosos ex lampadum splendore turmatim furore quasi percitos micantibus gladiis hinc inde discurrere, aedes Lithuanorum conscendere, ostia aedium trabibus fortiter invadere viderem, alacriter et alta voce ipsos de hoc pessimo suo facinore increpare coepi, cum accensis lampadibus ad aedes ipsas protinus ac festinanter accelerans. Vix unum aut alterum verbum effatus, ubi ex lampadum splendore me praesentem cognoverunt, omnes omnes quotquot erant tam in foro vociferantes quam circa aedes expugnandas occupati, a Deo Opt. ter Max. terrore percussi, per omnes angulos hinc inde diffugere visi sunt, adeo ut uno quasi momento (incredibile dictu) e conspectu meo non solum evanuerint nullo prorsus persistente, sed etiam silentium reliquerint altissimum. Atque hac ratione Dei nimirum Opt. ter Max. providentia et clementissima eius protectione tum optimi isti iuvenes L. Barones summo in vitae necisque discrimine constituti, tum ipse quoque qui nullo adhibito subsidio furibundorum istorum insaniae me totum exposueram, salvi et incolumes evasimus, atque verissimum esse didici quod psalmista inquit psal. 91 Mandavit Angelis suis de te ut custodiant te in viis tuis. Soli ergo Iehovae tutori et protectori nostro sit laus et gloria.

Dies ubi illuxit, convocato Senatu Academico totum huius tumultus atque factionis negotium aperui, quid facto opus sit scire desiderans. Re ergo mature deliberata, omnia haec ut primo omnium Illustrissimo principi nostro per literas nota fierent consultum
Fol.138.b. iudicavimus, habita nihilominus in seditionis huius | autores diligentissima inquisitione.

Deprehensis tandem exploratisque multo labore multaque inquisitione huius factionis authoribus (studiosi enim in quibusdam habitis conventiculis conspirant, se nullum hoc in negotio praestituros iuramentum, ne authores huius turbae manifestarentur) ex mandato et praescripto Illustrissimi principis nostri decretum fuit, ut ipsorum nomina primo omnium in albo Academiae deleantur, deinde a Senatu Academico ex civitate nostra Academica relegentur, quo facto hi ipsi authores urbis praefecto Strenuo Nobilissimo Viro N. Rodolpho Rauw in Holtzhausen ut Magistratui seculari tradantur.

Ex primis autem huius factionis authoribus cum fuerint hi quatuor

Iohannes Bartholomaeus Römer Dillensis Palatinus Relegatus

Iohannes Casparus Stro Ottovillanus Nassovius Relegatus

Carolus Caesar Avencontaus Isenburgicus in Comitatu Eisenberg prope Budingam et

Iohannes Hayll Assenheymensis Wetteravius:

priores duo Iohannes B. Römer et Casparus Stro ultimo Martii ad consistorium vocati sunt, et posteaquam Senatus decretum ipsis significatum fuit, quod nomina ipsorum ob commissa haec facinora in Albo Academico deleri debeant ipsique omnium consensu ex hac Academia nostra relegati sint, traditi sunt ea ipsa hora praedicto urbis praefecto ante foras paedagogii, ubi cives quidam expectantes eos ipsos armata manu ad praedictum Dn. Satrapam deduxerunt, a quo deinde in arcem usque comitati ibidem in conclavi quodam carceris loco inclusi fuerunt.

Hoc facto ex mandato Illustrissimi principis nostri de hisce duobus tria habita fuerunt iudicia, sed privatim in aedibus praefecturae in der landtvogtey: iudices vero ab Illustriss. nostro electi fuerunt ex Nobilibus quidem ipse Satrapes seu praefectus urbis Rodolphus W. Rauw in Holtzhausen et praefectus Aulae N. Schwertzell in Willungshaussen: ex professoribus Nicolaus Braun ProRector, Doct. Hermannus Vultei ViceCancell., D. Iohannes Goddaeus et D. Christophus Deichmannus, deinde etiam Iohann. Ebell urbis praetor. Ad singula iudicia hi duo vocati et tanquam turbatores pacis publicae accusati fuerunt et de singulis articulis examinati, donec tandem libere et constanter confiterentur, quod primi huius seditionis authores fuerint. At vero cum dolerent haec sua delicta seque totos Illustrissimi principis nostri clementiae submitterent, factum est ut mitigata graviori illa quam quidem meriti erant, poena ab Illustrissimo principe nostro 20 die Aprilis publicis programmatibus per dies aliquot et templi et curiae valvis affixis et publice ab omnibus perlectis ex ipsa urbe Marpurgo fuerint relegati.

Quantum ad tertium huius factionis authorem Carolum Caesarem Avencontanum Isenburgicum, cum in principio inquisitionis aufugisset, ab Illustrissimo principe nostro publice fuit citatus: sed antequam ab ipsius Celsitudine citaretur et satis constaret de facto et delicto eius, a Senatu Academico fuit conclusum ut ipsius nomen in albo Academico deleteretur, ipse a corpore Academico ut pestiferum membrum amputaretur, ne reliquas corporis partes, cum homo sit perditissimus, adhuc integras corrumpet,

et ut M. Tullius inquit, ne corruptus integro et violatus casto labem infringat*). Hic ergo male feriatuſ Caesar ad diem dictum se sistens multo fletu multisque lachrymis ob spem vitae melioris, bonorum intercessionem hoc apud Illustriss. nostrum effecit, quod Celsitudo ipsius huic homini nequam poenam relegationis condonaret, atque Senatui Academico ipsum plectendum traderet. Sed quia nomen eius in Albo nostro deletum fuit ipseque totus a corpore Academico exclusus, Academia ipsum recipere noluit, sed omnino ut turbatorem pacis publicae reiecit: quare cum se ipsum ab omni bonorum conventu atque conversatione, ex decreto publico, eiectum et exclusum videret, hinc abire coactus fuit.

Quartus vero Iohannes Heill Assenheimensis quia corporali iuramento se purgavit, quod licet in foro fuerit, non tamen fuerit vociferatus neque Lithuanos iniuria aut contumelia ulla affecerit, nihil etiam quicquam vel verbis vel factis molitus fuerit, carceris poena ipsi designata fuit.

Reliqui vero, qui non auctores huius facinoris extiterunt, ipsi vero tumultui interfuerunt, pro circumstantiarum ratione mulctati fuerunt.

Fol.139.b. Causa vero summi istius odii atque similitatum inter Liberos istos Barones Lithuanos (hos enim imprimis persequantur) et ipsos nobiles Germanicae, ut se ipsos novo et inusitato in hac Academia vocabulo dictabant, nationis praecipua ab ipsis Nobilibus haec esse dicebatur, quod Poloni ubivis locorum, imprimis vero in Academiis Germaniae, omnibus Germaniae Nobilibus praeferrere velint. Cum ergo idem hoc et in hac Academia ipsis obtigerit, et reliquis omnibus studiosis Nobilibus et statione et dignitate praeferrantur, eo ipso quod videant ipsis Lithuanis in templo locum et stationem designatam et concessam esse comitibus et liberis Bohemiae Baronibus proximum: in collegiis etiam atque publicis actibus ut in disputationibus et promotionibus locum ipsis dari superiorem, neglectis et repudiatis prorsus Nobilibus Germaniae, quorum tamen quam plurimi, si ortu et dignitate ipsis Lithuanis non sint superiores, pares tamen prorsus esse, et nihilominus illos ut externos ad summa honorum fastigia extolli, se ipsos vero ut Germaniae membra, ortu tamen et dignitate illis pares, prorsus negligi et contemni. Atque hinc tantum exarsisse odium inter Polonos et ipsos Germaniae Nobiles, ut nisi Nobilibus Germanis idem ille locus et statio eadem in templo potissimum concedatur, ita ut una cum Lithuanis et Polonis permixtim locum illum in templo occupent, fieri non posse ut unquam ulla inter ipsos et Polonos fieri possit reconciliatio.

Hoc ipso anno ab eiusdem farinae studiosis improbis ad hanc nostram Academiam confluentibus novum quoddam computationis genus praeter morem et consuetudinem huius scholae nostrae introductum, quod absono et absurdo vocabulo Den Pennall Schmauß appellare solent: quemadmodum et alium quendam helluationis modum, quem vocant Daß Dischruden, quibus iniquissimis computationibus helluones isti pessimi, pestes et extremae perniciēs

*) Haec verba ipsa vix apud Ciceronem reperientur; obversatus esse videtur scribenti locus or. p. Cael. 18, 42: ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat.

Rerum pub., novitios qui primum Academiam hanc ingrediuntur praeter fas pecunia sua Fol.141.a. emungere et spoliare quasi solent, ut | fusius ex intimationis formula patebit. De hisce ergo iniquissimis Novitiorum exactionibus cum boni et honesti quidam studiosi conquere- rentur, consultum iudicavit Dn. professores, ut severo mandato typis excuso atque templi et collegiorum valvis per dies aliquot affixo, eiusmodi turpissimae computationes et helluationes e medio quasi tollantur, quod etiam factum est Dominica Trinit. XXII. cuius intimationis formulam in rei memoriam huic albo inserendam consultum duxi*).

Fol. 140. WILHELMVS HASSIAE LANDGRAVIVS, CO|MES IN CATZENELNBOGEN, DIEZ, ZIEGENHAIN ET NID|DA etc. ACADEMIAE MARPURGENSIS RECTOR, OMNIBUS AC SINGULIS E|iusdem Civibus. S. D.

DE MAIORIBUS NOSTRIS ROMANUS SCRIPTOR PER QUAM EGREGIE:
PLUS APUD EOS, INQVIT, BONI MO|res valent, qaum alibi bonae leges. O tem-
pora o mores! Quorsum aetas hodierna deflexit? .quam contraria prorsus ratione
nunc aevi vivitur? potissimum vero quod maxime erubescendum est in Academiis
et Scholis publicis, quae ut officinae pietatis atque omnis virtutis essent, a Maioribus
institutae sunt. Quid vero ibi? optimae quidem leges, sed omnium pessimi mores,
quos, quae vitiorum fomes ac nutrix est, quemadmodum ex Agathensi concilio olim
scriptum fuit, *Ebrietas et Helluatio* perenni quasi ubere alit atque fovet.

Quid enim? Incredibile auditu:

Novum computationis genus a nonnullis Bacchi, seu malis Baccharum filiis institutum
esse comperimus, quod peculiari eoque absono minimeque literatas familiaritates et
congressiones decente verbo Ein Pennall Schmauß indigitare, eiusque sumptus
et impendia indignissima ratione a novitiis qui hanc Academiam primum ingrediuntur,
praeter fas extorquere solent. Sed et praeterea alterum quendam contra bonos
mores exortae *Helluationis* modum cognovimus, quem Dischrdung appellant.
Facto enim tanquam in praelium impetu, gulae studiosi in Musea et conclavia ali-
orum irruunt, vina adferri sibi poscunt, nolentibus libros et vestimenta auferunt,
ablata aliis oppignorant, qua plus quam hostili vi atque iniuria deterriti novitii
quidam et boni adolescentes hinc discedere coacti sunt. Inaudita etiam in hostium
castris barbaries: quam nostra ex Academia penitus sublatam et quibus possumus
gravissimis poenis exterminatam volumus.

Mandamus itaque omnibus huius Academiae studiosis, ut istis tam iniuriis
computationibus et helluationibus atque si quae sunt aliae iisdem similes ex quibus
crimina oriuntur, quemadmodum de similibus novitiorum Scholasticorum severissime
interdictis vexationibus Iustinianus loquitur, abstineant, atque sub carceris, imo
etiam ipsius relegationis poena, novitiis aut quibusvis etiam aliis nullam vim et

*) Intimationis formula typis, expressa inter fol. 139 et 141 albo inserta est.

molestiam inferant, belluina helluationum volutabra et gurgustia fugiant, contentionum omnium occasiones vitent, atque in hospitiiis mensisque suis cum publico privatim modeste et sobrie, prout bonos et honestos studiosos decet, vivant. Cumque hoc singulari mentis coecitate [*sic*], quemadmodum canones ea de re conqueruntur, ascribendum sit, quod in tanta Christianae religionis luce etiam hodie existant, qui non aliter temporum quorundam observationem se suscipere posse putent, ut verba canonis sunt, nisi conviviis et computationibus gentili ritu institutis solemnitas dierum celebretur, quorum laetitia quam rarissime sine rixis, vulneribus et lachrymis abire solet, admonitos nostros severe volumus, ut quemadmodum Imperatores simili de re sancitum reliquerunt, et honestas servetur et verecundia bonis moribus perseveret.

Diligenter vero et in illos Bacchantes, qui eiusmodi aliquid, quod pietati Christianae et honestati politicae adversabitur, bonisque et vere studioso indignis moribus contrarium erit, facere vel etiam attentare praesumpserint: et praeterea in istos *nocturnos tenebriones* inquiremus, qui cyclopicis suis clamoribus, immanibus vociferationibus, quas collo e fenestris exerto, novo bacchandi genere excitant, quietem civitatis turbabunt, inque deprehensos gravissime animadvertemus. Atque haec ita unanimi Senatus nostri Academici consilio et decreto inposterum semper fixa, rata et firma sunt.

Meminisse interim vos etiam volumus, eos qui a parentibus suis aut propinquis ad scholas maxime vero publicas cuiusmodi sunt Academiae mittuntur, vel sponte etiam sua veniunt, hoc consilio mitti, ut moribus elegantiores et in omni generis artibus eruditiores ad patrios lares aliquando, studiorum suorum curriculo absoluto, revertantur, operamque suam et Ecclesiae et Reipub. ita impendant, ut ea vergat in gloriam nominis Divini, multorum commodum et utilitatem: quod ut assequamini, assiduis vobis ad *Deum* opus est precibus, eaque vobis est studiorum et vitae vestrae necessaria conformatio, ut adolescentia haec vestra et iuventus mature id exhibeati quod praestandum est a vobis senibus. Quam ob causam de cultu animorum vestrorum cogitandum est vobis serio, et elegantia venustasque hominis non ex corpore, sed ex animo aestimanda, et illud Divini Platonis speculum ante oculos semper vobis habendum, quod adolescentibus contemplandum proponit, ut si corpore venusti estis et culti, cogitetis venustatem et cultum animi atque mentis venusto et culto domicilio conciliandam: sin minus, illud existimetis vobis faciendum esse, ut quod deest corpori, id sarciatur animo, et quo est domicilium deformius, eo reddatis hospitem, id est animum id inhabitantem, omni ex parte elegantiore. Ipse vobis Spiritus Sanctus viam qua insistatis praescripsit in sacris literis et monstravit, quem ducem libenter sequuntur et sequi debent omnes ac singuli, cum hinc inde, tum vero in Psalmis, ut Psal. 32. Venite filii, auscultate mihi, timorem Domini docebo vos. Quis est qui desiderat vitam, et amat dies videre bonos, custodi

linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam. Oculi Iehovae super iustos et aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini contra facientes mala: ut succidat e terra memoriam eorum. Et alibi: Psalm. 119. Quomodo instituet adolescens viam suam? si custodiat sermones tuos et delectetur in via testimoniorum tuorum: si loquatur de mandatis tuis, et sermonum tuorum non obliviscatur etc.

Haec ergo si et vos feceritis, in aeternum vobis bene erit, gaudebunt parentes vestri, gratulabuntur et sibi ipsis praeceptores vestri, suumque officium facient sine gemitu, et constabit omnibus vos illos esse qui in spem Ecclesiae atque Reipubl. educemini, et *Deus* coeptis vestris prosperum successum dabit, atque tandem vos ad optatam metam deducet: nos vero etiam vos nostro patrocinio ita tuebimur ut a machinationibus et insultibus malorum securi esse atque tranquille apud nos vivere, vestrisque studiis sine bacchantium et istiusmodi levioris notae hominum molestiis, quas nonnullis hactenus fecerunt, incumbere possitis, nec dubitamus quin *Deus* nobis suam gratiam sit largiturus, ut tandem aliquando hasce bacchantium reliquias eiicere, et malorum sentinam expurgare possimus. P. P. Marpurgi sub sigillo Academiae nostrae maiori, Dominica Trinit. XXII. Anno a Christo nato MDCX.

(Fol.141.a.) Cum hoc anno varii ac periculosissimi tumultus atque gravissimae factiones a facinorosis quibusdam studiosis excitatae fuissent, omnesque ad mensem usque Decemb. et annum iam exeuntem sine caede et sanguine abierint, toto pectore de felici successu gratulatus fui et mihi et toti Academiae. Sed proh Deum Immort. praeter omnium expectationem in fine Decembris Iohan Kirstein civis et praefectus vigilum in hac urbe vespertino tempore intra horam 5 et 6 a quibusdam studiosis, sua tamen ipsius, ut putatur, culpa, circumventus ob conceptum in ipsum odium miserabiliter trucidatur. Huius tragoediae exitum et qua ratione studiosi caedis istius authores ab Illustrissimo principe nostro ad dicasterium vocati ibidemque per dies aliquot captivi detenti, postea vero ab illius Celsitudine in foro criminaliter accusati atque peractis iudiciis dimissi fuerunt, historia subsequentis Rectoratus clariss. viri Dn. Rodolphi Goclenii, in cuius Rectoratu haec omnia finita sunt, manifestabit.

Octobris die 30 Iustus Tinctor M. ex decreto Senatus Academici, quod perniciosis quibusdam studiosis sese associarat turbasque Reipub. nostrae literariae dederat, vitam vero et mores saepius etiam admonitus emendare atque corrigere nollet, publico affixo programmate ex urbe et Academia nostra ad tempus fuit relegatus.

Fol.141.b. Decimo quarto Augusti ist weifandt Hern Philippi Mathaei I. U. Doctoris et professoris ordinarii Wittibe Margreta zu irer Kindern Vormunderin angenommen, beeidigt vnd bestetigt worden in irer Behauffung praesentibus D. Nicolao Braun ProRectoro, D. Casparo Sturmio et D. Iohanne Goddaeo: formula iuramenti haec est

Ir sollet schweren einen eidt zu Gott vnd seinem heiligen Wortt daß ir ewrn Kindern, denen ir isundi zur Vormunderin verordnet werdet, Pershon vnd Gueter trewlich versheen, ver-

wahren, in und außershalb rechtens vertreten vndt beschirmen, was inen nützlich ist, bestes fleiß volnbringen, was schädlich ist vnderlassen, vber die Guter ein ordentlich rechtmässiges inventarium vffrichten lassen, dieselbige in ewrn eigenen nutzen nicht geprauchten, auch ohne erlaubniß der obrigt. von den liegenden vndt so darvor geachtet, nichts verauffern verkauffen noch dieselbe versetzen oder sonsten beschweren, sondern zu geburlichen Zeiten darüber vndt vmb alle Ewre Verwaltung erbare rechenßschafft thun, auch wen sie die Kinder zu irem rechten Alter kommen, inen dieselbe Guter widderum zustellen vndt lißern, vndt sonsten inß gemein alles thun vndt lassen sollen was einer getreuen Vormunderin von rechts wegen zu handeln, zu thun vndt zu lassen eignet vndt geburet, bei verpfandung aller Ewer Haab vndt Guter so whar Euch Gott helffe.

Praestito ergo hoc iuramento tutelae administratio liberorum suorum ipsi tradita et commissa fuit. Faxit Deus ut omnia recte et ex pupillorum utilitate administrentur.

Fol.142.a. Habitaе fuerunt hoc anno celebres promotiones, quarum prima quidem Doctoralis, in qua 25 die Aprilis Marcus Rutemeier Helvetius Bernensis virtute et eruditione iuuenis conspicuus sacrosanctae Theologiae Doctor publice renunciatus fuit, insignia haec Doctoralia conferente Reverendo et Clariss. viro Dn. Georgio Schönfeldio S. S. Theologiae D. et professore primario.

Altera promotio itidem solennis celebris et illustris fuit, in qua iuuenes septem doctrina et eruditione praestantes tertia die Maii utriusque iuris Doctores creati fuerunt a Clariss. et consultissimo viro Dn. Christophoro Deichmanno I. U. Doctore et professore ordinario, quorum nomina haec sunt

Bartholomaeus Murath Fachensis.

Siemon a Diest Westphalus.

Iacobus Puchnerus Landsbergens. Marchicus.

Martinus Benckendorff Francofurt. Marchicus.

Helfericus Deinhart Marpurg. Hassus.

Mathias Berlichius Schköelensis Thirungus.

Iohannes Hubertus Steinfurtens. Westphalus.

Tertia promotio philosophica fuit et celebris quoque ob magisteriae dignitatis titulos, quibus Mense Decemb. 14 iuuenes virtute doctrina et eruditione clari a Doctissimo et Clarissimo viro Dn. Rodolpho Goelenio Med. D. et physices professore ordinario insigniti atque exornati fuerunt, Decano excellentissimo viro Dn. Magistro Theodoro Vietore Paedagogiarcha et Graec. literar. professore ordinario.

Nicolaus Braun Med.

Doctor et professor ordinar.

Fol.142.b.
vac.

(1611.)

Fol.143.a.

ANNO EPOCHAE CHRISTIANAE,

Civitati nostrae funesto, qui erat Millesimus sexcentisimus VnDeCIMVs, Calendis Ianuariis *), conspirante Dominorum Professorum consensu, electus et laudatus est ACADEMIAE Rector M. Rodolphus GOELENUS SENIOR philosophiae antecessor primarius. Cui nomina sua dederunt in hoc ordinis nostri honestissimi albo inscribenda, sub ipsius Magistratus initium fere, qui sequuntur.

Carolus Victor Ripperda Westphalus nob.	Arnoldus Bongardus Clivovesaliensis.
Casparus a Buchwaldt Holsatus nob.	Henricus Wissenbach Nassovicus.
Hermannus Humanus Lemgoviensis.	Iustus Dauberus Rodensis Waldecus.
Bartpolmaeus [sic] Schonbeck Stendaliensis Marchicus.	Iohannes ab Anckelen Stadensis.
Bartpholomaeus [sic] Bilovius Stendaliensis Marchicus P. L.	Isaac Galatinus Genevensis.
Andreas Eschkus Wurtzensis Misnicus.	Iohannes Iacobus Hetlerus Tubingensis.
Iohannes Gerhardus Treisensis.	Iohannes Wicinus Genevensis.
Franciscus vom Pusch auff Groschweine vnd Groditz n.	Christophorus Schefferus Drendelburgensis.
Mainardus Bibliopegus Marpurgensis Aca- dem.	Leborius Erdtman Padebornensis.
Franciscus Witzius Batavus Medicin. Doctor.	Eggaeus Phoebens Frisius.
Christianus Helmius Mechlariensis.	Volckerus Iacobi Frisius.
Hermannus ab Hell Sutphaniensis.	Casparus Winoldus Ravenshusanus.
Usebrandus Rengers ex agro Grunin- gano nob.	Daniel Rupelius Vachensis Hessus.
	Iustus Steinius Bremanus.
	Iohannes Clautenius Helmershusanus.
	Laurentius Faustus Herosfeldensis.
	Ianus Henricus Scroterus de Gustrow Me- gapolites P. L.

Fol.143.b.

Heino Schutz Guertorfensis.	Hermannus Schone Bremensis.
Iacobus Scallingius Winsheimofrancus M.	Balthasarus de Heida Vachensis Hassus.
Iacobus Frideryck Frisius.	Iohannes Weinrichus Wildungensis Wal- decus.
Iohannes Senger Eschuegensis Hessus.	Iohannes Hugius Lohnensis Hassus.
Otto Freundt Eschuecensis Hessus.	Iacobus Adorfus Merensis Senanus.
Zacharias Rosbachius Butzbacensis.	
Maternus Heiderus Basiliensis M. Theolog. Candidatus.	
Bartholomaeus Cranhovius Stendaliensis	} PalaeoMarchici.
Iohannes Hacus Gardelegiensis	

NEOPHYTI

E Paedagogo nostro.

Inscripti sunt triginta, inter quos:

Christophorus Fredericus Keudel a Suebda.

Iohannes Goeddaeus Marpurgensis.

*) Antea scriptum fuerat Iulii.

Fol.144.b.

Αξιόλογα et αξιομνημόνευτα, quae sub hoc Magistratu contigerunt.

Iunii tertio inter *σπέρματα λοιμώδη* solennis fuit Panegyris Academ., in qua Doctorum in utraque Medicina insignia et ornamenta ex merito consecuti sunt M. Henricus Petraeus Schmalcaldensis Medicae artis professor in hac schola ordinarius, et M. Hermannus Marpachius: testimonium doctrinae ac virtutis publice iis tribuente Clarissimo viro NICOLAO Braun medicae artis Doctore et Professore ordinario.

Fol.145.a.

ANNUS hic fuit Academiae ECCLESIAEque luctuosus, quippe funestus ex lue pestilenti Epidemia, quae cum non amplius serpere sed passim grassari cerneretur, significato Illustrissimo Principi civitatis nostrae statu ex eiusdem placito mense Iunio paulo post Promotionem modo laudatam Academicus docentium et discentium coetus aliqua ex parte secessit FRANCObergam. Eodemque Paedagogeum translatum fuit. Ibi initio tutores divinoque umbraculo tecti vocationis operas pro se quisque faciebamus, postea vero cum etiam nostrae secessionis locus contagioso mortiferoque malo isto inficeretur, extinctis non solum aliquot opidi civibus, sed etiam ex ordine nostro tribus elegantissimis iuvenibus Iuris utriusque Candidatis, illico omnia miserrime turbata sunt. Nam exinde membra visceraque Academiae, quae illuc confugerant, inter se divulsa sunt, alumni eius diffluxerunt, et praelectiones exercitiaque prorsus quieverunt. Antequam tamen haec fierent, ecce commodum intervenit fatali huic nostro malo velut *ἀπὸ μηχανῆς* Deus salutaris, misso ad nos Magistro humanitatis, Basilea Rauracorum oriundo, Materno Heydero, Pastore Ecclesiae, quae Deo colligitur Duysburgi (quae civitas imperialis est in Clivia), cum literis commendatoriis ab Illustrissimo Principe ac D. Dno. Ernesto Marchione Brandenburgensi ad venerandum Collegium Theologicum, ut insignibus Doctoris Theologiae ornaretur. Extremo igitur Augusto creatus et renunciatus est Theologiae DOCTOR a R. et Cl. viro D. Caspare

Fol.145.b.

Sturmio S. Th. professore ordinario et Stipendiariorum Ephoro iam laudatus nobis M. Maternus etc.

Promotio Magistrorum philosophiae hoc anno nulla fuit propter Scholasticorum dissipationem.

Calendis Iulii ex instituto antecessorum recitatae sunt leges et statuta Academ. cum oratione *προορρητικῇ et νομοθετικῇ* ad studiosos.

Peste hoc anno Marpurgi cum mille plus minus ducentis extincti sunt praecipui viri Reverendus et Clarissimus D. Valentinus Schonerus Schmalcaldensis Ecclesiae Marp. et vicinarum ad Lanum episcopus, Reverendus et disertissimus Magister Valentinus Cragius Marp. Ecclesiarum *ὑποδιάκονος*, et Magister Rabanus Lelius praeceptor paedagogicus primarius, quorum animae expectant nunc laetum et beatum cum corporibus suis *συνδιασμὸν* [sic], quem vox divina omnibus pie decedentibus certo promisit.

20 Maii communi decreto Consilii publici Conrados Wolckenium et Neubeccerum et Lucam Fridericum Uthmannum propter vim et iniuriam quibusdam Studiosis illatam, ne exemplo et impunitate aliis nocerent, a communitate nostra et iurisdictione exclusimus et relegavimus relegatosque publice significavimus, illum quidem in perpetuum, hos vero ad annum.

Restat, quod vel primo loco annotatum et hisce annalibus insertum oportuit, epistola nimirum *ειχαριστικη* Generosissimi Domini Guilielmi Landgravii Hassiae ad Senatum Academiae pro commendato atque concredito ipsi magistratu scholastico summo anni antegressi 1610, quam sua ipsius manu elegantissima scripsit.

Fol.146.a. Magnificis, Reverendis, Consultissimis, atque Clarissimis Viris D. D. Rectori, et Professoribus Academiae Mauritaniae, omnibus et singulis nobis sincere dilectis.

Si sera gratulatio reprehendi non solet, Magnifici, Reverendi, Consultissimi et Clarissimi Viri sincere nobis dilecti, nec gratiarum actio aliquanto serior in cuiusquam indignationem incurrat. Utraque enim non tam specioso et magnifico verborum apparatu quam ipso animi sensu constantique mentis affectione emetienda est. At vero cum beneficium, quo nos anno superiore complexi fuistis, in animo nostro insideat penitus, non est cur putetis concrediti nobis magistratus Academici insignia interiecto temporis spatio apud nos ita obsolevisse, ut nulla nos amplius officii, quod Academiae vestrae ob honores nobis collatos debemus, cura attingat. Quocirca literas hasce nostras propria manu exaratas grati animi sempiternaeque, qua beneficii vestri memoriam colimus, benevolentiae pignus habetote, itaque vobis persuadetote, nos gratitudinem nostram, quam nunc quidem verbis solum profiteri possumus, progressu aetatis, si Dei Opt. Max. beneficio diuturnior lucis huius usura nobis contigerit, re ipsa contestaturos, omniaque, quaecunque poterimus, ad Academiam vestram amplificandam atque exornandam studia et officia lubentissime collatos. Valetate Viri Clarissimi et acutissimo philosopho Domino Rodolpho Goclenio seniori successoris nostro dignissimo novos illos honores nostro nomine etiam atque etiam congratulamini. Dabamus Melsungae 8 Ianuarii Anno 1611.

V. D.

studiosissimus

Guilielmus Landgravius Hassiae etc.

Fol.146.b. Francobergae, accito eo Facultatis Artium Decano spectabili, Calendis Ianuarii novus Rector in *βουλευτηρίω* Ecclesiastico electus est et in templo civitatis renunciatus cum hac *εὐφημία*

Exactus vetus est, et iam novus incipit annus,

Nobiscum DEUS i: faustus hic annus eat.

Nobiscum Deus i. Sacra Christe o nostra tuere,

Florida sint per te curia, rostra, forum.

Fac nobis placidus tranquilla scholastica sceptra,

Ut laetus faciat munia quisque sua.

Cerea sit flecti in virtutem nostra iuventus,

Sit pia et in laudes cuncta parata tuas.

Elapsus vetus est et se novus exerit annus,

Nobiscum Deus es. Salva stet alta domus,

Praelustris domus unde DEOS patriaeque parentes

Divini haec regio muneris instar habet.
Cattorum Dominus casta cum coniuge vivat

Inclytus Augusto sanguine Mauritius,

Et vivant multos nati nataeque per annos,

Maxima quos inter spes generosus Otho est.

NOBISCVM DEVS I: vafro nos protege ab hoste.

Restitue o nobis nobile pacis opus.

Gens germana ruet tetro vae perdita bello,

Nobiscum nisi sis o Deus armipotens

Christe inter turbas atque agmina prava malorum,

Quos tua nec pietas poena nec ulla movet.

Reliquias serva tibi in his templisque scholisque

Semen ut hac aliquod stet regione pium,

Quod redeunte novo, quod decedente sub anno

Grata tibi dicat, grata tibi faciat.

Æternus donec nobis affulgeat annus

In coetu regni te celebrante tui.

τετελεσμένον ἔστω

Rodolphus GOCLNIUS Senior

philosoph. professor primarius

scripsit sua manu.

Fol.147.b.
— 148.b.
vac.

(1612.)

Fol.149.a. ANNO POST NATVM | CHRISTVM MVNDI RE-|demtorem 1612. Calendis Ianuariis |
Consentientibus Clarissimorum Do|minorum Professorum Votis ac | Suffragiis Academiae
Mar|purgensis Rector electus | Et renunciatus | est |

GREGORIVS SCHONFELDT

S. Th. D. et Professor Primarius.

Iohannes Stollus Mariaeburgensis Borussus.	
Paulus Pauli Cleophae Soldaviensis Borussus.	
Simon Batkovius Lobsenensis Polonus.	
Hector David Sycinski Eques Litvanus.	
Gregorius Zotok Eques Litvanus.	12 Aprilis.
Georgius Blinstrub Otsonsky, nobilis Litvanus.	}
Iohannes Philippus Bley Treifurtensis.	
Michael Winshemius Hamburgensis.	
Vitus Winshemius Hamburgensis.	
Iohannes Theodorus a Tschesch eques Siles.	24 Aprilis.
Ioannes Blume Wittebergensis.	26 Aprilis.
Georgius Zimmerman Eschwegiensis.	26 Aprilis.
Ioannes Vulckman Cassellanus.	}
Conradus Zenckius Cassellanus.	
Christianus Gravius Allendorffensis.	27 Aprilis.
Theodoricus Gravius Spangenbergensis.	}
Ioannes Stucradius Hersfeldensis.	
Georgius Hartmannus Hagen Fuldensis.	28 Aprilis.
Henricus Nixt Hersfeldensis.	29 April.
Ioannes Zuschen Helmershausanus.	}
Ioannes Hundius Cassellanus.	
Bertholdus Clebius Hersfeldensis.	1 Maii.
Martinus Guilicher Lippiacus.	}
Ioannes Georgius Perschrhad Cassellanus.	
Aggaeus Wiarda Frisius Orientalis.	2 Maii.
Henricus Rotschiderus Eichensis.	3 Maii.
Ioannes Ficinus Catto Cassellanus.	4 Maii.
Arnoldus Volsche Gryps. Pom.	6 Maii.
Ioannes Bunsow Gryps. Pom.	7 Maii.
Ludovicus Rhost Zierenbergensis.	}
Daniel Hencke Sedinensis Pom.	
Bernhardus ab Arnimb Marchicus.	8 Maii.
Ioannes Masius Salcatena-Westphalus.	9 Maii.
Lamberdus ab Oher in Keikesbeck Westphalus.	12 Maii.
Andreas Winckler Budiss.-Lusat.	}
Gerhardus Hoëbingius Duysburgensis.	
Constantinus Citharaeus Allendorffensis Hassus.	15 Maii.
Georgius Proiten Dantiscanus Boruss.	16 Maii.
	19 Maii.
	21 Maii.
	24 Maii.

Fol.178.a.

Fol.178.b.

Emmanuel Putschius Stadensis.	}	24 Maii.
Petrus ab Vffel Antverpianus.		
Ioannes Christophorus Hartmannus Francofurtensis March.		
Gregorius Schefferus Gorlic.-Lusat.		26 Maii.
Elias Richterius Gorlic.-Lusat.	}	26 Maii.
Caspar Cunradus Gorlicio-Lusat.		
Petrus Wentzius Zwingenberg.		
Ioannes Wachmannus Bremensis.	}	27 Maii.
Alardus Boningius Bremensis.		
Ioannes Pforrus Wald-Capella-Cattus.		
Valentinus Meisneri Crosna-Sil.		1 Iunii.
Dethmarus Fredewald Corbacensis.		2 Iunii.
Matthaeus Götzius Eschwegiensis *).		4 Iunii.
Christophorus Theodoricus a Landesberg.		5 Iunii.
Adamus Bommersheim Dorheimensis Wetteravus.		6 Iunii.
Matthias Eccardus Thoranensis Borussus.		10 Iunii.
Ioannes Benckendorff Livonus.		15 Iunii.
Laurentius Langernā Hamburg.		19 Iunii.
Michaël Volckmannus Aurimontanus Siles.	}	20 Iunii.
Andreas Lipius Berlinensis Marchita.		
Ludolphus a Papenheim.	}	22 Iunii.
Ioannes Meinolph Bonn der Malßpurgt.		
Henricus Nubentfönigt Fridslariensis Hassus.	}	3 Iulii.
Benjamin Schuß Leucopetraeus Misnicus.		
Severinus Brinckman Clivo-Mulheimensis.		10 Iulii.
Wenceslaus Zahradocky de Zachradeck et in Hrottovitz Baro Moravus.		11 Iulii.
Ioannes Butner Bolesla-Siles.		11 Iulii.
Ioannes Zadzik nobilis Polonus.	}	12 Iulii.
Christophorus Rudomina nobilis Litvanus.		
Ioannes Fridericus Breithaupt Isennacensis.		18 Iulii.
Andreas Bekesi Hungarus.		19 Iulii.
Sigismundus a Peterschwaldt eques Siles.		22 Iulii.
Christianus Tammius Allendorffensis.		29 Iulii.
Franciscus Cluver Brem. Saxo.		30 Iulii.
Ioannes Heisius Peccelsensis.		1 Augusti.
Ioachimus Baro de Kittlitz Siles.	}	18 Augusti.
Balthasar a Niesemeuschel Sil.		

Fol.179.a.

*) Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: relegatus ao 1620. 16. Iunii.

Henricus Podbusek nobilis Danus.	}	19 Augusti.
Nicolaus Busek Danus.		
Wilhelmus Reichman Lasphensis.	}	21 Augusti.
Lucas a Lautter Hannoviensis.		
Philippus Gabriellus Slesvicensis.		22 Augusti.
Ernestus Ioachimus Heintz Siles.	}	31 Augusti.
Henricus Houmest Bremensis *).		
Antonius Pansenow Pomeranus.		5 Septemb.
Christianus Wipperman Lemgovico-Westphalus.		20 Septemb.
Ioannes Burckhardus Buck Sobernhemio-Palatinus.		22 Septemb.
Stephanus Machwie nobilis Polonus.	}	27 Septemb.
Ioannes Noltingius Vslariensis.		
Iohannes Rörentorp Lemgoviensis.	}	28 Septemb.
Iohannes Schafferodt Nihemensis.		
Antonius Staffordus Anglus.	}	4 Octobr.
Guilielmus Frere Anglus.		
Ioannes Maller Berlinensis Marchiacus.		5 Octob.
Ioannes Simon Glaser Cussellanus.		9 Octob.
Georgius Gogreve Paderbornensis.		12 Octob.
Gregorius Schönwaldt Elbingensis.		13 Octob.
Ioannes Christophorus Schwallenberg Stetin. Pom.		19 Octobr.
Henricus Benningius Padibornensis Westphalus.		20 Octob.
Fridericus a Roch nobilis Borussus.	}	24 Octob.
Ioannes Henricus ab Ollssen nobilis Boruss.		
Ioannes Volckman Geismariensis.		28 Octob.
Hieronymus Wolf Islebiensis.	}	30 Octobr.
Ioannes Georgius Gleim Felsbergensis.		
Ioannes Klingkhamerus Obermeusanus.		1 Novemb.
Ioannes Wilhelmus Wolf Smalcaldensis.		2 Novemb.
Ioannes Huldricus Grebelius.	}	3 Novemb.
Ioannes Rudolphus Grebelius, duo fratres Helvetii Tigurini.		
Ioannes Beckerus Wanfridensis Hassus.		6 Novemb.
Ioannes Bodelschwing Essendiensis Westphal.	}	7 Novemb.
Ioannes Baddehausen Grebonssteinensis.		
Conradus Gelfusius Sontranus.		10 Novemb.
Christophorus Hopffius Smalcaldensis.	}	14 Novemb.
M. Ioannes Salvius Svecus.		
Reinhardus Ericius Marsbergensis.		20 Novemb.

*) Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: 1616.

Ioannes Franciscus Hederich Schrisheimensis.	21 Novem.
Georgius a Lettau Nobilis Pomeranus.	26 Nov.
Hermannus Göckhausen Brakela-Westph.	18 Decemb.
Casparus Mulhausius Waltcappellensis.	20 Decembris.
Christianus Schot Corbacensis.	} 30 Decembris.
Henricus Dornemannus Hagensis.	

Fol.180.a. Paedagogici eodem hoc anno a Paedagogearcha in Paedagogium recepti, et pro more in Album Academicum relati sunt, quorum iam Nomina sequuntur.

Inscripti sunt septuaginta, inter quos:

	Bartholomaeus a Rhe Lichensis.
	Conradus Hermannus ab Hundelshausen.
	Cornelius Winholdus Wilnensis, Litvanus.
	Iustus Gerhardus Vultei.
	Ioannes Christophorus Vultei Marburg.
Fol.180.b.	Adamus Georgius a Baumbach, nobilis Hassus.
	Ioannes Wilhelmus a Butlar, nobilis Hassus.
	Theodorus a Steinen, Dusseldorpensis nobilis.
Fol.181.a.	Christianus Friderici Busek Danus.
	Iohannes Iustus Bonn Weitershaußen Rauschenberg.

Fol.181.b. Notabilia quaedam, quae sub hoc Rectoratu contigerunt, sequentibus legantur pagellis. Gubernatio huius anni, ex felici haud dubie anni praecedentis administratione, laus Deo, non fuit admodum difficilis, unde et successor in posterum precari coelitus liceat tranquillum Reipublicae Academicae statum. Totum fere primum semestre, in mensem Iunium usque, tranquillum fuit et pacificum, in quo tumultus inter studiosos plane nulli, vociferationes autem et actiones nocturnae, ut et Monomachiae, Conflictus ac Contentiones extiterunt rariores, adeo quidem, ut totius huius anni decursum talem futurum esse speraremus omnes. Unde et plerisque negotiis intra privatos Rectoris parietes compositis convocationes Consistorii minus fuerunt frequentes.

Funera.

Quemadmodum autem vix ulla navigatio potest esse tam fausta et tranquilla, quin aliquando procellam aliquam et fluctus contrarios experiatur: ita etiam Deus Opt. Max. hanc Academiae nostrae navem per medios licet crebrioris ex funeribus luctus scopulos progredientem ad tranquillum portum perduxit, ut humanae fragilitatis memores, per multas calamitates ad illum portum aeternae vitae nobis aspirandum esse, moneremur. Quae iccirco funera huius anni ordine subiicere placuit.

1.

Gebhardus Tinctor, Marburgensis, Scholae Coemiterianae per complures annos praeceptor fidelissimus, et Aedituus satis officiosus, paralysi correptus subito d. 8 Ianuarii circiter h. 6. mat., placidissime postea expiravit d. 12 Ianuarii paulo post h. 9 vespertinam.

2.

Ioannes Dauerus Zigenhainensis, philosophiae studiosus, gravi capitis morbo oppressus, pie moriebatur 12 d. Februarii, circa vespertinam h. 10.

Fol.182.a.

3.

Ecce autem et illustre funus! Cuius quis, quaeso, sine lacrymis recordari queat? Cecidit enim novum illud et exoptatum Hassiae decus, cecidit fragrantissimus ille connubialis veris flos, et quod tristius est, cecidit peregrinante tum temporis in Galliis dilectissimo Coniuge, reverendissimo et illustrissimo Principe ac Dno. Dno. Ottone, Exemptae Ecclesiae Hirsfeldensis postulado Administratore, Hassiae Landgravio etc., Domino nostro Clementissimo, illustrissima, inquam, Princeps et Domina Domina Catharina-Vrsula, Hassiae Landgravia, piae recordationis, Princeps omnibus feminei sexus virtutibus, dum vixit, laudatissima. Primogenita illa erat illustrissimi ac potentissimi Principis et Dni., Dni. Georgii Friderici, Marchionis Badensis et Hochberg: Landgravii Susenberg., Dni. in Rötzel et Badenweiler, ex illustrissima et generosissima Principe ac Dna., Dna. Iuliana-Ursula, Comitissa Sylvestris et Rheni, filia. Cuius quis singularem pietatem et in pauperes beneficentiam dignis satis laudibus depraedicare unquam poterit? Insignis eius pietas ex hoc symbolo, quo utebatur, elucet: Me rege, Summe Deus, quo magnae sim tibi laudi. Gnara erat aliquot linguarum, et inter has etiam Latinae et Gallicae, testibus utriusque linguae sanctis Bibliis, ex quibus illustria dicta sua manu notavit, et in succum ac sanguinem suum, quod dicitur, ea convertit. Invadebat autem eam mense Februario subitus morbus, praeter omnium expectationem, quo et paulo post inter pias astantium preces hanc momentaneam vitam pie et placide cum perpetuo clarissimi absentis mariti desiderio, ad 15. d. eiusdem mensis Februarii circiter 11 merid. Marpurgi clausit. Terrae autem tradita est in antiquo Hassiae Principum tumulo, qui est in templo Cathedrali, d. 21. Martii h. 1, funus cum altero pie defunctae fratre deducentibus illustrissimis Principibus et Dnis. Dno. Mauritio socero, et Dno. Ottone Coniuge, Dominis nostris et Mecaenatibus clementissimis.

Fol.182.b. Coniunctionem funebrem admodum flexanimam inter pia omnium audientium suspiria habuit reverendus et clarissimus vir, Dnus. Gregorius Schönfeldius, S. S. Theologiae D. et Professor publ., Ecclesiae Marpurgensis Ecclesiastes, et Consistorii Ecclesiastici Consiliarius eximius. Orationem autem funebrem elegantissimam memoriter habuit praecedenti Dominica Laetare, quae est d. 19 Martii, in publica omnium ordinum panegyri, filius eius, Clarissimus et excellentissimus vir Dn. M. Gregorius Schönfeldius, Oratoriae in hac illustri Mauritiana Professor disertissimus, et Syndicus fidelissimus.

4.

Hermannus Cruciger, Clarissimi et acutissimi Dn. M. Georgii Crucigeri, Professoris Logici, filiolus, infans, natus d. 8. Martii anno 1614, circiter mat. 6. h. ex morbillis laborans d. 29. Aprilis circiter mat. 4 hoc anno placide moriebatur.

5.

Eodem morbo et tempore filius unicus admodum infans Clarissimi et experientissimi viri, Dn. Henrici Petraei, medicinae D. et Professoris celeberrimi, extinctus tanquam praematura quaedam plantula in coelestem transferebatur paradisum.

6.

David Hamerus, clarissimi et consultissimi viri D. Conradi Hameri ex secundis nuptiis filius, infans ex hac in coelestem vitam placide commigravit d. 11. Maii circiter mat. 3.

Fol.183.a.

7.

Henricus a Bobert, Borussus, iuris studiosus, humanissimus, parentibus natus nobilissimis, patre Conrado a Bobert et matre Hedwige, ex celebri Brandesiorum familia, corripiebatur 3. d. mensis Iunii aestu febrili, quo in dies crescente et corporis vires consumente, 22. d. eiusdem mensis Iunii, inter ardentis familiarium praesertim popularium studiosorum preces, sumpto prius coelestis huius itineris pabulo, pie ex hac in coelestem Academiam abiit. Exuviae autem funeris repositae sunt in templo Cathedrali, die subsequente 24 Iunii h. 2.

8.

Anna Maria, matrona pia et optima, honestis et praecipuis parentibus nata, patre Hermanno Wisbachio, Consiliario et praefecto illustris et generosissimi Comitis et Dni. de Eisenberg Domini in Birstein, matre ex familia Bleichenbachiorum, patriciorum Francofurtensium, coniunx Amplissimi et consultissimi viri Dni. Burckhardi Wormbseri, Consulis dignissimi et Poetae felicissimi, d. 11. mensis 8bris inter 7. et 8. vespertinam placidissime in Christo obdormivit. Sepulta autem est d. 14. 8bris in dormitorio ad Divum Michaëlis, et concio funebris pro more in templo ordinis Teutonici a Reverendo et Clarissimo viro, Dno. M. Daniele Angelocratore Superattendente habita.

9.

Fol.183.b. Henricus Rantzovius, strenui et nobilissimi viri, Dni. Bredonis Rantzovii, vicarii regii in Dania, ex nobilissima Catharina Goie filius, studiosus paedagogicus, adolescens vere pius et magnae expectationis, Magni illius olim Medici et Astronomi, Dni. Henrici Rantzo|vii etc. beatæ recordationis nepos, ex morbillis d. 10. Novembris hora 8. mat. in vera fide et patientia, magno cum Praeceptoris M. Nicolai Fossii, Dani, et reliquorum popularium maerore, placidissime expirabat. Sepultus d. 15. Novembr. h. 8. mat. in loco illustri Chori, ad latus strenui et nobilissimi viri Dni. Burekhardi a Cram, p. m. principis de tota Hassia et Academia optime meriti.

10.

Elisabeta Wornera, honestissimi et praestantissimi viri, Dni. Ioannis Salfeldii, p. m. Quaestoris olim Marpurgensis fidelissimi, relicta 36 annorum vidua, annos nata 80 d. 26 Novembris inter 3 et 4 vespertinam, pie in Domino obdormivit, placidissimeque expiravit. Cuius pias reliquias terrae reddimus die Novembr. 30 a meridie hora 1 in templo Cathedrali.

CÆDES.

O vero funestum mensem Iunium! qui Academiae tranquillitatem, qua hactenus fruebamur, tam cito praeter nostram omnium expectationem turbavit! o tristem noctem illam, qua indicatum est Rectori, e numero studiosorum crudeli homicidae manu sublatum esse adolescentem, longiori vita dignum, ipsum autem caedis authorem, nocturnis tenebris involutum, adhuc occultari. Sed quis hominum quantumvis prudentissimus praevidere, quis praestare tam caecos fortunae casus, praesertim tectos caligine noctis, potest? Quid enim? Convenerant d. 12. Iunii a coena, ut fieri solet, animi gratia, quidam iuvenes studiosi, numero 8 plerique inermes, qui concinentes fidibus testudinis in platea Franciscana,

Fol.184.a. e regione | putei, quem Vrsinum vocant, non procul ab aedibus Salfeldianis, quas modo inhabitat quidam mercator nomine Sengerus, se oblectabant: in quorum numero erant et hi duo, Wilhelmus a Walrabenstein et Henricus Brandius, Budingensis, studiosus adolescens, honestus et modestus, optimis parentibus ortus, patre Henrico Brandio, olim illustrium Comitum illorum Quaestore, et matre Veronica. Ecce! per medium horum fidibus ludentium nescio quo fato et animo quidam milites transibant, publicum hospitium, cuius insignia albus equus, petentes, ut in eo aliis similis farinae et professionis hominibus sui in militiam discessus coenam exhiberent. Insequebatur hosce bona intentione superior Wilhelmus a Walrabenstein, ut cognatum suum Iohannem Wilhelmum, magistrum pugilum, in aedibus Smalcaldianis inviseret. Milites nescio quid mali suspicantes Wilhelmo gladium, quem sub ala gestabat, eripiebant, eoque caput eiusdem feriebant. Quam iniuriam sibi illatam aegerrime ferens Wilhelmus, cum progredi non posset, ad suos fidibus adhuc canentes regrediebatur cum iis communicaturus quae sibi contigissent. Qui omnes hoc insperato nuncio perterrefacti, correptis in sui defensionem quibuscunque armis, in obversos illos incidebant hostes, cumque iis, necessitate sic urgente, in tenebris confligebant, in quo conflictu Henrico Brandio, testudinis peritissimo iuveni et fortassis etiam inermi, lethale vulnus in pectore a partibus hostilibus inflictum est, ex quo vulnere ilico, vixdum ad aedes peritissimi Chirurgi Iacobi Braun deductus, concidit et inter manus portantium expiravit. Adversarii, advocatis in subsidium aliis studiosis, amplius persequebantur, quibus in fugam coniectis, illi adhuc securi diversorium repetebant. Interea Rectori sub horam noctis 10 ab interempti fratre Hermanno Brandio et al|tero quodam studioso cum gemitu nunciabatur, commissam caedem esse. Rector officii sui memòr ilico accersebat Praefectum vigilum, Daniele Kummelium, serio monens, ut sine mora collectis ad domum illam diversorii publici civibus, fideliter curaret, ne quis suspectorum militum elaboretur. Monebat etiam Rector per publicum Nomenclatorem praetorem provincialem, ne suo officio et loco deesset. Sed frustra fere utrumque adhortabatur Rector, cum cunctanter omina fierent, ut in eiusmodi casu fieri solet, et cives hoc subire periculum non obscure gravari viderentur. Quare Rector videns extremam sic flagitare necessitatem, uno atque altero suae familiae stipatus, ipse non sine vitae discrimine exibat ad dictum hospitium, cumque animadverteret adhuc magnam custodum raritatem, qui hisce militibus coercendis nullo modo sufficerent, non dubitavit ipse solus ingredi hypocaustum, in quo milites illi con-

venerant, cum hisce sermones tantisper collaturus, dum fortassis plures cives convenirent. Sed et haec vana erat expectatio. Paucissimi nempe adveniebant cives, complures autem studiosi, qui instanter urgebant, tradi in custodiam politici Magistratus suspectos milites, ita ut periculum esset, ne per vim ingressi studiosi captivos illos ad carcerem protraherent aut iniuriam hisce afferrent. Proinde hoc iniuriae metu percussus Rector obnixè monebat praesentes studiosos, ut sui iuramenti memores ipsi in tanta custodum penuria, dispositis ad diversorium illud excubiis, civium defectum supplerent seduloque procurarent, ne quis militum clam se subduceret; sed tamen sine turbis et iniuria, id quod se facturos esse

Fol.185.a. fideliter omnes sancte promiserunt. Quo facto, Rector circa noctis horam 2. | ad Chirurgi domum descendebat, interemptum juvenem visurus, indeque suam in Paedagogo habitationem maestus repetebat. Sequenti tandem die, 13. Iunii, circiter h. mat. 6. captivi illi praetori traditi frequentiori sclopetariorum cohorte ad arcem deducebantur, ubi paulo post tres, ut innocentes, dimissi, reliqui quinque in totidem propemodum carceres coniecti, dierumque non ita multorum interiectu studiosis hoc solícite et demisse per supplicem libellum apud illustrissimum Principem et Dominum, Dn. Mauritium, Hassiae Landgravium etc. urgentibus, in publicum iudicium vocati sunt. Ubi duo quidam peregrini, qui ex causae cognitione mitiori forsàn custodia habebantur, aucupati commodam evadendi occasionem, detentionis taedio, noctu clam in pedes sese coniecerunt, caeteri etiamnunc arctioribus servantur vinculis, qui sunt huius oppidi cives, nomine Conradus Khöler, Petrus Freye, et Ludovicus Lotzius, quod unus eorum commissae caedis author putatur. Eodem die 13. Iunii Rector, item D. Henricus Petraeus Medic., et rerum capitalium Syndicus occisi studiosi vulnus inspexerunt, quod trium digitorum latitudine supra dexteram mamillam in pulmones usque patebat. Sepultus denique est d. 15. Iunii hor. 2. in magna studiosorum frequentia, in Coemeterio templi Cathedralis, concionem funebrem habente Reverendo et clarissimo viro Dno. M. Daniele Angelocratore, Superattendente.

IVS CIVITATIS ACADEM.

Gallus quidam, nomine Iean Cerisier, saltator, qui civis filiam in uxorem duxit, mandato illustrissimi Principis et Domini, Dni. Mauriti, Hassiae Landgravii etc., quod in supplici libello adscriptum exhibebat, receptus est in civitatem Academ. d. 28. Martii,

Fol.185.b. cum prius | etiam a Rectore hanc libertatem supplex petiisset, et data dextera promississet et fidem et in Comoediis operam suam.

Conquesti apud Rectorem aliquoties sunt duo quidam Pauli Egenolphi, Typographi, ministri, quorum uterque civis filiam duxit in uxorem, esse, qui ipsorum immunitati quaedam invidia insidentur, petieruntque obnixè, pro Academiarum aliarum more et rei typographicae iure in ea libertate defendi. Quibus author fui, ut, cum hoc ipsum in Rectoris potestate positum non sit, eam caelibum Typographorum immunitatem in hoc etiam coniugii statu verbis potius modestis, quam vehementioribus querelis conservare studerent. Quod et hactenus ab iis ita factum est.

PROFESSIONES.

Cum Clarissimus et eloquentissimus vir, Dn. D. Hermannus Kirchnerus, historiarum, eloquentiae et poëseos in Mauritiana tum temporis professor celeberrimus et Syndicus, superiori anno 1614 initio mensis Maii, correptus morbo melancholico subito, a nobis Smalcaldiam abiisset suasque professiones reliquisset vacuas: Illustrissimus princeps et Dn. Dn. Mauritius Hassiae Landgravius etc., Mecaenas Academiae clementissimus, arbitratus diuturniorem moram in spem recuperandae valetudinis D. Hermanni Kirchneri non fore ex usu studiosae iuventutis, clementer mandavit, ad historiarum quidem et poëseos professionem Clarissimum et Consultissimum virum, Dn. Iacobum Thysium, iuris u. L., ad oratoriam vero Clarissimum et facundissimum virum M. Gregorium Schönfeldium vocari. Quibus supra dictae professiones d. 22. Maii h. 7. in Consistorio Academico, Fol.186.a. | communibus Dn. professorum suffragiis accedentibus, publice ita demandatae sunt, et Dno. Rhetori M. Gregorio Schönfeldio praeterea etiam Syndicatus Academiae principali consensu, commissus est.

Historia M. Conradi Vietoris Marpurg. *)

In perpetuam rei novae et admiratione dignae memoriam non possum intermittere, quin de miserrimo statu M. Conradi Vietoris Marpurgensis, hoc tandem anno nobis ex ipsius literis perspecto, non nihil hic annotem. Fuit in illustri Mauritiano Paedagogo nostro per annos complures praeceptor fidelissimus atque utilissimus, qui alioquin et vitae externae integritate et morum honestate, quod scimus, discipulis suis prae lucebat, vir Latinae, Graecae, Hebraicae et Chaldaicae linguae peritissimus, et de paedagogo et studio iuris (testibus iis studiosis, qui opera eius privata usi sunt) optime meritus. Hic ante annos octo officio praeceptoris paedagogici publico, patria, coniuge et liberis relictis sub praetextu professionis in celebri Altorffii schola petendae profectus, in ipsam usque Graeciam penetravit: ubi per tot annos Thessalonicae commoratus, ad turpissimam blasphemorum Iudaeorum haeresin descendit seque circumcisioni etiam ipsi subiicere non dubitavit. O caecitatem hominis, in omni licet disciplinarum genere oculatissimi! Sed non potest aliud accidere iis, qui suspiciendum S. S. Trinitatis mysterium suae rationis acie metiri cupiunt. Quod de se testatur ille in epistula scripta Thessalonicae superiori anno 1614 d. 23. Decembris ad quendam Academiae nostrae professorem, quam ipse legi hoc anno d. 9. Aprilis, in qua inter alia ita scribens: »propter amorem Dei Israelis, ait, et Fol.186.b. | studium legis Mosaicae ante annos 7 deserui | meam patriam, uxorem et sobolem, quia nullo animo potui concoquere monstrosum et ementitum mysterium Trinitatis«. Cuius aures non abhorreant a voce tam blasphema? Quae caecitas hominis ideo deploranda magis est, quod nullam adhuc huius nefandae apostasiae poenitentiam in se sentiat, sed aperte scribat »bona se conscientiae fecisse, quod fecerit«. Rationes scribit se multas habere, quarum tamen nullam attingit, praeter hanc non dignam quae audiatur, cur

*) Cf. ad a. 1570.

nimirum in Iudaismo velit et cupiat mori, quia »lex Mosaica, inquit, confessionem omnium populorum habet«. Vivit Iudaeus in summa paupertate, quo inopiae telo coactus cupit quidem, concessa securitate, redire aliquando in Hassiam, sed hac tamen conditione, ut in iudaismo sibi consumere reliquam vitam liceat. Et quid multis opus est verbis? Ex tota illa epistola videre licet, hominis non dicam malitiam, sed admirandam stupiditatem, qua excaecatus impressam nimis alte blasphemi huius populi opinionem deponere adeo non potest, ut etiam nomen suum, in sacro Baptismo impositum, in circumcissione sua ita mutaverit in iisdem literis: Moses Pardo, quondam in gentilismo vocatus M. Conradus Vietor Marpurgensis. Quam viri simplicitatem perspexit Thessalonicae nobilissimus quidam iuvenis, ante annos paucos Marpurgi studiosus, Martinus Opocharovsky, Polonus, qui in epistola quadam ad eundem Professore inde perscripta pollicetur, se omni studio allaboraturum, ut eum in patriam suis sumptibus et ad sanam doctrinam reducat. Nos, quod nostrarum erit partium, precabimur Deum, ut S. Spiritus radiis mentem eius collustret, quo tandem aliquando, depulsa blasphemi huius erroris caligine, clarior Evangelii et ser-

Fol.187.a. vatoris nostri Iesu lux | ei exoriatur.

Promotiones.

Habuit et hic annus tres solennes promotiones, quarum prima Facultatis medicae propter obitum illustrissimae principis et Dominae, Dnae Catharinae Ursulae, Hassiae Landgraviae etc. prorogata fuit in diem 13. Aprilis. In hac promotione praestantissimus Medicinae Candidatus, Abrahamus Vechnerus Sprotta-Siles. sollemniter creatus et renunciatus est Medicinae Doctor a Clarissimo et experientissimo viro, Dn. D. Nicolao Brunone, Professore Medico, praemissa eleganti quaestione de absurdo praegnantium mulierum appetitu.

Secunda promotio fuit Facultatis Philosophicae, habita d. 6. Iulii hora 7, in qua quatuordecim honesti ac docti adolescentes, Philosophiae Candidati, eadem hora prius laurea prima ornati pro more, postea etiam summo Magisterii titulo et secundae laeureae infula coronati sunt a Clarissimo Excellentissimoque viro Dn. M. Rodolpho Goclenio, Philosophiae in illustri Mauritiana Professore primario, qui et orationem doctam praemisit de hoc Virgiliano [*Ecl. VIII, 75*] — — numero Deus impare gaudet. Quaestionem autem elegantem de caso memoriter habuit Clarissimus et excellentissimus vir Dn. Ioannes Combachius, physicae Professor P. in tribus membris: 1. cur esus casei aliis conveniat, aliis non, 2. unde vermiculi in caseo, 3. cur quidam natura abstineant ab esu casei.

Fol.187.b. Ordo et nomina Candidatorum ita habent.

Ioannes Mollenfeld Marpurgensis.
Wernerus Steuberus Fronkirchensis.
Casparus Stippius Francobergensis.
Henricus Mardorffius Zigenhainensis.
Tobias Mylius Cassellanus.
Conradus Heisenius Hofgeismariensis.
Samuel Cancrinus Treisensis.

Henricus Gerhardus Treisensis.
Daniel Carolus Neander Corbacensis.
Christianus Meckbach Hirsfeldensis.
Bernhardus Schenckelius Hofgeismariensis.
Fridericus Zinckgreivus Lichtenaviensis.
Henricus Rhodius Libenaviensis.
Ioannes Wilhelmus Hexius Cassellanus.

Tertia promotio fuit Facultatis Theologicae, in qua Reverendus et Clarissimus vir, Dn. Raphael Eglinus Iconius Tigurinus, S.S. Theologiae D. et Professor celeberrimus, d. 17. Augusti Doctorales in Theologia honores in splendido et solenni actu contulit Reverendo et Clarissimo viro Dn. M. Philippo Caesari, Cassellano, Superattendenti Holsatiae et Concionatori aulico illustrissimi et celsissimi Holsatiae Principis et Domini, Dni. Ioannis Adolphi, Principis religiosi et orthodoxi. Literis humanioribus operam dederat hic Candidatus Cassellis primum in Schola civica, deinde in illustri Mauritiano Gymnasio ibidem, FoL188.a. |postea adultior factus in inclyta Academia Marpurgensi per annos complures, in qua officium stipendiarii maioris sustinuit cum laude et solidam Theologicarum rerum doctrinam sibi comparavit, unde et Magisterii titulum et publicum eruditionis testimonium consecutus est, antequam in Holsatiam commigraret, vir apertus et orthodoxus*).

LECTIO LEGVM ACADEMICARVM.

Calendis Iuliis ex veteri piorum Antecessorum instituto in consueto auditorii iuridici loco et in frequenti omnium ordinum conventu praelectae sunt leges Academicae, posteaquam Rector orationem praemisisset convenientem loco et tempori, de Excellentia studiosorum. Quibus omnibus rite peractis Rector epulum Rectorale apparatus in Consistorio Academico, invitatis omnibus Dominis Professoribus, Consiliariis et ministris Ecclesiae aliisque Doctoribus et Paedagogeis Praeceptoribus, Academiae civibus exhibuit. Similiter et prandium gratitudinis et benevolentiae symbolum suo in Museo paravit d. 7. h. 10. Februarii omnibus Dn. Professoribus et verbi divini ministris.

CONFLICTVS STUDIOCORVM.

Celebrabantur Marpurgi d. 31. Iulii nuptiae Ornatissimi Doctissimique viri Ioannis Preuswerk Basiliensis I. U. Candidati praestantissimi cum castissima et pudicissima virgine, Anna-Elisabeta Iodoci Schuleri civis Marpurgensis filia. Ad quas Professores omnes et studiosi etiam non pauci vocati erant, et inter hos quidam nobilis, Ioannes-Ernestus Klencke, iuvenis alioquin ingeniosus, sed tamen, ut videbatur, rixosus. Inter hos et FoL188.b. quosdam non invitatos, Georgium nimirum Heisium et Esaïam Kluppelium, Corbachianos, ipso nuptiarum die a coena in loco choreis destinato gravis conflictus, levi de causa, ex veteri quodam forsitan rancore, in publico foro est exortus. Qui in tumultum exiturus esse videbatur, nisi Rector in tempore huic malo occurrisset. Venerant enim et Corbachiani illi, licet non vocati, in locum illum saltantium, non tam fortassis saltandi, quam spectandi causa, ut in nuptialibus festivitatibus saepenumero a studiosis nostris fieri solet quodam abusu, ne dicam contemptu legis Academicae XIII, quae severe prohibet, 'ne quis studiosus se nuptialibus saltationibus in curia temere admisceat'. Adducebatur Kluppelio virgo a quodam nuptialium, honoris ergo, ut cum ea saltaret. Quod et Kluppelius faciebat, arbitratus honeste se hoc recusare non posse. Quem cum saltantem videret Klencke, iniquo ferebat animo, saltare eum, qui nuptialis non sit, caeteros vero nuptiales in hoc exercitio ita impediri. Aggredebatur igitur e vestigio Kluppelium et Heisium, comminatusque instanter monebat, ut ilico ex saltantium choro exirent. Quod Corbachiani

*) De Philippo Caesare acerrimo reformatae confessionis propugnatore postea sacra pontificia amplexo cf. quae ad a. 1602 dicta sunt.

facere recusabant, dicentes non minus sibi, quam aliis studiosis illum locum esse liberum. Illi urgere vehementius, hi refragari pertinacius, donec tandem provocatione ultro citroque ad forum facta, res a verbis ad verbera deveniret. Quorum primus Klencke e curia in forum stricto gladio prosiliens Kluppelium quantumvis cunctantem ibi lacessebat, egressumque curia, ut et Heisium, fretus aliorum accurrentium studiosorum auxilio, mucrone suo hostiliter invadebat. Confligebant autem inter se acerrime complures a partibus Klenckii cum duobus Corbachianis, in quo conflictu non tantum hi Corbachiani aliquot in capite acceperunt vulnera, dum vim declinaturi cursu se suum in hospitium (quod est in foro) reciperent, sed etiam Professori cuidam, qui e curia domum abiturus, ut dissidium dirimeret, bona intentione accesserat propius, a Klencke adversarium petente, aberrante gladio, periculosum in parte colli vulnus inflictum est. Nec tamen hic conflictus huius finis erat. Klencke enim cum sociis suis Corbachianos licet misere vulneratos verbis durioribus e domo ad pugnam renovandam iterum provocabat. Quam iniuriam aegerrime ferens Heisius iusto dolore, e grabato procurrens, bombardam minutis plumbi granulis oneratam, praemissa aliquoties comminatione, e fenestra displodebat, manumque alteram Klenckii levi inde inflicto vulnuscule perstringebat. Unde exacerbati Klenckiani confestim in aedes illas infra Buschlerianas se recipiebant, allatisque per famulos sclopetis se muniebant, quo facilius adversariorum aedes glandibus plumbeis infestare possent. Quo audito Rector sine cunctatione ipse in forum prodibat, vidensque ibi frequentes studiosos et cives, dubium rei inventum expectantes, ipse diversas partium aedes ingrediebatur authoresque turbarum, data dextera, promittere pacem et tranquillitatem iubebat. Quo facto omnis contentio studiosorum dicto citius conticescebat. Paucis post diebus facta diligenti inquisitione res tota ad Senatum Academicum est delata, et compendioso Academiae processu instituto, ne quis se auditum non esse iure praetendere posset, examinatis utrinque testibus iuratis, relegatio tandem 13. d. 7bris Klenckio, ut primo auctori omnium horum motuum, et Kluppelio, ut provocanti et contra legem Academ. temere delinquenti, publice in consessu omnium Dn. Professorum a meridie est indicata. Ideoque sequenti die 16. 7bris Klencke, affixo publico foribus collegiorum programme, quod nihil quicquam deprecaretur, ex Academia pariter et oppido est relegatus. Kluppelio vero deprecanti relegatio in poenam carceris est mutata: et Georgius Heisius nullam adeptus poenae constitutae mitigationem carcere simul est mulctatus.

Restitutio Ioannis Zigleri Marpurg.

Ioannes Ziglerus Marpurgensis relegatus fuerat anno 1612, quod quendam vicinum sartorem, civem, contra statum Academiae ad digladiationem temere provocasset. Qui Ziglerus hoc triennio pie et honeste vixerat Genevae in Galliis suamque operam Typographo eius loci in revidendis et corrigendis scriptis cum laude locaverat. Itaque huc reversus ut publicum natalium testimonium peteret, quo in conciliandis nuptiis uteretur, cum intercederet pro eo nobilissimus et Clarissimus vir Dominus Catharinus Dulcis, exoticarum linguarum Professor Ordinarius, communibus Dn. Professorum suffragiis d. 26. 7bris a meridie hora 5. in pristinum suum locum restitutus est.

Oeconomica.

Universitas Marpurgensis amplius centum annis fundum sine dubio integrum et indivulsum habuit in Ockershusii agro, ut testantur literae nuper in inventatione rerum Fol.190.a. Academicarum repositae et in membrana scriptae. Cuius fundi pars altera a multis annis, nescio quo iure distracta, ad quendam bonum virum Ioannem Lunckerum Romrodensem haereditate forsan devenit. Qui eam partem venditurus, primo omnium cum Rectore et Oeonomo, ut par erat, superiori mense Augusto agere inceperat, resque eo in hoc contractu deducta erat, ut inter partes de precio quadringentorum florenorum propemodum conveniret. Interea temporis quadam circumventionem usus, ut videbatur, quidam Daniel Orthwin Ockershusii colonus cum venditore agebat, villaeque proprietatem trecentis nonaginta septem florenis, meliorationem vero, quam Lunckerus in illa sola parte habere non poterat, octoginta tribus florenis et sedecim albis mercabatur. Rector aegerrime ferens hoc tacito contractu Academiam circumveniri, et illam proprietatis partem ita plane ab altera Academiae parte abalienari, iure retractus contendebat, nomine Academiae, ad illum contractum admitti. Quod cum pertinaciter recusaret emptor, nisi simul etiam meliorationis pecunia exponeretur, Rector ducentis florenis in Curia depositis, quantum nimirum emptor pro iure proprietatis exposuerat, illud totum negotium Dominis Consiliariis Dicasterii Marpurgensis committebat cognoscendum. Qui, citatis partibus d. 29. Novembris, fundum illum venditum iure *πρωτιμύσεως* Universitati adiudicaverunt, meliorationis vero precium emptoris fratri Ioanni Orthwin, colono eiusdem fundi, qui se a fratre Daniele illum emisse

Fol.190.b. 83 florenis et 16 albis ultro fassus est, sed hac tamen lege, ut si quando Academia fundum ipsum cum melioratione ad se recipere, vel in alium transferre colonum cupiat, tantum tum numerare teneatur, quanti illa eo tempore aestimetur. Legantur ea de re literae, publico Dicasterii sigillo munitae.

Mense Septembri iussu Rectoris incepta et d. demum 5. Octobris ad finem optatum perducta est accuratior omnium rerum ad Academiam pertinentium inventatio, studio fidei Clarissimorum virorum, Dn. M. Gregorii Schönfeldii, Oratoris et Syndici, et Dn. Ioannis Combachii, Physici. Quibus suam operam locaverunt Dn. M. Conradus Scharffenius, Academiae Notarius, et Dn. Georgius Rhe, Oeonomus. Suo autem quaeque ordine in scriniis reposita et in suas quoque classes distributa sunt, unde facile, si necesse sit, depromi queant, catalogo directorii adhibito, quem nostris subscriptionibus et sigillis notavimus.

Procurator causae illius, quae Academiae cum illustrissimo Principe Darmstatino, Dno. Ludovico Hassiae Landgravio etc., Confluentiae constitutus, missis inde literis per proprium tabellarium d. 22. Augusti significabat publico decreto d. 7. Iulii pronunciatum esse, ut pars adversa litem contestetur. A qua sententia illa statim appellavit ad iudicium superius, quod est Herbipoli: quae appellatio Academiae est solenniter insinuata d. 24. 7bris h. 12. per M. Stockhusium Notarium, duobus insuper testibus adhibitis.

IVDAEO-BAPTISMVS.

Advenerat ad nos ex Polonia quidam Iudaeus, nomine Iacobus, linguae Hebraicae et Chaldaicae admodum peritus et ingenio praestans, qui assidua Prophetarum lectione et

Spiritus S. illuminatione agnitionem Salvatoris nostri Iesu non mediocrem consecutus erat, adeo quidem, ut et blasphemus Iudaeos firmis rationibus confutaret, et fidem suam Hebraice et Germanice scriptam, succintisque quaestionum et responsionum formulis comprehensam, aperte profiteretur. Quem Christiani nominis amorem verbis non obscuris (utinam vero sincero etiam pectore) prae se tulit passim in hac urbe nostra, ita quidem, ut et devote peteret ad sacrosanctum Baptismi ritum admitti. Quod pium et laudabile eius propositum cum non possent non summopere probare Ecclesiastici Consistorii Domini Assessores et ministri etiam verbi, constituerunt eum voti huius honesti reddere compotem, si prius de novo in quinque praecipuis religionis Christianae capitibus more Catechumenorum institueretur. Quorum fidei institutioni ille se cupidissime subiecit adeoque brevi profecit, ut nihil iam videretur obstare, quo minus per S. Baptismum in Ecclesiam Christi reciperetur. Eodem tempore et puella quaedam nomine Rachel, annos circiter 18 nata, Battenberga (ubi aliquandiu in familia agens Pastoris Ecclesiae Battenbergensis capita religionis Christianae mediocriter degustaverat) Marpurgum venit, ut et ipsa liquidis Israelis fontibus uberius irrigata per S. Baptismum Christo et Ecclesiae posset inseri. Quod et facile impetravit. Dictus est sancto Baptismo dies 27. Augusti, quae erat Dominica

Fol.191.b. 12. Trinit. Interea | vero Consistorii Ecclesiastici et Ministerii verbis [*sic corr. ex* Ministerii verbi], Reverendi et Clarissimi viri Dn. M. Casparus Iosephus Diaconus et Dnus Ioannes Witheupt Subdiaconus d. 25. Augusti obnixè rogabant Ordinem Teutonicum, Academiam et Senatum Marpurgensem, ut pro laudabili Ecclesiae more constituto die ad sacram Baptismi ceremoniam pro Iacobo sponderent eique novum Christiani-Pauli nomen imponerent. Idem et totidem honestae matronae rogatae praestare annuebant, Rachelis nomen in appellationem convenientem Christinae-Mariae mutaturae. Constituto igitur die 27. Augusti, post concionem matutinam, quam ex Epistola Rom. cap. 11 accomodatissimam habuit Reverendus et Clarissimus vir, Dn. Gregorius Schönfeld, S. S. Theologiae D. et Professor et Ecclesiae Marpurgensis Ecclesiastes, ante administrationem Coenae Dominicae, praemissa quinque capitum religionis Christianae et fidei orthodoxae professione, in magna hominum frequentia, in templo Cathedrali ambo per S. Baptismum in Ecclesiam Christi salvatoris nostri recepti sunt. Rogabimus Deum, ut animos eorum iam Batizatorum S. Spiritu ita regat et foveat, quo ea, quae verbis publice professi sunt, deinceps etiam re ipsa, h. e. fidei salvificae fructibus, bonis operibus manifestius probent, sine omni hypocrisi.

Caetera omnia feliciter, divino iuvante numine, peracta sunt. Ita autem Deus Opt. Max. votis meis, in primo Magistratus huius scholastici limine conceptis, clementer annuit, ut optatam Academiae tranquillitatem alicubi etiam crucis et tristitiae sale aspergens ostenderet Rempublicam non humana prudentia sed divina ope | administrari, et quod in psalmo est, frustra vigilare castodes, nisi Dominus domum custodiat. Tu summe Rector coeli et terrae, Deus, gubernam hunc coetum docentium et discipulorum, ut omnia in laudem tui nominis et nostram salutem dirigantur. Amen. Consignatum ultimo Decembris, Anno 1615.

M. Theodorus Vietor,
sua manu spt.

Fol.192.b.
vac.

(1616.)

Fol.193.a.

ANNO DOMINI | MDCXVI. |

Calendis Ianuarii, vincente maiori suffragiorum numero, in Annum hunc RECTOR electus est CASPAR STURMIVS FRIDSLARIENSIS, S. S. Th: D. ET PROF: Ordinarius & Stipendiariorum Ephorus.

A quo ius civitatis Academicae sequentes bonarum literarum et humanitatis hi STUDIOSI adepti sunt.

Ioannes Putearius Eschvegiensis.	1 Ianuarii.
Ioannes Havecius Swerdensis.	2 Ianuarii.
Georgius Steingos Dalheimensis.	3 Ianuarii.
Christophorus Seilerus Eschvegiensis.	4 Februarii.
Balthasar a Thal Lippia-Westphalus.	5 Feb.
M. Melchior Gramannus Thuringus.	6 Februarii.
Nicolaus Dillenius Cassellanus.	7 Martii.
Hildebrandus Ficinus Abderodensis.	23 Martii.
Sylvester Erckelius Beurensis.	
Iohannes Goeddaeus Marpurgensis.	
Christophorus Vulteius Marpurgensis.	
Iustus Gerhardus Vulteius.	16 Martii.
Iohannes Happenius Beurensis.	
Iosias Homberg a Vacha.	
Eitelius Schonerus Zigenhainensis.	
Iohannes Leuchterus Cassellanus.	
Anthonium Matthaeus Herbornensis.	
Wilhelmus a Rehe Lichensis.	
Georgius Amelunxius Geismariensis.	
Laurentius Ellenbergerus Hombergensis.	
Daniel Henricus Gualtherus Isnacensis.	
Theodorus a Steinen Dusseldorpensis.	16 Martii.
Eucharis Gruberus Zigenhainensis.	
Christophorus Guntherus Witzenhusanus.	
Nicolaus Kümmelius Cassellanus.	
Helfricus Hennemannus Marpurgensis.	
Iustus Echardus Cassellanus.	
Christophorus Cellarius Borcanus.	
Caspar Willichius Gnoiensis Megapolitanus.	25 Martii.
Thomas Groth Luneburgicus.	25 Mart.

Fol.193.b.

	Iohannes Vormittag Cassellanus.	29 Mart.	
	Ioannes Adolphus Fabritius Stadensis.	29 Mart.	
	Iacobus Macovius Polonus.	4 Aprilis.	
	Gerhardus Titken Frisius.	8 Aprilis.	
	Rodolphus Friderus Mindanus.	10 April.	
	Ioannes Pistorius Saxomontanus.	15 April.	
	Georgius Ritterus Corbacensis.	}	
	Iohannes Raabe Hirsfeldensis.		15 April.
	Nicolaus Minschingerus Hirsfeldensis.	}	
	Ioannes Schmaltzius Sontranus Hassus.		
	Ioannes Gnezingerus Spangenbergensis.		
	Albertus Pifferlingius Iossensis Hassus.		18 April.
	Albertus Hermannus Hattenbachius.	}	
	Hermannus Gerhardus Balhornensis.		19 April.
	Georgius Godaeus Spangenbergensis.	20 April.	
Fol.194.a.	Ioannes Baurmeister Cassellanus.	20 Aprilis.	
	Ioannes Streicherus Hofgeismariensis.	22 Aprilis.	
	Laurentius Becker Cassellanus.	23 Aprilis.	
	Ioannes Reinhardus Hetgen Schweinsburgensis.	23 Aprilis.	
	Iohannes Herberus Cassellanus.	23 Aprilis.	
	Nicolaus Sachsensteter Roedelanus.	}	
	Cunradus Bronstein Hofgeismariensis.		24 Aprilis.
	Iohannes Georgius Nollus Stefonicus.	}	
	Mauritius Buchnerus Spirensis.		25 Aprilis.
	Adamus Eulnerus Helfanus.	25 Aprilis.	
	Iustus Schotte Grebensteinensis.	}	
	Martinus Brechtius Grebensteinensis.		27 Aprilis.
	Iohannes Eckmann Grebensteinensis.		
	Iacobus Reichwinus Eschvicensis *).	29 Aprilis.	
	Cunradus Beckdorff Geismariensis.	30 Aprilis.	
	Paulus Zeltius Morsensis Hassus.	1 Maii.	
	Iohannes Schoppachius Dreisensis.	2 Maii.	
	Henricus Wiskeman Eschvicensis.	3 Maii.	
	Ioannes Andreas Cassellanus.	}	
	Ioannes Henricus Andreas Cassellanus.		
	Ioannes Steinius Sontranus.		4 Maii.
	Iohannes Hormanus Servestanus.		
	Hieronymus Stuckradius Rodenbergensis.	8 Maii.	

*) Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: relegatus An. 1620.

	Ieremias Zimmerman Rotenbergensis.	}	8 Maii.	
	Iohannes Causius Hanoviensis.			
	Ludovicus Theodorici Wetzlariensis.		11 Maii.	
	Georgius Theodorus Charitaeus Fuldensis Buchonius*).		14 Maii.	
	Burckhardus Uffelman Webensis.		15 Maii.	
	Iohannes Kauderbachus Numbergensis.		17 Maii.	
	Sebastianus Hempelius Silesius.		18 Maii.	
Fol.194.b.	Sigismundus Gerstius Silesius.		18 Maii.	
	Otto Fischer Treffurdensis.		21 Maii.	
	Henricus Weddenhofius Lubecensis.		22 Maii.	
	Iohannes Bidericius Plumbergensis.		29 Maii.	
	Ioannes Cocus Hombergensis.		30 Maii.	
	Laurentius Nicolai Hombergensis.		30 Maii.	
	Nicolaus Mychaelis Meysenheimensis.		18 Iunii.	
	Remigius Feschius Basileensis Helvetius.		21 Iunii.	
	M. Iohannes Kornmannus Hamelburgensis.	}		
	Wolfgangus Henricus a Breidenbach.			
	Erasmus Wilhelmus a Breidenbach.		25 Iunii.	
	Ioannes Othmarus a Breidenbach.			
	Iohannes Bernhardus a Breidenbach.			
	Iohannes Hawlichius Pragensis Bohemus.		10 Iulii.	
	Stephanus Steffecius a Colodieg Bohemus.		11 Iulii.	
	Georgius Lincke Lignitio-Silesius.		15 Iulii.	
	Cyrillus Tasziski	}		
	Andreas Pilaroski		Nobiles Poloni.	17 Iul.
	Alexander Prziphoroski			
	Iohannes Krieg Obernamenaviensis.		17 Iulii.	
	Daniel Sachsus Halberstadiensis.			
	Iohannes Georgius Hinnicke Servestanus**).	}		
	Iohannes Hoppenius Warburgo-Westphalus.		18 Iulii.	
	Iohannes Ernestus Biderman Servestanus.			
	Iohannes Petrus Windeckerus Ocarbensis.		26 Iulii.	
	Henricus Stumphofius Essendiensis.		27 Iulii.	
	Caspar Mollerus Bischhusanus Hassus.		28 Iulii.	
	Theodorus Strackius Essendiensis.		28 Iul.	
Fol.195.a.	Georgius ab Alefeld Holsatus Nobilis.	}		
	Georgius a Buckwald Holsatus Nobilis.		3 Augusti.	
	Rodolphus Burenneus Schaumburgicus.			

*) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: relegatus anno 1618.*

***) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: Hoc eodem anno confossus obiit.*

	Arnoldus Vigh Nobilis Badno-Geldrus.	8 Augusti.
	Anthonius Doenus Hamelensis.	8 Augusti.
	Philippus Schreiner Custrinensis.	} 10 Augusti.
	Iohannes a Kalckreutter Silesius.	
	Henricus a Bunsch Ratzbar Silesius.	
	Sigismundus a Bunsch Ratzbar Silesius.	
	Iohannes Fridericus Vitzthumb ab Eckstat.	
	Georgius Bartingus Borussus.	17 August.
	Iean Cussol Gallus.	24 August.
	Henricus Schmerheimb Westphalus.	31 Augusti.
	Ioannes Brandis Hildesheimensis.	} 31 Augusti.
	Iohannes Susterman Hildesheimensis.	
	Iohannes Ebelingius Hamburgensis.	} 31 August.
	Simon Buschius Zigenhainensis.	
	Adamus Georgius a Baumbach.	
	Theodorus Rexrodus Wanfridensis.	
	Simon Cancrinus Dreisensis.	
	Echardus Motzius Witzenhusanus.	
	Cunradus Dösselius Stammensis.	
	Wigandus Dexbach Marpurgensis.	
	Iohannes Pistorius Zigenhainensis.	
	Iohannes Henricus Pistorius Zigenhain.	
	Cunradus Vogtius Zirenbergensis.	
	Iohan — Christophorus Angelus Holtzheimensis.	
	Iohannes Kistmannus Francomontanus.	
	Iohannes Stöer Kirchainensis.	
	Iacobus Schollius Allendorfensis ad Lumbdam.	
Eol.195.b.	Ioannes Pfannkuch Marpurgensis *).	} 31 August.
	Eberhardus Happelius Kirchainensis.	
	Wigandus Crispinus Dreisensis.	
	Ianus Bille Nobilis Danus.	
	Christianus Ulfeldius Nobilis Danus.	
	Iohannes Kuchenbecker Wolfhagensis.	} 2 Sept.
	Christophorus Ludovicus Pauli Marp.	
	Martinus Felsius Bernas Helvetius.	10 Sept.
	Daniel Staden Corbacensis Waldecus.	20 Sept.
	Ioanes Philippus Heigerius Upstadiensis.	24 Sept.
	Albertus Crustius Saxo Holsatus.	

*) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: relegatus Anno 1620 et eodem restitutus.*

Theodorus ab Alefeld	} Nobiles Holsati.	24 Sept.
Benedictus ab Alefeld		
Martinus Fischerus	} Colmarienses.	25 Sept.
Martinus Heër		
Petrus Eysingius Gruningus Frisius.	}	26 Sept.
Ippeus Ostesseus Frisius.		
Felix Wyssius Helvetio-Tigurinus.		26 Sept.
Iohannes Frischius Bernas Helvetius.		2 Octob.
Sigefridus Sartorius Francofurtensis ad Oderam *).		5 Oct.
Ernestus Auss der Muklen Lipsiensis.		5 Oct.
Georgius Herdringius Susatensis.		8 Oct.
Henricus Qvatius Iuliacus.		9 Oct.
Theodorus Magirus Sontranus.		11 Oct.
Iohannes Malcus Borcanus.		14 Oct.
Iohannes Honachsius [<i>sic</i>] Huxariensis.		15 Oct.
Iohannes Ludovicus Scheffer Cassel.		16 Oct.
Daniel Von Stetten.		21 Oct.
Iohannes Keilichius Dessauensis.		22 Oct.
Iohannes Ludovicus Langius Noricus.		27 Oct.
Helvicus Echeelius	} Butzbacenses.	28 Oct.
Sebastianus Echzelius		
Ezardus Stamlerus Frisius Orientalis.		1 Novembris.
Iohannes Gottschalek Wolfhagensis.		2 Novemb.
Iohannes Crassus Steinfurtensis.		4 Novemb.
Henricus Schlichtingius Witzenhusanus.		5 Novemb.
Iohannes Zeisingius Anhaltinus.		6 Novemb.
Christianus Iungman Witzenhusanus.		6 Novemb.
Casparus Falco Francomontanus.		9 Novemb.
Iustus! Sinoldus dictus Schütz.		12 Novemb.
M. Eucharius Bachmannus Homberg.		16 Novemb.
Ioachimus a Lestwitz Nobilis Siles.		16 Novemb.
Ostwaldus Ludolphus Waldcappelensis.		20 Novemb.
Ioannes a Durste Susatensis Westpal.		23 Novemb.
Ludovicus Horstmannus Zierenberg.		29 Nov.
Iohannes Rybinus Posnaniensis Polonus.		5 Decemb.
Iohannes Philippus Messerschmidt.		18 Decemb.

Et hi sunt publici, in Album Academiae relati hoc eodem anno.

*) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: hoc eodem anno relegatus.*

Fol.196.b. Hoc anno a Clarissimo Viro Dno. M. Theodoro Vietore Paedagoga in Paedagogeum recepti et in album Academiae relati sunt, quorum nomina iam sequuntur.

Inscripti sunt sexaginta septem, inter quos:

- Erasmus a Baumbach Nobilis Hassus.
 Theodoricus Westphaln Nobilis Westphalus.
 Iodocus Westphaln Nobilis Westphalus.
 Casparus Magnus Schenck zu Schweinsburgk.
- Fol.197.a. Mauritius a Bodenhausen } Nobiles Hassi fratres.
 Otto Rudolphus a Bodenhausen }
- Andreas ab Esbach Nobilis Westphalus.
- Fol.197.b. Goswinus ab Esbach Nobilis Westphalus Brockhusanus.
 Philippus Matthaesus
 Fridericus Matthaesus } Marpurgenses fratres*
 Christophorus Matthaesus }
 Iohannes Hartmanni } Marpurgenses fratres**
 Christophorus Hartmanni }

Caeterum hoc anno auspicata iuxta tristiaque haec evenerunt.

AUSPICATA.

Auspicatus et secundus hic annus praecipue fuit quatuor Clarissimorum Iuris Utriusque et Medicinae Doctorum promotionibus.

Fol.198.a.

1.

Prima fuit statim sub anni auspiciis 18 Ianuarii quinque Doctorum utriusque Iuris.

- Dn. Cunradi Benthennii Dethmoldiensis.
 Dn. Ioannis Waltheri Happelii Gelnhusani.
 Dn. Eberhardi a Rehe Licha-Wetteravi.
 Dn. Christiani Grothen Monasteriensis et
 Dn. Cunradi Michelbachii Rauscheburgo-Catti.

Quos Excellentissimus Iuris interpres et Pandectarum Professor eximius, Dn. CHRISTOPHORVS DEICHMANNUS Utriusque Iuris Doctores renunciavit.

2.

Altera promotio duos Medicos Dn. M. Melchiorem Gramannum Erphordensem Thuringum et Dn. Iohannem Iacobum Reuterum Styrum, Diribitore Experientissimo Viro Medico Clarissimo, Dn. IOHANNE HARTMANNO Medicinae Chymiatricae in hac ipsa Academia Antecessore, 13 Iunii artis suae Doctores fecit.

*) Hi videntur e novem filiis esse Antonii Matthaesi, iuris professoris Marburgensis 1606—1625, e quorum numero Christophorus, natus a. 1608, Harderwici medicinae professor fuit. Cf. Strieder VIII. p. 261 sqq.

**) Filii, ut videtur, Ioannis Hartmanni prof. math. et medic.

3.

Tertia promotione insignia Doctoralia in Utroque Iure sunt consecuti, Promotore Fol.198.b. Viro Excellentissimo Dno. ANTHONIO MATTHÆO, L. U. Doctore | et Institutionum Professore, hoc ordine non tam eruditione, quam amica sortitione sic collocati:

Dn. Eberhardus Dozenus Bremensis.
 Dn. Rodolphus Friderus Mindanus.
 Dn. Iustus Kipius Hamelensis.
 Dn. Henricus Iulius Schadaeus Halberst.
 Dn. Theodorus Lange Bremensis.
 Dn. Lubertus Iconius Friso — Kniphusanus et
 Dn. Burckhardus Henricus Breuer Benthemico-West.

4.

Quarta denique Doctoralis Coronae impositio accessit reddita duobus itidem Clarissimis Viris Dno. M. GREGORIO SCHONFELDIO Academiae Syndico et Rhetorices Professore, et Dno. CASPARI WILLICHIO Gnoiensi Megapolitano, qua 25 Novembris Excellentissimus Iuris Antistes, Dn. IOANNES GOEDDÆVS Pandectarum in hac ipsa Academia Professor ordinarius perfunctus est.

Et ita non sine felici omine quatuor promotionibus sexdecim Doctoribus inclyta haec Academia exhilarata est.

5.

Fol.199.a. His quatuor Doctorum promotionibus accessit et promotio, qua Promotore Clarissimo Viro, Dno. M. GEORGIO CRUCIGERO Logices Professore celeberrimo subsequentibus lectissimis et doctissimis iuvenibus laurea philosophica secunda collata est 15 Augusti.

Nomina eorum haec sunt.

Ioannes Gengerus Spangenbergensis.	Theodorus Krantz Wetteranus.
Philippus Gabriellus Schleswicensis.	Georgius Schlesing Marpurgensis.
Henricus Dornemannus Stathaga-Schaumburgicus.	Iohannes Eysern Gemundensis.
Philippus Kummelius Cassellanus.	Henricus Hencelius Englesianus.
Brixius Tharsander Grebensteinensis.	Iohannes Pauli Densbergensis.
Simon Francus Herosfeldensis.	Cunradus Westermannus Hofgeismariensis.
Georgius Zimmermannus Eschvicensis.	Georgius Hofman Sontranus et
Iacobus Breidenbach Zirenbergensis.	Tilemannus Crönerus Neidensteinensis.

TRISTIA.

Tristia vero, quae per hunc annum Academiae evenerunt, sunt haec:

Fol.199.b.

1.

Christophorus Clautenius Helmershusanus, L. L. et Phil. Studiosus, accepto in capitis parte anteriore vulnere Mense Augusto tristi funere obiit.

2.

Quod idem eadem infelicitate evenit Joanni Georgio Hinnicken Ascanio, quem Paulus Osius Reichenbacensis 2 die Septembris in femore confodit, 15 eiusdem mensis pie demortuum. Utriusque funus Academia his versibus deflevit:

Bis Nothus in scopulos, bis saxa horrentia torsit,
Bis mare turbatum et rorantes sanguine fluctus
Vidimus, et caesas sociorum flevimus umbras.

II.

His accesserunt Academiae quidem tristitia, ipsis autem defunctis pie et sancte obdormientibus laeta et salutaria funera.

1.

Octavo Februarii inhumatur Illustrissima Princeps ac Dna. Domina SOPHIA, Hassiae Landgravia &c., Illustrissimi Principis ac Domini, Domini MAURITII Hassiae Landgravii, studiorum nostrorum altoris munificentissimi soror, virgo nulli aut religione aut pietate secunda.

Fol.200.a.

2.

22 Maii sepulta est Illustrissima Heroína ac Dna. Domina MAGDALENA, Illustrissimi Principis ac Domini, Dni. Ludovici Hassiae Landgravii coniux, ex Illustri Marchionum Brandeburgicorum familia orta.

3.

6 Martii in fata concedit vir pius et Dei timens ADAMUS Crugius Gelnhusanus, causarum forensium patronus.

4.

Calendis Iuniis moritur Clarissimus Vir Medicinae Doctor Dominus IOHANNES WOLFFIVS, Illustrissimi Principis LUDOVICI Senioris piae recordationis *Ἀρχίατρος*.

5.

Pridie Calendarum Iunii Prudentissimus iuxta et Doctissimus Vir Urbis Marpurgensis Consul et Senator Ericius Dechsbachius pie terrae traditur.

6.

19 Augusti frequenti funere tumulatus est Vir Consultissimus Dominus Cunradus Scharffenius Academiae Procurator.

7.

7 Maii pie obiit Iacobus Hartmannus Marp. D. D. Ioan. Hartmanni Medic. p. p. filius.

Fol.200.b.

RELEGATORVM

hoc anno nomina.

Relegati sunt tum ob nocturnarum grassationum, tum pugnarum ac provocationum petulantiam hi sequentes.

1.

XXX Ianuarii Iosias Noldenius Corbacensis et Esaias Kluppelius Mengerinckhusanus tanquam membra indigna Academia relegati sunt.

2.

XVIII Septembris Nicolaus Bernhardus Frese, alias Qvitter, Nobilis Bremensis et Henricus Houmest Bremensis immunitatibus et privilegiis Academicis privati sunt.

3.

XXIII Octobris Reimarus Dorn Holsatus et Sigefridus Sartorius Francofurtensis ad Oderam relegationis poena mulctantur.

Praeter haec omnia quae supra adscripta sunt hoc quoque addendum existimo, nempe sub finem huius anni iussu Illustrissimi Principis ac Domini, Dni. MAURITHI, Hassiae Landgravii &c. iure de cathedra publice docendi donatum fuisse clarentem eruditione et virtute, Doctissimum Iuvenem M. Henricum Wetzelium Grebensteinensem. Quam functionem suam a Theologiae commentatione feliciter orsus est.

O stes, o mancas salvis ACADEMIA sceptris.

Hoc voto officii munera claudio mei.

Caspar Sturmus The. D. et P. ordinarius.

sss.

Fol. 201.
vac.

(1617.)

Fol. 202.a.

ANNO DOMINI ET SERVATORIS NOSTRI | IESV CHRISTI | MDCXVII | Calendis IANVARIIS | Legitime consentientibus Dominorum Professorum suffragiis Academiae huius Rector electus et pro more recepto publice renunciatus est: CHRISTOPHORVS DEICHMAN. IVR. V. D. ET PAND. PROFESSOR ORDINARIUS.

Sub eius Magistratu in Academiae huius Rempubliam, Iura Numerumque Civium recepti sunt virtutum et opt. literarum Studiosi, postquam fide data pietatem et legum observantiam morumque modestiam promisissent, quorum nomina sequuntur:

Iohannes Lobetanus Eschwegiensis Hassus.	Ianuarii 1.
Iohannes a Segar Anglus*).	Februarii 1.
Georgius Riese Treisanus Hassus.	6.
Henric. Iulius Hartweg Guelpherbytanus Saxo.	6.
Matthias ab Oppen.	21.
Iacobus Lampadius Leosteino-Brunsvigius.	
M. Petrus Olannt Thaukensis Iuliacensis.	25.
Georgius Marschalck.	Martii 7.
Iohannes Fabricius Lovensis Ditionis Paderbornensis.	
Casparus Scheid Schmalnaviensis Ditionis Fuldensis.	

*) Hoc nomen deletum est.

	Abel Strasburg Noribergensis.	Aprilis 9.
	Michael Grunebandus Prentzloa-Marchicus.	10.
	Petrus Erasmi Holsatus Husensis.	
	Franciscus Ioel Sundio Pomeranus.	
	Iohann Iost Osterwallt.	11.
Fol.202.b.	Albertus Loo Leoward. Frisius.	16.
	Wernerus van Gil Daventriensis.	19.
	Paulus Alting Emdanus Frisius.	
	Wesselus Ubbonis Emmii F. Frisius *).	25.
	Iohannes Molitor Cassellanus.	27.
	Petrus a Kalckreuter Silesius.	29.
	Gabriel Malletus Geneuensis.	
	Hermannus Göppelius Hersfeldensis Hassus.	Maii 2.
	Heinricus Faber Hersfeldensis Hassus.	
	Iohannes Georgius Moeresius Fachensis Hassus.	
	Petrus Lehnus Hersfeldensis Hassus.	
	Georgius Neunesius Smalcaldensis.	
	Guntherus Schorus Witzenhusanus Hassus.	3.
	Stephanus Feriken Immenhusanus Hassus.	7.
	Christophorus Pistorius Francobergensis Hassus.	11.
	Fridericus Vogtius Cassellanus.	
	Christianus Hugo Milosungensis Hassus.	12.
	Iohannes Rindfleischus Rotenbergensis Hassus.	
	Hermannus Clebius Hersfeldensis Hassus.	
	Iohannes Kangiesserus Zirenbergensis Hassus.	14.
	Christophorus Brandisus Oberelsungensis Hassus.	
	Georgius Baumbachius Schmalkaldensis.	
	Iacobus Iusthenius Lichtenaviensis.	
	Iohannes Schimmelpfengius Eschwegensis	} Fratres. 15.
	Georgius Schimmelpfengius Eschwegensis	
	Hermannus Creiterus Gottisbeurensis Hassus.	
	Philippus Kurtzerus Cassellanus.	20.
	Michael Iatzkovius Leoburgensis Pomeranus.	21.
	Matthias Crocorvius Leoburgensis Pomeranus.	
	Ioachimus Sassaesus Stolpensis Pomeranus.	
	Iohannes Lambertus Grebensteinensis.	22.

*) Hic Ubbonis Emmii filius patris celeberrimi d. IX. m. Dec. a. 1625 (non 1626) defuncti librum qui inscribitur *Vetus Graecia illustrata* edidit paulo post eius obitum. V. epist. dedicat. d. XVI. Ianuarii Iuliani 1626 scriptam.

Guilielmus Wustenhyverus Braunfelsius Solmensis.	24.
Iohannes Alexander Canis Cassellanus.	25.
Henricus a Poser, Eques Silesius.	
Henricus a Gefug Eques Silesius.	
Henningus a Steinwer Eques Pomeranus.	
Ernestus Lange Olsnens. Silesius.	
Casparus Graefe Uratislaviensis Silesius.	
Matthaeus Hanstein Ziegenhainensis.	28.
Philippus Bisterfeldius Sigenensis.	31.
Rudolphus a Gerssdorff Silesius.	Iunii 1.
Hermannus a Saltza Silesius.	
Theodorus Höpingk Susatorum Westphalus.	5.
Henricus Brauerus Marpurgensis Hassus.	7.
Christophorus Ungefugk Leuchtenaviensis Hassus.	12.
Iohannes Wolffius Numburgensis.	21.
Iohannes Fwsws [sic] Patachinus Ungarus.	Iulii 3.
Thomas Suba Levai Hungarus.	
Martinus Dus Murakozi Ungarus.	
Io. Abundius a Nova Voltureno Rhaetus.	
Michael Erdo Belthekinus Ungarus.	
Franciscus Pastoris Thornaus Ungarus.	17.
Michael Aszalos Gëonezinus Ungarus.	
Thomas Brantzius Arnhemio Gelrus.	
Theodorus Verhar Arnhemio Gelrus.	
Gotfridus Hegenitius Gorlicio Silesius.	19.
Iohannes Hutt Cassellanus Cattus.	20.
Henricus ab Ittersum Transisulanus.	
Iohannes Tinctor Wetzfiariensis.	
Simon Amalby Gallus Tholosan.	27.
Franciscus Rassond Gallus.	30.
Iohannes Gabeius Fosta Lusatius.	Septembris 1.
Philippus Waldschmid Michelbacensis.	
Georgius a Lewenstein.	
Henricus a Lewenstein.	
Laurentius Wagnerus Bidencapensis.	
Iustus Zoll Cassellanus.	
Benedictus Schefferus Schmalcaldensis Hassus.	
Wilhelmus Kleinmannus Malsfeldensis Hassus.	
Bernhardus Tonsor Treisensis Hassus.	

Fol.203.a.

Fol.203.b.

Ludovicus Omelius Francobergensis Hassus.	
Iohannes Barckhusius Salis Uffleniensis.	
Iohannes Conradus a Wertershausen.	
Martinus Wolnheupt Nidensteinensis Hassus.	
Ionas Textor Wetteranus.	
Iacobus Saller Crombacensis.	
Henricus Berthold Gudensbergensis.	
Henricus Heimbachius Marpurgensis.	
Kilianus Petrus Guxhainensis.	
Erasmus Rumohr Holsatus.	
Petrus Varnhold Bremensis.	
Iohannes Muller Thurnaviensis Francus Med. Stud.	20.
Iohannes Bloccius Monasteriensis Westphalus.	
Iohannes Franciscus Steigerus Helvetius Bern.	22.
Nicolaus Tschiffelinus HBernas.	23.
Nicolaus Wari Ungarus.	
Caius Blum Holsatus.	25.
Daniel Neuhaus Holsatus.	
Abrahamus Goluchonski de Goluchon Eq. Pol.	27.
Iohan Christoph Knaf Wormat.	
Quirinus Pflug Erphordia-Thuring. Med. Stud. Octobris	1.
Gerardus Maschop Calcarianus Cliviacus *).	2.
Bernhardus Ludekingius Lemgovia-Westphalus.	7.
Henricus Michäelis Padiborna Westphalus.	
Hector Wurtenburger Hanoviensis.	9.
Ægidius Schickhardus Sigenensis.	11.
Aro Guiviardus Rhaetus.	
Fabianus a Lehndorff Borussus.	16.
Ludovicus Thanus Neocuriensis.	17.
Adalbertus de Markon Dombroski Eq. Pol.	20.
Conradus Musculus Zierenbergensis.	22.
Reinhardus Caesarius Mundensis.	
Elias Holtzerus Vachensis.	
Cornelius a Rasfeldt Vesaliensis **).	
Iohannes Henricus ab Ottera.	23.
Iohannes Boëtius Posnaniensis.	
Philippus Hankrot Tilleburgensis.	24.
Balthasar Forsterus Bethania-Silesius.	27.

*) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: relegatus ao 1620.***) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: Anno 1620. Restitutus ao 1622.*

Henricus Holtzhausen Hombergensis.	
Iohannes Hordelman Grebensteinensis.	
Iohannes Finck Niedern Urffanus.	29.
Georgius Manegold Briloniensis.	30.
Otho Kröschelius Trefurtensis.	Novembris 6.
Regnerus Andreas Cassellanus.	
Henricus Hugo Stadensis.	13.
Philippus Geisweid Sigenensis.	21.
Albertus Theodoricus Störer Erichensis.	23.
Michael Fullebornius Glogoviensis Silesius.	25.
Fridericus Rubenkam Cassellanus.	Decembris 3.
Flaminus Gasto de Gastenau Lusatus.	4.
Godthardt Ernst von Reden.	5.
Herman Curdt von Reden.	
Iacobus Gribenius Saxo.	6.
Fol.204.a. Simon Ioachimus Rotekönig Westphalus.	13.
Henricus Luthmannus ex Lipp. Westph.	16.
Iohannes Bruno Magdeburg. Saxo.	20.
Iustus Silbergk Marpurgensis.	23.

Nomina vero Novitiorum in Paedagogeum receptorum sunt:

Inscripti sunt septuaginta, inter quos:

Fol.204.b.	Philippus Iatzhovius, Polonus nobilis.
	Georgius a Craco
	Christophorus a Craco } Poloni nobiles fratres.
	Bernhardus Philippus von der Malsburgk nobilis.
	Theodorus a Brienen Daventriensis Geldens. nobilis.
	Rötgerus ab Esbach Westphalus nobilis.

Fol.205—
208 vac.

(1618.)

Fol.209.a. ANNO MDCXVIII | a salutifero virginis partu, | Calendis Ianuariis, GEORGIUS CRUCIGER *Logices καὶ τῶν μετὰ τὰ φυσικά* Professor ordinarius et publicus, Universitatis huius Caput et Rector *ὁμοθυμαδὸν* salutatur et pro more publice proclamatur, traditis eidem fascibus et Magistratus Academici insignibus.

Sub cuius Regimine civitate et Reip. Literariae immunitatibus donantur optimarum doctrinarum hi studiosi, praevia tamen sancta promissione ab ipsis facta Legum observantiae.

Didericus Botmer Sontranus.	mense Ianuario.
Ioachimus Megbachius Fridwaldensis.	18 Febr.

Fol. 209. b.

Iohannes Georgius Seufferfeld Svevo-Hallensis*)	19 Febr.	
Iohannes Hoppius Hirsfeldensis.	14 Martii.	
Iohannes Cordesius Dessaviensis.	21 Martii.	
Iohannes Molitor Milsungensis.	23 Martii.	
Conradus Matthaëus Herbornensis	} 24 Martii e Pæ- dagogeo ad Aca- demiam transmissi.	
Balthasar a Rhe Lichensis		
Caspar Porta Marpurgensis		
Cunradus Camerarius Battenfeldensis		
Iohannes Daniel Lonicerus Marpurgensis		
Iohannes Hugo Milsungensis		
Iohannes Rosarius Wetteranus		
Iohannes Leichthamerus Wetteranus		
Melchizedech Gruseman Bromskirchensis		
Andreas ab Esbach } fratres nobiles		
Goswinus ab Esbach } Westphali		
Henricus Schreckerus Rhodensis	} Bremenses. 1 Aprilis.	
Henricus Leutenrod Treisensis		
Albertus Backe ll. studiosus		
Henricus Klamp ll. stud.**)		
Iohannes Broking Medic. stud.		
Bernhardus Houken ll. stud.		
Conradus Flörcke Lemgovio Westphalus.		2 Aprilis.
Petrus Sneller Marpurgensis.		2 Aprilis.
Ioachimus Lange Stadensis.		3 Aprilis.
Iohannes Schefferus Sachsenhusanus Waldecus.		3 Aprilis.
Henricus Caspar von Amelunxen.	4 Aprilis.	
Iohannes Witten Bocholdiensis.	7 Aprilis.	
Isaacus Chombartius Hanoviensis.	7 Aprilis.	
Iohannes Oldenhorst Hamburg ll. st.	10 Apr.	
Franciscus ab Eysingha	} 13 Apr.	
Gellius ab Eysingha } Frisii.		
Iohannes a Bootzma		
Wilhelmus Christophori Embdanus.		
Antonius Ernestus Marggraf, Swartzbornensis Hesus.	} 14 Apr.	
Caspar von Gersdorff Silesius.		
Iohannes Ifertus Elbanus.		20 Aprilis.
Christianus Fählun Geismariensis.		23 Aprilis.
Iodocus Bornman Gemundensis.		} 26 Aprilis.
Martinus Cronaugius Elbensis Hassus.		

*) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: Relegatus 11 Octobris Ann. [1]618.***) *Hoc nomen deletum et in margine scriptum est: in perpetuum relegatus cum infamia 6. Aug. An. 1620.*

Fol. 210.a.

Philippus Pistorius Saxenbergensis Gwaldecus.	}	27 Aprilis.	
Christophorus Wetzelius Geismariensis Hassus.			
Georgius Listemannus Allendorfensis Hassus.		28 Aprilis.	
Iohannes Siebertus Elgershusanus Hassus.		29 April.	
Augustinus Pfefferus Treisensis Hassus.	}	2 Maii.	
Iohannes Ottho Treisanus Hassus.			
Andreas Hildegardus Urfensis Hassus.			
Iohannes Georgius Murhardus Bucho-Fuldensis.			
Marcus Heinemannus			} e salinis Hassiacis.
Emmanuel Sperber			
Christophorus Cümmel Hummensis Hassus.			
Wernerus Textor Urfanus Hassus.			
Henricus Posthius Danus.		12 Maii.	
Gregorius Gobius Glogoviensis Silesius.	}	16 Maii.	
Iohannes Klawr a Wohra.			
Michael Sibert Elbingensis Borussus.	}	19 Maii.	
Hermannus von der Knippenburg Clivo-Vesaliensis.			
Iohannes Freyhoff Clivensis.			
Sigismundus a Niebelschütz	}	Silesii.	
Sigismundus a Loss			
Adamus a Stössel			
Ioachimus Newdorff			
Marcus Scipien Lipsensis.	}	27 Maii.	
Albertus Cammerer Goslariensis.			
Casparus Sestelius Goslariensis.			
Eustachius Breidenstein Rosbacensis.		25 Iunii.	
Christianus Keil iun. Budiss. Lusat.	}	7 Iulii.	
Sigismundus ab Utman in Smoltz			} eqt. Silesii.
Ernestus ab Utman in Smoltz			
Nicolaus Diefenbach Wimariensis Hassus.		22 Iulii.	
Samuel Makousky Polonus.		22 Iulii.	
Matthaeus Haltmeier Sangallensis.	}	3 Augusti.	
Iohannes Ludowicus Rieding Basiliensis.			
Georgius Ernestus a Wedel Marchicus.		10 Aug.	
Matthaeus Kraegelius Tutschenreutensis Poio [sic, an Boio?] Palatinus.		25 Augusti.	
Iohannes Hoffmeister Bremensis.	}	7 Sept.	
Franciscus Ico Freitag Frisius Orient.			
Iohannes Vultejus Marp. Hassus*).			

*) *Hermanni, ut videtur, filius postea non minus patre clarus, natus a. 1605, mortuus 1684, inde ab a. 1633 principum Hassiae Cassellanorum consiliarius intimus, ad pacem Westphalicam legatus, ab a. 1651 cancellarius. Frater eius maior natu, Ioannes Christophorus, inscriptus est a. 1616.*

Georgius Geys Marp. Hassus.	}	
Samuel Gravius Allendorf. Hassus.		
Iohannes Wesselius Cassellanus.		
Theodorus Christophorus Goclenius Buding.		
Hermannus Pauli Marpurgensis.		
Nicolaus Bernerus Francofurtensis.		
Iacobus Schüslerus Wetteranus Hassus.		
Hermannus Günstius Fridslariensis Hassus.		8 Sept.
Coelestinus Sybothus Battimontanus.		
Iohannes Günstius Fridslariensis.		
Iohannes Müllerus Eyterhainensis Hassus.		
Bernhardus Lauterman Allendorfensis Hassus.		
Ludowicus Bromsenius Zirenbergensis.		
Iohannes Wolfgangus ab Hesberg Hassus.		
Tilemannus Regensdorf Bremensis.	9 Septemb.	
Anastasius Παρόπολος Corinthius Graecus.	9 7br.	
At vero vixdum inscriptus Albo civium Academicorum indignus depre-		
nditur ob nefaria, quorum convictus fuit, scelera.		
Gerardus Louwerman Clivo-Embricensis.		
Philippus Andreas Frölich Neoburgo-Palatinus.	21 Septemb.	
Martinus K. Szilvasi Hungarus.	}	
Benedictus M. Szentkirali Hungarus.		
Gregorius S. Nadudvari Hungarus.		
Caspar Langen Westphalus.		
Christianus Besselius Deth. [?] Westphalus.		22 Septembr.
Antonius Buxtorf Hammon. Westphalus.		
Wilhelmus Bernhardus Berlin Weilbrunnensis.		
Iosua Majus Romhilda Francus.		
Georgius Adamus Heilman Mospacensis Palatinus.	}	ultimo 7bris.
Georgius Cunradus Mombelgardensis.		
Iohannes Christophorus Kauffman Heidelbergensis.		

Fol.211.a.

Per Rectoris ad Synodum Nationalem Dordracenam ab Illustrissimo Principe et Dno. Dno. Mauritio Hassiae Landgravio etc. Mecaenate et Patre Patriae nostro longe clementissimo delegati absentiam a clarissimo viro Dno. M. Theodoro Vietore Professore Graeco et Paedagogeiarcha vicariam Rectoratus Administrationem obeunte in album Academicorum hoc Anno porro adscripti sunt:

Iapheth Molitor Laufenfeldensis Hassus.	9 Octobris.	
Iohannes Kurtzkurt Altenhasungensis.	}	17 Octobris.
Ludowicus Faber Wolfhagensis.		
Iohannes Majus Romhildensis Francus.		19 Octob.

Martinus Gundelachius Allendorfensis Hassus.	20 Octobr.
David Ursinus Allendorfensis Hassus.	21 Octobris.
Wolfgangus Abrahamus ab Haunolt Siles. } Caspar von Gernssleben.	23 Octobris.
Cunradus Grentzenbach Milbacensis Hassus.	24 Octob.
Engelhardus ab Hagen Allendorfensis.	2 Novembris.
Philippus Sigismundus Cludius Helmstadiensis.	6 Nov.
Christophorus Curaeus Apterodensis.	16 Nov.
Gerhard Ketler zum Gerckenthal Nobilis. } Melchior Lobbele Iserlonensis Marco-Westphalus. }	28 Nov.
Simon Bergman von Berge Westphalus.	12 Decemb.
Alexander Backhauss Huxariensis.	29 Decemb.

Hactenus ergo Academicorum seu Studiosorum Publicorum Nomina, quae ipsi suo
Rectori professi sunt, consignavimus.

At vero

In Disciplinam Paedagogicam hoc Anno traditi sunt.

Fol.211.b.

Fol.212.a.

Inscripti sunt duodequinginta, inter quos:

Christophorus Albertus a Seckendorf nobilis Francus.

Adamus a Lendersheim nobilis Francus.

Fol.212.b.

Ἀξιωματώμενα,

quae sub annuo hoc evererunt Magistratu.

Primordia quidem administrationis huius annuae cum tot ac tantis permiste implicita difficultatibus vidimus, ut a publicae tranquillitatis turbatoribus Reipublicae nostrae navis in ipso etiam portu eversionem initio metuerimus. Necdum enim sedati erant Catalinarii motus illi ac tumultus, quos sub praecedentis anni finem disciplinae impatientiores tenebriones nonnulli excitarant, in ipsum etiam Universitatis caput nefarie iniurii, sparsis, inter alia, sceleratissimis in vulgus chartis, quibus famam eius atque existimationem nominis haud leviter attentarant.

NERVUS DISCIPLINÆ.

Ad istorum ergo furorem frangendum et rabiem, mandato ac iussu Illustrissimi Principis ac Dni. Dni. MAURITH Hassiae Landgravii etc. summus Dicasterii huius praeses, praenobilis ac strenuus vir Iohannes a Linsing, nec non Amplissimus Vicecancellarius D. Iacobus Iungmannus convocatis per publicos Academiae nostrae ministros omnibus et singulis studiosis coram Rectore et Vicecancellario Academiae, ut et Professoribus nonnullis aliis, in Consistorio nostro facti istiusmodi atrocitatem dignis modis exaggerant cum denunciatione poenarum multo gravissimarum, quibus facinoris illius deprehensi Authores et conscii, aeterna cum nominis infamia subiiciendi et aliis statuendi sint exemplo.

Fol.213.a.

Qui quidem plenus consilii Actus et ad retundendos ferociorum spiritus maxime accommodus, ut in animis iuventutis profundius insideret haereretque firmius, visum est

Senatui Academico universo, ut eadem ipsa perpetua ac constans Celsissimi Herois ac Principis mens publico ad valvas templi adfixo programmate repetita sub omnium subii- ceretur aspectum.

Et cum mirifica quaedam et prope singularis exemplorum vis sit, non solum ad in- flammandum animos, ut imitatione honesta aemulentur, quos ob virtutum actiones ad honores et dignitates ascendere cernunt, sed etiam ad absterrendum eosdem a turpitudine morum ac vitiorum spurcitie, ostensa eis in turpiter viventium παραδειγματισμῶ, veluti in speculo, similitudine morum, et quae eos comitatur, ignominiae foeditate, praeter irro- gatas mulctae et carceris poenas, haec insuper exempla extare volumus Relegationis, qua immunitatibus omnibus ac privilegiis exutos rursus ac nudatos a literarum consortio sub- moveremus hos sequentes, pro delictorum tamen varietate,

publice quidem promulgata decreti sententia

25. Ianuarii. GEORGIUM Theodorum Gnade, (alias graeco cognomento CHARITÆUM) Fuldensem, quum sub anni superioris finem, puta 28. Decembr: Theodorum Steinium nobilem studiosum et Bernhardum Ludokingium Lemgoviensem Westphalum ex ordine ad Monomachiae certamen provocasset, eo autem nomine requisitus, neque Rectori suo telum, quo abusus fuerat, cedere, neque etiam coram Consistorio Academico, quantumvis sub Relegationis | poena citaretur, sistere se vellet, Senatus- que spreto mandato, obstinate emaneret.

5. Februarii. HARTMANNUM SCHAUIMIUM Gemun- danum Stipendiarium, postquam vulnera propemodum lethalia contubernali suo in collegii philosophici privi- legiatis aedibus cultro intulisset.

8. Martii. ANTONIUM TRIPPIUM Francobergensem, ob nocturnas grassationes debachationesque horrendas et provocationes aliorum ad pugnam gladiatoriam.

11. Octobris. IANO — GEORGIUM SEUFERFELD, Swevo-Hallensem, cum non tantum chartam plane scur- rilem virulentissimis contumeliarum in Dn. Eliam Scrö- derum I. Utr. Doctorem aculeis oppletam publice in coemiterio affixisset, (cuius tum e manu propria, quae noscebatur manifeste, tum e fuga et subductione repentina, aliisque indubitatis signis, et familiarium suorum testi- moniis convinci poterat), sed et Dominica 10. post Trin., quae erat 9. Augusti, ad diem 16. Septembris peremptorie citatus, contumaciter nihilominus emansisset.

tacite vero (ut vocant) seu, citra sententiae nostrae de Rele- gatione atque Excommunicatione latae publicationem,

25. Ianu. Bernhardum Ludo- kingium Lemgovio-Westphalum, quod a Georgio Gnade ad duellum sollicitatus cum eodem in certamen descendisset, ut iniuriam sibi et Steinio illatam | propria vindicta propulsaret.

28 Ianuar. Iano — Iodocum Osterwald Hamelensem Saxonem et Iano — Henricum BOGERUM Westphalum ob congressus mu- tuos et conflictus.

2. Martii. STEPHANUM a MACHWITZ nobilem Lituenum, quum alios ad pugnam sollicitas- set, quantumvis Rectoris pro- hibitionis interventu ipse confi- gendi actus fuisset praepeditus.

10. Septembris. IACOBUM KLING Sigenensem et PETRUM SCHNELLERUM Marpurgensem, qui in campo Martio 23. Augusti eductis gladiis decertarant.

LÆTIORA,

Fol.214.a.

quibus, Dei benigne faventis nobis munere, haud parum hoc anno recreati sumus, haec obtigerunt:

I.

5. Februarii. Divertitur huc ad nos Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dnus. Dominus CAROLUS PHILIPPUS, Finlandiae, Sudermannorum, Nericiae et Wermlandiae Dux, et regnorum Sweciae, Gothiae Wandaliaeque haeres etc. Cuius Celsitudini de exoptatissimo isto adventu demisse gratulatur et carmine Heroico applaudit Academia.

II.

25. Martii. Reverendissimus, Illustrissimus et Celsissimus Princeps ac Dnus. Dnus. IOHANNES ALBERTUS coadiutor Episcopatus Ratzenburgensis, Dux Megapolensis, Princeps Wandalorum, Comes Swerinus, ac Dynasta Provinciarum Stargardiae et Rostochii etc. cum Illustrissima ac Celsissima Heroina Virgine ac Dna. Dna. ELISABETHA Hassiae Landgravia Illustrissimi ac Potentissimi Imperii Romani Principis ac Dni. Dni. Mauritii, Landgravii Hessorum etc. filia primogenita, in aula Cassellana nuptiarum celebrat solemnia.

Quibus Illustrissimis feliciter sponsis *εὐγαμίαν* istam pro tempore Rector et Rudolphus Goelenius Medicinae Doctor et ordinarius Matheseως Professor, nomine Academiae gratulatum missi, duo deaurata pocula (quae 152 thalerorum imperialium pecunia aestimabantur) communis gaudii testandi ergo humilime offerunt *γαμήλιον*.

III.

15. Aprilis. Auditorio Iureconsultorum ad Lanum tanquam communi omnium facultatum simul *βραβευτηρίω* inferuntur nitidissimae *εἰκόνες* atque acuratissime expressae effigies 4 Illustrissimorum Hassiae Principum, Dni. Dni. PHILIPPI, primi huius nostri Athenaei Fundatoris, item Dni. Dni. GULIELMI, Dni. Dni. LUDOWICI, et Dni. Dni. MAURITII etc. Conservatorum eiusdem et Amplificatorum munificentissimorum, etc.

Fol.214.b. Dominorum | nostrorum Clementissimorum, in quorum vita atque exemplis tanquam in politissimo ac fulgidissimo speculo iuventus virtutum Heroicarum vivam quandam intueri possit imaginem*).

IV.

Pridie Calendarum Iulii reparantur Sceptra Academica, quae crebriore usu iam pene attrita erant et consumpta, facta 12½ unciarum argenti accessione nova.

V.

4. Iunii Clarissimus vir Dn. M. IOHANNES COMBACHIUS Philosophiae Professor multo celeberrimus de Persona et Officio CHRisti pro LICENTIA DOCTORATUS toto die acuratissime et felicissime disputat.

VI.

Praeterea floruit hic Magistratus celebritate Promotionum ex omnium Facultatum ordinibus.

*) Hae imagines quatuor Landgraviorum nunc in aedibus academicis nuper exstructis asservantur.

Etenim pro impetranda Laurea MAGISTRALI 27. Augusti novem lectissimi iuvenes publice et egregie sub praesidio Clarissimi et Experientissimi viri Dni. Rudolphi Goclenii Medicinae Doctoris et *Μαθησεως* Professoris disputant, a quo statim postridie Magisterii honore et eruditionis testimonio solenniter ornantur. Quorum Nomina haec sunt:

Albertus Hartmannus Hattenbach Sontranus Hassus.

Iustus Reppius Hoppingensis.

Caspar Mülhusius Waldcapelensis.

Christophorus Müllerus Rotenbergensis.

Iohannes Schimpfius Allendorfensis.

Casparus Falkner Frankenbergensis.

Matthaeus Götzius Eschwicensis.

Cyriacus Gopelius Hirsfeldensis.

Christophorus Cellarius Borcanus.

Fol.215.a. At vero in superioribus Facultatibus quinque numero Promotiones solenniores habitae sunt istae:

16. Aprilis, hora matutina

sexta

Vir Excellentissimus et solide eruditus M. HENRICUS WETZELIUS Grebensteinensis, Promotore Reverendo et Clarissimo THEologo Dn. Doctore RAPHAELE EGLINO, mysteriorum verbi Dei fidelissimo interprete et Professore ordinario, S. Theologiae Doctor creatur publice solenniterque renunciatur.

octava

a Clarissimo Experientissimoque Viro Dno. Henrico Petraeo Medicinae Doctore et Professore Anatomices, Chirurgices et Botanices ordinario, summis honorum titulis et Doctorae insignibus ornantur praeclare excellentes viri:

M. Henricus Nollus Zigenhainensis, Medicinae Professor in illustri Arnoldino, quod est Steinfurti.

Iohannes Ebelingus Hamburgensis, Patris sui Hamburgensis Medici vestigiis insistens ac gradibus.

Hermannus Corbejus Hervordiensis Westphalus, *πολί-ατρος* Tremoniae ordinarius.

Calendis Septembris, M. GEORGIUS CRUCIGER, *Logices καὶ τῶν μετὰ φυσικὰ* Professor ordinarius, cum 20. Augusti, de consilio et voluntate Inclyti Herois ac Principis MAURITII, Hassiae Landgravii etc. Mecaenatis sui Clementissimi, inauguralem de aeterna Dei praedestinatione disputationem Hieromysticam praemissam toto die sustinisset, ex decreto et autoritate Reverendae Facultatis Theologicae unanimique reliquarum Facultatum subsequente assensu, a Rever. et longe Clarissimo Theologo Dn. Doctore RAPHAELE EGLINO Hieromysta praeclarissimo et Professore ordinario, publico nomine, imposita ipsi Doctorali infula, tributisque immunitatibus privilegiis et praerogativis caeteris, in THEOLOGORUM ordinem cooptatur et numerum.

Fol.215.b. 3. Septembris,

E Decreto FACULTATIS

Amplissimae IURECONSULTORUM, a Clarissimo et consultissimo viro D. CHRISTOPHORO DEICHMANNO, iuris utriusque Doctore et Pandectarum Professore celeberrimo, summi honorum tituli in iurisprudencia et Doctrinae insignia solenniter conferuntur eruditissimis his viris, (quos hoc ordine sors collocarat),

Dno. Henrico Cramero, Witmundano Frisio Orientali.

Dno. Iohanni Masio, Salcatensi Westphalo.

Dno. Edzardo STAMLERO, Frisio Orientali.

Dno. Wilhelmo Witfeld Ranstrupp. Westphalo.

Dno. Henrico Müllero Cassellano Hasso.

Florentissimae MEDICORUM, a Clarissimo et Experientissimo viro D. NICOLAO BRUNONE, Medicinae Doctore et Professore ordinario, titulis et honoribus in Medicina supremis honestatus auctusque in Honoratissimam Medicorum Familiam atque ordinem admittitur literatissimus vir, Dnus. FRANCISCUS IOEL, Sondio-Pomeranus.

VII.

Fol.216.a. Calendis Octobris ab Illustrissimo et Potentissimo Romani Imperii Principe ac Dno. Dno. Mauritio | Hassiae Landgravio etc. Doctor Georgius Cruciger p. t. Rector Academiae, una cum Dn. M. Paulo Steinio Concionatore Aulico Cassellano et illustris Mauritiani Adelphici eo tempore Decano, ut et Dn. M. Daniele Angelocratore Ecclesiarum Superioris Hassiae Superattendente, et Dn. M. Rodolpho Goclenio Seniore, Philosophiae Antecessore etc. ad Nationalem deputatur et mittitur Synodum Dordraci in Holandia institutam, substituto interea ab Academia Clarissimo viro Dn. M. Theodoro Vietore, Professore graeco, qui vicariam Rectoratus administrationem obiret.

IIX.

16. Octobris, publicis Academiae literis Marpurgum ad primaria utraque munia atque officia Theologica, Professorium puta et Ecclesiasticum (quae ob Reverendi et de Scholis pariter et Ecclesiis optime meriti Theologi Doctoris Gregorii Schonfeldii tristem hemiplexiae in dextro latere casum longo iam tempore vacarant) suscipienda amantissime invitatur Reverendus et Gravissimus Theologus Dn. Doctor IOHANNES CROCIUS, ad annos aliquot non tantum Hassiae nostri Principis ac Dn. Dn. Mauriti, sed et Electoris Brandenburgici Concionator Aulicus multo desideratissimus.

Postquam ergo 6. Novembris huc Marpurgum appulisset, et postridie eius cum ipso in consistorio nostro Academico de suscipiendo utroque oblato munere pluribus tractaretur, intervenientis ipsius Principis autoritate effectum est, ut, oblato Senioris D. Schonfeldii stipendio, 16. mensis huius in utriusque illius officii in se receptionem consenserit, fidemque et operam suam nobis Marpurgensibus unice addixerit.

TRISTIORA,

Fol.216.b.

(quibus ceu obducta nube haud parum obfuscata fuit Anni huius serenitas) haec fere sunt:

Funera.

17. Ianuar. Honestissima Matrona et Pudicitiae propemodum Exemplum, *ÆMILIA* Clarissimi et Experientissimi viri Dn. *IOHANNIS PINCIERI* Medicinae Doctoris et felicissimi Practici dilectissima coniunx, commendato ardentibus precibus spiritu suo in manus Domini, placide expirat, cum annum aetatis 58. fere excessisset.

3. Martii. Terrae, communi Parenti, reddidimus corpusculum castissimae 13 annorum virginis, *Annae Catharinae* Rever. et Doctiss. viri Dni. *M. IOHANNIS DAUBERI* Pastoris et verbi Dei Ministri in oppido *LOHR* dilectae filiolae, quae pro pridie in monte *Damarum*, quem vocant, (am *Dammelsberg*), cuniculos effossos ingressa, in iisdem ob collapsam subito arenosae illius terrae molem misere occubuerat.

20. Martii. Clarissimo orbatur sydere Academia nostra, ablato a nobis atque ad aeternam Beatorum cum Deo in coelis consuetudinem translato Reverendo et Praeclarissimo viro *THEOLOGO*, Dn. *D. IOHANNE MOLTHERO*, *S. THEOLOGICÆ* pariter et Sanctae Linguae Professore celeberrimo, nec non Concionatore in aedibus teutonicis ordinario, cum annum iam completurus esset quinquagesimum septimum, vir in hebraeis suo tempore nemini facile secundus.

23. Iunii. Ornatissimus et humanioribus artibus cultissimus iuvenis *IACOBUS MATTHÆUS* clarissimi et consultissimi viri *PHILIPPI MATTHÆI* iuris utr. Doctoris et Pandectarum in hac Academia olim Professoris filius ex hac in coelestem promovetur et transmittitur Academiam, corporis exuviis 25. mensis eiusdem Terrae Parenti redditus.

Fol. 217.a. 31. Iulii. Rempublicam nostram nudari cernimus nobilissimae Matronae decore, evocata nimirum hinc in coelestem patriam *ELISABETHA* Rever. et multo Clarissimi viri Theologi Dn. Doctoris *GREGORII SCHONFELDII* *S. Theol. Professoris* et Ecclesiastae Primarii atque in Consistorio Ecclesiastico Adessoris fidissima coniuge, nobilissimo prorsus Ann. 1544 sata procreataque sanguine, Patre videlicet Praenobili viro *PETRO CROLLIO*, ex antiqua generis prosapia, matre vero *LUDIMILLA*, filia *Francisci TILONIS*, qui ob excellens, quod in ipso erat, ingenii consiliique lumen, annis 50 amplius magna cum fide Magistratum gesserat etc. Huic ergo 2. Augusti funus fit et supremi diei celebritas.

Ultimo Augusti, terminum vitae claudit honesta foemina, cum in omnes, tum vero inprimis in pauperes benefica, *CATHARINA BUSCHLERIA* spectati et honorati viri Dn. *PHILIPPI BUSCHLERI*, viri apud nos hic Senatoriae dignitatis atque ordinis, charissima coniunx.

14. Novembris, funere efferimus honoratam viduam *ADELHAID*, *M. Rhabani LILII* Praeceptoris quondam fidelissimi ac primarii in *Paedagogείῳ* hoc nostro relictam, cum pridie in Domino placidissime obdormisset.

29. Decembr. iusta solvimus funeri puellulae vixdum annos 10. natae, nimirum *ANNAE ELISABETHAE*, Clarissimi et Consultissimi viri Dn. Doctoris *CONRADI HAMERI* causarum forensium Advocati ex priore coniugio filiolae.

RESTITUTIO Excluserum nonnullorum.

Fol.217.b. Honori suo restituti tandem pristino sunt et communibus Procerum Academicorum suffragiis ius civitatis, cuius immunitatibus ac privilegiis exuti erant, sub finem fere huius Anni recuperarunt (postquam, allatis vitae suae alibi interea temporis innocenter actae testimoniis, culpam a se admissam serio deprecati emendationem morum in posterum sancte promisissent) hi sequentes:

Balthasar Gilhausen.	Bernhardus Ludekingius Westph.
Iano-Henricus Boger Westphalus.	Iano-Iodocus Osterwald Hamelensis.
Hartmannus Schaumijs Gemundanus.	Stephanus Machwitz nobilis Lituanus.

Reliqua, Dei benigne assistentis munere, satis cecidere feliciter, adeo ut sine omni Studiosorum caede ac sanguine hic noster abierit Magistratus; cui pro fidelissimo directionis nostri in hac ardua provincia praestito patrocinio laus sit et honor in saecula. Amen.

Georgius Cruciger Th. D.
sua ipsius manu sst.

(1619.)

Fol.218 a. Anno Erae CHRISTIANAE M.DCXIX. concordibus plane Patrum ac Procerum Academicorum suffragiis ac votis GEORGIO CRUCIGERO Th. Doctori, ad synodum Dordracenam delegato (quod dicta synodus opinione longius protraheretur) adhucdum id temporis absentis RECTORATUS honos et dignitas prorogatur.

Sub cuius Magistratu, vicariam interea administrationem sustinente clarissimo viro M. Theodoro Vietore Professore graeco et Paedagogeiarcha, nomina sua professi sunt initio atque in Rempubl. nostram se recipi petierunt optimarum artium hi studiosi, ordine hic adscripti:

Philippus Ludovicus Fabricius Birsteinensis Isenburgicus.	} 13 Februarii.
Iohannes Conradus Back Amoenoburgensis.	
Hermannus ab Hundelshausen Harmutsachsen etc.	26 Febr.
Henricus Michäelis Uratislaviensis Silesius.	22 Martii.
Iohannes Speckman Bremensis.	25 Martii.
Gisbertus a Breunen Geldrus.	} 31 Martii.
Alexander Seifrid Stetino-Pomeranus.	
Ludovicus Keller Weitheimianus Francus.	
Esaias Collado Genevensis.	Calend. April.
Georgius Vietor Breunensis.	6 Aprilis.
Valentinus Steuberus Swickershusanus.	6 Aprilis.
Fridericus Grüningius Hersfeldensis.	12 Aprilis.
Fol.218.b. Iohannes Casparus Iäger Nasso-Idsteinianus.	13 April.
Ganzelius Brouart Gallus.	14 Apr.

	Iohannes Bartholomaeus Rotenbergensis.	}	19 Apr.	
	Antonius Hunderstundius Rotenberg.			
	Conradus Cümmelius Oberaulensis.			
	Iohannes Osius Richenbacensis.	}	20 Apr.	
	Gulielmus Bapst Düssellomontanus.			
	Nicolaus Becker Waldcapelensis.	}	26 Apr.	
	M. Sebastianus Gulielmus Mehl Weilmünster.			
	Wolfgangus Fridericus Zumjungen Ilversheim.			
	Ludovicus vom Stein Weilburgensis.	}	27 Apr.	
	Gulielmus Schnabel Eschweccensis.			
	Martinus C. Borsai			
	Petrus B. Preczvarali	} Ungari.		
	Georgius Clemens Schmalcald.			
	Ortolphus Mollerus Schmalcald.	}	29 Apr.	
	Rodolphus Stutzmann Vachensis.			
	Christophorus Ludolphus Waldcapelensis.	}	3 Maii.	
	Casparus Wolfius Lipp. Westphalus.			
	Theodorus Qveisen Daventriensis.	}	eod. die.	
	Gerhardus Schepping Zwollanus.			
Fol. 219.a.	Iohannes Hereder Rosenthalensis.	}		
	Wigandus Monachus Meugbergensis.			
	Georgius Seippius Marpurgensis.			
	Georgius Stückradius Rotenbergensis.			
	Laurentius Paganus Wanfridensis.			
	Adamus Pampejus Willinghusanus.			
	Philippus Scheffer Sarro-pontanus.			
	Iohannes Steinbach Rosenthalensis.			
	Philippus Gerck			
	Georgius Christianus Gerck			} Allendorfenses.
	Henricus Widekindius Rauschenbergensis.			
	Gerlacus Wilhelmus Marpurgensis.			
	Iohannes Lotz Marpurgensis.			
	Philippus a Camberg.			
	Christophorus Hesberg.			

qui 15 e Paedagogicis ad Academiam transmissi sunt.

Soluta et finita feliciter Synodo Dordracena Marpurgum 12 Maii redit Rector Academiae etc. cum adiunctis sibi collegis. A quo, (redditis ipsi a Vicario seu Prorectore Magistratus insignibus), facta prius promissione Legum observantiae, in fidem porro ac tutelam recipiuntur hi studiosi, quo sequuntur ordine,

Fol. 219. b.

Hermannus Wildnerus Marpurgensis.	15 Maii.
Georgius Ulrici Dantiscanus-Borussus. }	19 Maii.
Martinus Volmarus Mariaeburg. Borussus. }	
Iohannes Schmauchius Sontranus. }	20 Maii.
Engelhard Sigfridus Sontranus. }	
Antonius Richardus Eschwecensis.	21 Maii.
Bernhardus Krug Rotenbergensis. }	22 Maii.
Iohannes Rübenkonig Wallaviensis. }	
Marsilius Sebastianus Reterodo-Nassovius.	7 Iun.
Iohannes Faber Milbacensis Hassus.	15 Iun.
Iohannes Milnerus Schrecksbacensis.	23 Iun.
Fridericus Hasenbein Halberstad. Saxo.	24 Iun.
Andreas Öleman Eimbecensis.	27 Iun.
Henningus Finckius Halberstadensis Saxo.	eod. die.
Iohannes Mejer Eschwegio-Hassus. }	
Iohannes a Wingene Mulhusinus. }	7 Iulii.
Hermannus a Wingene Treisensis Hassus. }	
Iohannes Kaposinus	
Georgius Onadi } Ungari.	11 Iulii.
Stephanus P. Tolnaeus }	
Henricus Berman } Germerodenses.	13 Iulii.
Christianus Berman }	
Sigismundus Avenarius Schmalcaldensis.	23 Iulii.
Iohannes Froup Medebacensis.	26 Iulii.
Henricus Willerding Hildesheim: Saxo.	9 Augusti.
Fridericus Baur Marpurgensis.	
Georgius Knegelius Altenkirchensis Hassus. }	
Eucharius Cancrinus Treisensis Hassus. }	
Andreas Sommerring Marpurg. }	qui 8 e Paedagogo
Iohannes Wald Honingensis Wetteravus. }	28. Aug. exempti sunt.
Caspar Magnus Schenck zu Schweinsburg. }	
Nicolaus Seligman Zigenhainensis. }	
Gulielmus Gerardus Treisensis Hassus. }	
Caspar Budaeus Lippiensis Westphalus. }	ult. Aug.
Iohannes Hildebrand Garsaeus Wolferbytanus. }	
Georgius Rochollius Frisius.	6 7bris.
Ieremias Hartungius Utstadiensis Francus.	18 7br.
Iohannes Philippus Geudenus Bidentapensis.	23 7br.
Conradus Thom Bone Bremensis.	27 7bris.

Fol. 220. a.

	Christophorus Schultz Borussus.	27 7bris.
	Lucas Cuprarius Gelnhusanus.	29 7bris.
	Georgius Bartoldi Goslariensis.	ult. 7bris.
	Elias Heupt	} Cassellani.
	Conradus Heupt	
	Garleff Dieterich Plate Bremensis.	} 4 Octob.
	Elias Iungman Cassellanus.	
	Georgius Reinhardus Widerhold Cattimelobocus.	6 Octob.
	Adamus Hugius Züschenſis Hassus.	7 Octobr.
Fol.220.b.	Christianus Fridericus Allendorfensis Hassus.	9 8br.
	Nicolaus Mentzius Neustadianus.	14 8bris.
	Martinus Wigandus Weidenhausanus.	} 29 8bris.
	Iohannes Mollenfeld Heiligstadensis.	
	Iohannes Philippus Felsim Altziano-Palatinus.	1 Novembr.
	Henricus Schwitring Cassellanus.	4 Nov.
	Bernhardus Henneman Susat. Westphalus.	5 Nov.
	Christianus Euselius Milsungensis.	11 Nov.
	Iohannes Reuter Cassellanus.	14 Nov.
	Henricus von Ussler Goslariensis.	eod. die.
	Iohannes a Marck Westphalus.	9 Decembr.
	Gregorius Cruciger Marpurgensis	} Rectoris filii. 30 Decembr.
	Casparo-Conradus Cruciger Marpurgensis	
	Rudolphus Cruciger Marpurgensis	

In Paedagogicam vero disciplinam hoc anno traditi sunt hic ordine subiecti:
Inscripti sunt undequadragesima, inter quos insigniores non reperiuntur.

Fol.221.b.

MEMORABILIA

Sub hoc Magistratu haec fere obtigerunt.
 Auspiciatiora quidem ista:

I.

4. Februarii. Cassellis huc Marpurgum Reverendus et multo Clarissimus vir Dn. Doctor IOHANNES CROCIUS Primarius Theologiae Professor atque Ecclesiastes una cum familia expectatissimus advenit, et 10. eiusdem in Professionis suae exorsum publice summo cum applausu perorat, proximeque subsequente Dominica Invocavit, quae in 14. Februarii incidebat, primam de suggestu in templo cathedrali concionem habet ad populum.

II.

12. Maii. Delegati ad Nationalem Synodum Theologi Hassi una cum Dn. Doctore MARCO RUTMEYERO Theologo Bernensi ex Holandia feliciter reduces, missis nomine Academiae Professoribus Theologis, humaniter et amice excipiuntur.

III.

Calendis Iulii e sanctione atque instituto maiorum Leges et Statuta Academica, quae cuique suum describunt officium, recitantur et in iuventutis gratiam plenius declarantur.

IV.

11. Augusti, lustrandae Academiae huius gratia, Reverendissimus Illustrissimusque Princeps ac Dnus. Dnus. STEPHANUS BETHLEN Transsylvaniae, Walachiae, Transalpinae ac partium Hungariae Dominus et Siculorum Comes ad nos divertitur. Cui humilis observantiae studio applaudit Academia carmine Hendecasyllabo, sequentique die ipsum ad epulum seu prandium magistrale, ut et ad praecedentem actum renunciationis 22 Magistrorum demisse invitat.

Fol.222.a.

V.

20. Novembris. Cum Generosissima Heroina ac Dna. Dna. AEMILIA ELISABETHA etc. Illustr. et Generosissimi Herois ac Dni. Dni. PHILIPPI LUDOWICI Comitum Hanoviensis, honorificentissimae memoriae etc., filia Reverendissimus et Illustrissimus Princeps ac Dnus. Dnus. GULIELMUS, Postulatus Hersfeldensis Hassiaeque Landgravius etc. Illustrissimi et Potentissimi in Romano Imperio Cattorum Principis Mauriti etc. e priore coniugio filius festivitatem nuptiarum et solennia celebrat Cassellis. Eo igitur, Academiae nomine, Doctor Georgius Cruciger p. t. Rector et Clarissimus vir M. Theodorus Vietor, Professor Graecus, cum deaurato undique gutturnio argenteo (quod 156 imperialium thalerorum aestimabatur precio) munere nuptiali mittuntur, qui commune hoc nostrum testati gaudium Illustrissimis feliciter sponis benedictionem Dei et secundos nuptiarum successus, quo par erat humilitatis atque observantiae studio, devote adprecantur.

VI.

Claruit insuper duarum promotionum maxime solennium celebritate hic Rectoratus.

Nam 12. Augusti, XXII Praestantissimi iuvenes perorante et testimonia eis tribuente Rev. et Clarissimo viro Dno. IOHANNE COMBACHIO Th. Licentiate et Professore Philosophiae ordinario, supremis in Philosophia honoribus ac titulis ornantur, quorum Nomina haec sunt:

Iohannes Zeisaeus Gudenspergensis.

Iohannes Schoppachius Treisensis.

Constantinus Citharaeus Allendorfensis.

Conradus Braunstein Hoffgeismariensis.

Christophorus Guntherus Witzenusanus.

Iohannes Knefelius Francobergensis.

Martinus Brechtius Geismariensis.

Iacobus Reichwein Eschwicensis.

Iacobus Streicher Geismariensis.

Iohannes Hein Gotsbeurensis.

Iohannes Pistorius Zigenhainensis.

Nicolaus Iosephus Witzenusanus.

Hildebrandus Ficinus Aptenrodanus.

Iohannes Kuchenbecker Wolffhagensis.

Hermannus Abel Marpurgensis.

Iohannes Heuserus Marpurgensis.

Iohannes Schlierbach Marpurgensis.

Iohannes Catharinus Milsungensis.

Iohannes Molitor Milsungensis.

Iohannes Herber Cassellanus.

Hartmannus Scheumius Gemundanus.

Iodocus Bornman Gemundensis.

Fol.222.b.

At vero 26. eiusdem mensis, Diribitore Clarissimo et Consultissimo viro D. ANTONIO MATTHÆO Iuris utr. Doctore et Institutionum Professore Celeberrimo, insignia atque ornamenta Doctoralia in utroque iure ex merito consequuntur eruditione et virtute praeclare excellentes viri:

IOHANNES MOLLENBEC Lemgoviensis Westphalus, Illustris ac Generosissimi Comitis ac Dni. Dni. ERNESTI Comitis Holsatiae, Schaumb. et Steinberg etc. consiliarius et in illustri illius Comitis schola Professor iuris.

ALEXANDER SEIFRID Stetinensis Pomeranus.

ALBERTUS TREKEL Bremensis longo iam tempore exercitatissimus Practicus.

VII.

Cum inde a Reverendi et Praecellentissimi Theologi pariter et Hebraei, Dn. Doctoris IOHANNIS MOLTHERI etc. obitu iam annum amplius HEBRÆO-THEOLOGICA vacaret Professio, et simul ex eo fere tempore ob ingravescentis aetatis et senectutis incommoda venerandus senex, Praeclarissimus THEOLOGUS, Dn. Doctor CASPAR STURMIUS etc. clementissimam sui ab EPHORLÆ in Stipendiarios officio dimissionem aliquoties peteret, Autoritate tandem et voluntate Illustrissimi Principis ac Dni. Dn. MAURITII etc. utraque munia illa atque officia (illud quidem 30. 7bris, hoc vero 14. Octobris) GEORGIO CRUCIGERO, utut etiam prolixius se excusabat ac modestius, clementissime demandantur. Sed cum tribus illis tam dissimilibus publicis muneribus eodem tempore gerendis administrandisque se imparem prorsus deprehenderet, deposito prius Calendis Ianuariis Ann.

Fol.223.a. 1620 annuo suo magistratu, nono demum Ianuarii novam suam Professionem | publica oratione orditur.

IIX.

Unde porro factum, ut, de consilio et voluntate laudatissimi Incltyi nostri Principis, Professio LOGICA quidem (quae prius CRUCIGERI erat) Rev. et Clarissimo viro D. IOHANNI COMBACHIO Theologiae Licentiate clementissime assignaretur, PHYSICA vero (quam cum laude hactenus sustinuerat Dn. COMBACHIUS) ad Clarissimum virum Dn. IOHANNEM PINCIERUM Medicinae Doctorem et felicissimum Practicum devolveretur amplius.

IX.

30. Octobris in gremium matris Academiae recipiuntur tandem, qui superiore anno ob gladiatoriam in campo Martio pugnam a communitate et coetu nostro tacite exclusi fuerant, IACOBUS KLING Sigenensis et PETRUS SCHNELLER Marpurgensis.

Laetiora vidimus.

TRISTIA vero,

ob quae hic annus nobis accidit funestus, haec fere sunt:

I. FUNERA.

10. Martii. Ingenti totius orbis Christiani malo Wiennae hinc decedit e vita Augustissimus Imperator Romanus MATTHIAS, cum annos natus esset 62 et dies 15 regnassetque septennium et duos menses.

Ne quid ergo adversi aut calamitatis e diuturniore extimesci posset Anarchia, FERDINANDUS Secundus Imperator Romanus 18. Augusti Francofurti eligitur et 30. Fol.223.b. eiusdem coronatur, cum Anno 1618. 1. Iulii Presburgi ante Rex Ungariae et Anno 1617 Rex BOHEMIÆ renunciatus esset, ea tamen (ut vulgo perhibent) conditione ac lege, ut, ubi ab Imperatoris MATTHIÆ obitu et morte privilegia confirmarit, tum demum regnare inciperet.

4. Iunii. Spectatissimus et honoratissimus Senatoriae dignitatis atque ordinis vir PHILIPPUS BUSCHLER anno aetatis 64. obit: postquam publica civitatis munia, annis 20 amplius, feliciter administrasset. Cui iusta funebria 6. Iunii peregrimus.

Quarto Decembris. Decus virginitatis vere nobile lugemus, sublata a nobis per mortem nobilissima virgine Kunigunda a Dornberg*), quae non tantum antiqua admodum generis prosapia et stemmate orta erat, patre nimirum praenobili Philippo a Dornberg*), matre vero Anna Berlepschia etc., sed et a castitatis virgineae flore per omnem vitam ad 63. annum (qui vitam terminabat) intemerato et inconcusso servato celebrabatur. Cuius sepulturae atque exequiis honorifice prosequendis 30. Decembris indicitur.

II. Turbae a studiosis excitatae.

Nam mense Iunio, Paulus Zeltius Morsensis Hassus tribus diversis vicibus alium ex alio ad monomachiae duellum lacessit, et violata, quam Rectori dederat, fide in suam amplius hospitam insurgit eamque indignis modis tractat et cruentat. Quibus de causis, communi Consilii Academici decreto, ex Academia hac et oppido ad sexennium relegatus publico programmate declaratur.

14. Novembris. Bernhardus Henneman Susat. Westphalus vixdum in matriculam Fol.224.a. (quam vocamus) Academicam receptus, | ob nocturnarum grassationum et provocationum petulantiam ex eadem rursus deletur et e nostra Republica eiectus publice significatur.

III. TUMULTUS, quibus ocium nostrum literarium et Reipublicae huius tranquillitatem non leviter obturbarunt, qui in officio constituti publico morum et disciplinae Magistri audire debebant.

Loquor autem de PHILIPPO HOMAGIO et M. GEORGIO ZIMMERMANNO, illo quidem primae, hoc vero quartae classium Praeceptoribus Paedagogicis. Qui, cum clanculum aliquot e discipulis suis classicis nonnullosque alios, quibus familiariter usi fuerant, studiosos publicos pravis et manifeste impiis, de DEO aliisque fidei articulis privatis suis imbuissent opinionibus, ut iam amplius testarentur apertius etiam ipso opere, displicere sibi omnem nostram, ut et illam a profanis authoribus instituendae iuventutis rationem Paedagogicam, 18. Decembris in suos ipsorum libros saevire incipiunt, Cicerone, Terentio, Virgilio etc. lexicisque latinis pariter et graecis cultro discissis manuque discerptis et in plateas publicas de fenestra proiectis. Eoque nomine a Dno. Paedagogeiarcho suo reprehensi non modo proterve respondendo sese ipsi opponunt, sed et 20. eiusdem in Consistorium Academicum accersiti ne ipsum quidem Senatam Academicum aut Rectorem suum amplius agnoscere cupiunt magistratum, improbe calumniantes, tam instituendi rationem Academicam omnem et Paedagogicam, quam ipsius etiam Magistratus Academici ordinationem Diabolum

*) Ab alia manu supra scriptum est: Dernbach.

habere authorem, ipsumque Corpus iuris revera esse, quod a Christo τῆς ἀδικίας καὶ τοῦ ἐν τῷ τόπῳ ἀγίῳ βδελύγματος appellatione indigitetur.

Fol.224.b. 22. eiusdem mensis in plenum Senatium Academ. denuo vocantur, an | forte amicis et fidelibus admonitionibus loco relicto in se ipsos tandem descenderent et graviter hac in parte a se peccatum fuisse agnoscerent. Verum isti pie ac salutariter monita non solummodo rident salse, sed et Homagius, ut Corpori ac Senatui Academico amarulentius illuderet, absque pallio, in habitu Morionis comparet, quod isto, ex DEI instinctu et iussu, se uti diceret, ut sapientes huius mundi confunderet. Ne quid vero interim in nobis desiderari aut requiri pateremur officii, re deliberata plenius cum Consiliariis Illustrissimi nostri Principis, assumptis ex illorum ordine, 23. mensis huius, summo Dicasterii Praeside, praenobili viro IOHANNE a LINSING, et Amplissimo Vicecancellario D. Iacobo Iungmanno, in Consistorium Ecclesiasticum adscendimus, an forsitan eorum, qui summi nostri Magistratus et Principis in Dicasterio locum tuerentur et vices, praesentiam et conspectum reveriti ad moderationem aliquam animi revocari possent, ut de interrogatis modeste responderent. Ubi illi iam visiones suas et somnia nobis occinunt et crepant nescio quas etiam revelationes divinitus sibi factas de Academiae pariter et urbis huius excidio ante ipsum etiam Paschatis festum nobis imminente; mox alii ex alio nostri ordinis convicium faciunt, adeo ut (qua erat extrema impudentia) Homagius nonnullis etiam ex nostris verbera et vim intentaret, in eum usum aliquoties clavam exposcens aut fustem. Ut ergo Professores ab insultu illorum et impetu petulanti tuti essent in posterum, constitutis certis vigilibus, primo quidem attinentur domi quisque suae, postea vero, cum studiosi iuxta ac cives, rei novitate moti, magno numero accurrerent, quos duo isti maleferiati adversus magistratum concitare non verebantur, ne extimesci tumultus posset aut seditio, in aulam adducti, in custodia a conspectu hominum aliquanto remotiore diligentius asservantur, | excussis interea et pervestigatis reolis [*sic i. q. reulis*] ac libris eorum, e quibus alii manifeste erant magici, veluti cui titulus Arbathel*), quem sua manu scripserat Homagius, alii vero in vulgus etiam prohibiti et detestandi, ut libri Weigeliani, et eiusdem prorsus census plures alii, quos (spretis scriptis nostrarum Ecclesiarum et confessionibus publicis orthodoxis) ipsi tantopere commendabant et laudabant aliis, et e quibus perniciosissimas de omnibus fidei articulis fere suxerant opiniones, quae non manifeste tantum impiae sunt et haereticae, sed et in Deum horrendum in modum contumeliosae ac blasphemae. Ecquis autem porro ad rescriptum et mandatum Illustrissimi nostri Principis etc. procedendi modus cum ipsis institutus fuerit, et quo cum fructu, loquentur Acta subsequentis Rectoratus.

Fol.225.a.

*) Arbathel prima manus scripsit; supra scriptum ya. Librum Arbathel de magia veterum primus Agrippa ab Nettesheim in operibus suis latine edidit. De Weigelio et Weigelianis cf. praeter alios Opel, Valentin Weigel. Ein Beitrag zur Literatur- und Culturgeschichte Deutschlands im 17. Jahrhundert. Leipzig 1864, qui quae de hac causa Homagiana p. 298 sqq. tradit, desumpsit ex accurata eius enarratione, quam ex actis exhibuit Hochhuth in Niedneri Zeitschrift f. d. histor. Theol. XXXII (1862), p. 86 sqq. Carminibus Homagii, quorum titulos affert, addendus est libellus qui inscribitur: Fiscella strenarum hortensium, symbolicarum et poeticarum, quas viris aliquot Hassiae primatibus ... mittebant ipse Phoebus novemque Musae, interpr. Phil. Henr. Homagio. Cassellis. 1614.

Deum Trinunum benedictum in secula (quod reliquum nunc est) coniunctis votis et gemitibus invocemus supplices, ut a dilecta sua vinea arcere procul velit apros, qui misere vastent eam et diruant, relicta nobis fideli subinde S. Angelorum, qui circa nos excubent, et verbi divini praeconum vigilantissimorum custodia, qua fortiter reprimantur, quocumque titulo etiam aut specie sese tueantur, qui laetum Dei vinetum quavis ratione infestant.

Georgius Cruciger, Th. D.
Professor et Stipend. Ephorus
manu sua spt.

Fol.225.b.
vac.

(1620.)

Fol.226.a. ANNO A NATO CHRISTO | MDCXX. | Calendis Ianuariis unanimi omnium Dn. Professorum consensu electus et publice renunciatus est Academiae Marpurgensis Rector IOHANNES CROCIUS, S. S. THEOLOGICAE DOCTOR ET Professor Primarius.

Sub cuius magistratu sequentia Studiosorum nomina in album Universitatis sunt relata.

Iohannes Pfeil Mindensis Westphalus.	3 Februar.
Georgius Sobben Mindanus Westphalus.	8 Februar.
Christianus Gederlein Osterodensis Boruss.	16 Februar.
Iohannes Gudenus Cassellanus.	} 28. Martii e paedag. exempti.
Henricus Opilio Niedensteinensis Hassus.	
Conradus Hermannus ab Hundelshausen Hassus.	
Iohannes Chalybius Goarinus.	
Iohannes Coriarius Volmariensis Hassus.	
Michael Klein Marpurgensis Hassus.	} 7 April.
Eilhardus de Line Bremensis.	
Caspar Egri Lazari Ungarus.	12 April.
Georgius Turcke Hannoveranus Brunsvicensis.	} 13 April.
Stephanus Dobbin Rostochiensis Megapolitanus.	
Gabriel Vogaretus Genevensis.	15 April.
Caspar Coch Lemgoviensis Westphalus.	26 April.
Stanislaus a Raisko Raiski	} fratres nobiles Poloni.
Petrus a Raisko Raiski	
Christophorus a Raisko Raiski	
Paulus a Melna Melnefski Polonus nobilium praeceptor.	} 28 April.
Achatius a Creutz Borussus.	
Fridericus Schindlerus Misnicus.	} 28 April.
Iohannes Petrus Dathenus Franckenthalensis Palatinus.	
Iacobus Wernerus Cassellanus Hassus.	2 Maii.
Iohannes Guntherus Cassellanus Hassus.	3 Maii.
Daniel Reck Cassellanus Hassus.	4 Maii.
Petrus Martini Isenacensis Thuringus.	5 Maii.

Fol.226.b.

Georgius Bauermeisterus Cassellanus Hassus.	}	5 Maii.
Elias Coriarius Lichtenaviensis Hassus.		
Georgius Becker Hofensis Hassus.		6 Maii.
Wenceslaus Schmidius Eberstadiensis Wedderavus.	}	8 Maii.
Iohannes Zeisius Holtzheimensis Wedderavus.		
Conradus Praetor Eberstatensis Wedderavus.		
Iohannes Wilten Bucholdiensis Westphalus.		9 Maii.
Iohannes Heidericus Lonicerus Marpurgensis.	}	10 Maii.
Iohannes Molitor Felsbergensis Hassus.		
Iohannes Hasius Hesselrodensis Hassus.		10 Maii.
Ludovicus Grunebuchius Fridslariensis Hassus.	}	14 Maii.
Henricus Huckerus Fridslariensis.		
Iohan. Henricus Tackius Wetzflariensis.	}	15 Maii.
Christophorus Petri Herbonensis Nassovicus.		
Iohannes Grevenius Volckmariensis Westphalus.		
Philippus Heuckerodius Eschweccensis Hassus.		
Caspar Laudmannus Eschweccensis Hassus.		
Daniel Nolthenius Ehlensis Hassus.	}	17 Maii.
Philippus Nolthenius Ehlensis Hassus.		
Iohannes Ehnige Cassellanus Hassus.	}	18 Maii.
Nicolaus Vulckmannus Hassus.		
Matthaeus Ezelius Melsungensis Hassus.		22 Maii.
Theodorus Beumer Montensis.		23 Maii.
Iohannes Christophorus Hugelius Wetzflariensis.		24 Maii.
Iohannes Gravius Roteburgensis Hassus.		26 Maii.
Casparus Backbierius Wildungensis Hassus.		27 Maii.
Iustus Vollandus Waldcappelensis Hassus.		29 Maii.
Iohannes Deichmannus Grebensteinensis Hassus.	}	3 Iunii.
Theodorus Eckman Grebensteinensis Hassus.		
Theodorus Schultenius Zutphania-Geldrus.		5 Iunii.
Antonius Wipperman Lemgoviensis Westphalus.	}	10 Iunii.
Balthasar Kleinsorg Lemgoviensis Westphalus.		
Bernhardus Theodorus a Wallbrun.		12 Iunii.
Adamus Haltermann Gistroviensis Megapolitanus.	}	19 Iunii.
Iohannes Kleinschmidt Cassellanus Hassus.		
Casparus Ludolphi Manschlachtanus Frisius orientalis.		23 Iunii.
Iohannes Pottgiesser Embdanus Frisius.		27 Iunii.
Iustus Christophorus Poppenhausen Eschweccensis.	}	30 Iunii.
Reinhardus Gleimius Eschwegiensis Hassus.		
Adamus Koch Susatensis Westphalus.		9 Iulii.

Fol.227.a.

Daniel Dautzardus Budingensis Isenburgicus.	31 Iulii.
Hermannus Lucanus Hersfeldensis Hassus.	31 Iulii.
Iohann. Georgius Gröben Marchicus Eques.	8 Augusti.
Georgius Engelhartus Cassellanus.	15 Augusti.
Iohannes Krumpe Lucena-Misnicus.	17 Augusti.
Iustus Burckhardus Orthius Holtzhausensis Hassus.	4 Septembr.
Nicolaus Wolfgangus Goarinus Rhenanus.	30 Augusti.
Tobias Rodtschiedt Langendorffensis Wedderavus.	} 30 Augusti.
Henricus Mordianus Scotus Breunensis.	
Iohannes Sigfridus Gerlacus Marpurgensis.	
Casparus Schenck Fronhusanus Hesus.	31 Aug.
Iohannes Hopfius Wolfhagensis Hassus.	30 Augusti.
Henricus Scheffer Franckenaviensis Hassus.	
Daniel Pfankuchen Cassellanus Hassus.	30 Augusti.
Cunradus Pincier iuris Doctor petit ut denuo nomen suum studiosorum albo inferatur.	13 Septembr.
Robertus Immens Gandavensis Flander.	1 Ianuar.
Henricus Saurman Angrivariensis Westphalus.	} 21 Septembr.
Iohannes Meinders Bilfeldensis Westphalus.	
Aegidius Thiergarttes Sigenensis Nassovicus.	22 Septembr.
Ludovicus Kuneman Zierenbergensis Hassus.	13 Octobr.
Adamus Hattsteinus Eberstatensis Wedderavus.	14 Octobr.
Iohannes Hermannus Meltzerus Huedensis Hassus.	} 15 Octobr.
Conradus Fülhun Geismariensis Hassus.	
Iohannes Pfankuchius Marpurgensis.	21 Octobr.
M. Iohannes Hutterodius Eschwegensis Hassus.	22 Octobr.
Hermannus Kirchnerus Budingensis Neuburgicus.	23 Octobr.
Iohannes Wetzelius Grebensteinensis Hassus.	23 Octobr.
Eckhardus Senger Cassellanus Hassus.	23 Octobr.
Fridericus Steinius Rotenbergensis Hassus.	24 Octobr.
Iacobus Hoffmeisterus Gudensbergensis Hassus.	29 Octobr.
Lucas Erb Posnaniensis Polonus.	2 Novembr.
Brixius Buchmannus Grebensteinensis Hassus.	5 Novemb.
Casparus Töbing Embdanus Frisius.	24 Novembr.
Georgius Wagner Essensis Hassus.	27 Novembr.
Gerhardus Frostius Lubecensis.	} 28 Novembr.
Christophorus Nodingius Cassellanus.	
Iohan Petrus Schmöl Goarinus.	2 Decembr.
M. Iacobus Reichwein Eschwegensis Hassus.	5 Decembr.

Iohannes Wilhelmus Phildius Oppenheimensis Palatinus. 8 Decembr.
 Iohannes Conradus Comes in Solms, Dominus in Militzen-
 berg, Wildenfels et Sonnenwaldt. 8 Decembr.
 Daniel Goetzaeus Odernheimensis Palatinus. 18 Decembr.
 Ludovicus a Manstein Ragnitensis Prutenus. Hunc alienum nomen mentitum
 esse postea compertum est.

Fol.228.a.

Paedagogici hoc anno 1620 in Paedagogeum recepti.

Inscripti sunt quadraginta unus, inter quos:

Hermannus Goclenius Marpurgensis *).

Iohannes Alphusius Witmundensis Frisius.

Melchior a Löbenstein nobilis Hassus.

Fol.228.b.

Iohannes Paulus Becker Palatinus.

Wilhelmus Colschius Goarinus.

Trium Gröningensium nomina omisimus, cum Groningam Hollandorum patriam habuisse non videantur.

Huius magistratus initia difficilia reddiderunt turbae ab Homagio et Zimmermanno concitatae. Etsi enim ab hominum conversatione remoti asservarentur, nonnulli tamen Studiosi neglecto Academiae decreto eos adierunt, imprimis qui iam lue ista erant infecti, quos confirmabat Philippi Hombergeri et Holstenii cuiusdam hominis procacissimi audacia, quorum ille superbe iactabat Principis gratiam, ille propter veritatem captivos teneri asserebat. Cum igitur periculosa esset ista conversatio et admodum suspecta, ne malum latius serperet, Studiosi ad Rectorem vocati in Decanorum praesentia examinantur. Unde apparebat, Boserum nobilem Silesium, Ittersum Belgam et Georgium Geisaeum Marpurgensem corruptos esse; Iohannem Segar vero Anglum et alios mire affici hominum istorum nugis, ut metus esset, ne inficerentur plures. Quod cum ad Senatum Academiae referretur, ex eiusdem decreto Rector et quinque Professores adeunt Consiliarios, ac re tota exposita consilium petunt. Illi statuunt iterum scribendum esse ad Illustrissimum, et misso protocollo urgendum salutare remedium, ne mora longior Ecclesiae, Academiae et Reipubl.

Fol.229.a.

damnum gravius afferat. Princeps Illustriss. rebus plenius intellectis Com|missarios nominat strenuum et nobilissimum virum Dn. Ernestum a Borstel, Collegii Adelplici summum praefectum, Dn. Iohannem Episcopium Consiliarios, et M. Paulum Stenium Concionatorem aulicum, qui cum mense Ianuario appulissent, primum apud Professores explorant, an ex Senatus decreto hactenus omnia sint facta et scripta, quae nomine academiae ad eius celsitudinem erant perlata, cui quaestioni occasionem dederat Hombergeri et Holstenii impudens calumnia, qua voluerant optimo Principi persuadere, paucorum consilio rem istam geri, caeteris dissentientibus: sed uterque convictus est mendacii Dn. Eglino et M. Vietore Paedagogearcha in faciem contradicentibus. Pleniori totius causae cognitioni designatur dies 29. Ianuarii, quo in arce in praesentia Commissariorum, Consiliariorum

*) Rudolphi Goclenii iunioris filius fuisse videtur.

tum politicorum tum consistorialium, Professorum omnium et ministrorum Ecclesiae Homagius ante meridiem, Zimmermannus vero a meridie denuo auditur: iam enim saepius Commissarii utrumque audiverant. Audivisses ibi horrenda et blasphema Weigelii dogmata de Deo, de Christo, de Maria matre Domini, de iustificatione, resurrectione mortuorum, alia approbari. Etsi vero verbum Dei istis blasphemis opponeretur et monerentur serio, ut mature abiicerent, quae ex putidis fanaticorum hominum lacunis hausissent, quippe quae scripturae auctoritate destituerentur, et totidem essent in Deum blasphemiae, nihil tamen proficiebamus, illis in importunis clamoribus et invectivis spem omnem collocantibus. 31. d. Ianuarii Studiosi partim infecti, partim suspecti in pleno consessu audiuntur et monentur paterne, ut ab errore desistant, qui imbiberant, caeteri vero caveant, qui familiaria sibi reddiderant scripta Weigelii. Aliqui erant satis obstinati, alii dociles se praebebant. Fuerat autem inter alios quidam Ludovicus Breidenstein pictor Homagio familiaris, qui in aulam vocatus sua facit blasphema Theophrasti*) et Weigelii de Deo dogmata: negat personas Trinitatis fuisse ab aeterno, nisi potentia, et fatetur, se nunquam in ullo publico coetu sacra coena usum esse, sed ipsum sibi administrasse, cuius rei rationem reddere iussus praetendit varias in religione dissensiones et offendicula; vixit autem fere triginta annos Marpurgi. Primo et secundo die Februar. vota colliguntur, quid de auctoribus turbarum et tum complicitibus tum infectis Studiosis fieri debeat. Decernitur Homagium et Zimmermannum adhuc aliquoties tentandos esse, an velint redire ad meliorem mentem abiectis blasphemis erroribus; si respiscant, habere ecclesiam, de quo sibi gratuletur, sin minus, deportandos esse in diversa loca, ubi ab hominibus remoti custodiantur, donec se retexant; quamobrem opus fore, ut Theologi subinde mutuas sententias cum ipsis conferant. Hombergerum et Holstenium a Principe mulctandos esse, Studiosos vero et Breidensteinium, in quo simplicitatis et ignorantiae indicia erant quamplurima, instituendos; Ittersum, si sit inemendabilis, dimittendum potius, quam diutius cum reipublicae periculo alendum: hactenus enim ille et Segar sumptibus Illustrissimi alebantur. Ne autem deinceps similia mala oriantur, diligentissima inspectione opus esse censent in paedagogico, presbyteriorum recta constitutione et disciplinae ecclesiasticae observatione. Vota mittuntur Cassellas, ubi Consilarii et ministri iussi omnia legunt suumque calculum Marpurgensibus adiiciunt. Interea Studiosi iterum audiuntur 11. d. Februar. a Rectore et Decanis, quorum aliqui in errore persistunt, alii veritati cedunt. Cum vero Homagius nullam emendationis spem ostenderet, iubente Principe deportatur Regiomontum**). Quod cum videret Zimmermannus, Consiliariis pro impetranda libertate fit supplex, atque spondet se institutionem admissurum esse. Quamobrem Theologi aliquoties cum ipso conferunt, ac errores ex scriptura solide confutant, veritate confirmata. Unde fit, ut ad errorum deprecationem et publicam poenitentiam se offerret, ad quam admissus est 16. die Iulii. Ea

*) *Inter libros in Homagii domo repertos erant tractatus aliquot Theophrasti [Paracelsi] germanicis manuscriptis, in denen er von der Gottheit und heil. Dreieinigkeit ganz und gar lästerliche und verkehrte Rede führt.* Cf. Hochhuth l. l. p. 88.

***) *Oppidum Hassiae superioris.*

Fol.230.a. vero peracta, mandato Principis relegatus hinc abiit. Putant aliqui eum ad vomitum rediisse: alii ferunt se eum Viennae vidisse in habitu Iesuitico. Boser intelligens se carcere multandum esse se subducit: Ittersum Belga et Segar Anglus tanquam ingrati alumni stipendio abdicati Hassia excedere iubentur. Geisaeus carceri mancipatur. | Similiter Ludovicus Breidenstein, qui tandem libertati restitutus in ecclesiae societatem acta publica poenitentia suscipitur.

Iurisdictio.

Cum ob motus in imperio in dies omnia periculosiora fierent, Rector 29. Novembris in senatu proponit, annon Doctores, magistri et alii in Academia, qui homagium nondum praestiterunt, iuramento adstringi debeant, ad praestandam fidem Principi et patriae debitam. Omnino adstringi debere statuit Senatus. Vocatis igitur in Consistorio certa iuramenti fidelitatis formula est praelecta, secundum quam iurarunt sequentes, D. Cunradus Hamerus, D. Iohannes Schweizer, Nicolaus Vigelius, M. Iohannes Kornman, Henricus Maevius, M. Wolfgangus Heinzenberger, M. Aegidius Schrodt, Reinhardus Happel, Hermannus Wildener, Melchior Sigfridus, Petrus Braun, Paulus Egenolphus, Rodolphus Hutwelckerus, M. Iohannes Ferrarius. Aliqui aberant, inter quos D. Cunradus *) Scharffenius ordinis Teutonici advocatus; in senatum vocatus praetendit se iurasse Cassellis, cum feudo investiretur, deinde in promotione Doctorali. Interim morem gerere paratus est, si speciale Illustrissimi Principis mandatum academia habeat. Cui responsum, etsi speciale mandatum non exstet, id tamen recte fieri vigore iurisdictionis academicae, neque hoc fidelitatis iuramentum ipsum posse detrectare, quamvis et in promotione et in investitura ratione feudi iuraverit. Protestatus igitur, quod, cum iam in aede teutonica habitet, nolit ulla ratione ordini praeiudicium afferre, una cum Iohanne Conrado Cellario et Iusto Runckelio iurat. 22. d. Decembris indicat Rectori Commendatorem ordinis teutonici eo graviter offensum esse, quod iurasset in academia, idque quod putet privilegiis suis hoc adversari maxime. Cum itaque se protestari de eo meminerit, interrogat an ad Protocollum sit relatum, et insuper petit, | ut testimonium protestationis interpositae sibi communicetur. Cuius voti, re cum Senatu deliberata, fit compos 23. Decembris.

Disciplina.

Michael Sibertus Elbingensis Borussus postquam d. 10. Februarii sub vesperam Studiosis quibusdam Vesaliensibus magna convitia fecisset in platea, ad pugnam provocasset procaciter, et non solum cum illis primo impetu congressus esset, sed etiam postridie cum duobus in duellum descendisset, in quo alteri pollicem truncabat, contra datam fidem solum vertit et cum tertio citatus non compareret, relegatur ad decennium 9. Iulii.

Hermannus a Knippenburg, Cornelius Rasfeldt et Iohannes **) usque ad festum paschatis proximum privilegiis Universitatis tacite privantur ex decreto facto 11. Martii.

*) *Ab alia manu correctum est: Hermannus.*

**) *Duo nomina erasa probabiliter sic restituenda videbantur. Cf. fol. 203b. 210a. Tertium incertum.*

Georgius Sobben Mindanus, qui ob varia delicta metu poenae sub finem superioris anni Giessam aufugerat, multis precibus instat, ut in academiam postliminio recipiatur. Senatus petitioni annuit, sed infelici eventu. Vix enim ad nos redierat, cum novas lites sereret inter Marpurgenses et externos studiosos, quorum isti illos non solum contemnebant, sed etiam variis afficiebant iniuriis: imprimis pistorem quendam hominem nauci aiebant, qui eis amarulenter illuderet; quod cum iniquius isti ferrent, par pari referre malunt, quam deferre ad Magistratum. Inde adeo exasperantur animi, ut Sobben et Iohannes Pfeil Marpurgensem quendam equo peregre abiturum extra urbem fustibus persequerentur. Decimo tertio vero die Martii non tantum Dexbachium in professoris cuiusdam aedibus morantem criminibus insectantur et ad pugnam provocant, sed etiam strictis gladiis per urbem discurrentes Marpurgensibus omnibus petulanter insultant et varia minantur, non obstante Rectoris interdicto, cui parituros se esse stipulata manu promiserant. | Eodem die illi et Christianus Besselius, Gerhardus Maschop Emericensis in lithostroto in omnium conspectu potant, deinde rusticum praetereuntem invadunt, gladiis et fustibus percutiunt, atque fugientem in civis domum persequuntur, nihil morantes, quod viderent, cervum ab eo in aulam vehi, cui auriculam abscidunt. Quae omnia, cum indigna essent studiosis, neque Sobben spem emendationis ullam ostenderet, in perpetuum, Iohannes Pfeil *) ad biennium, Christianus Besselius et Gerhardus Maschop ad indefinitum tempus relegantur 19. Martii. Quia vero Marpurgenses quoque deliquerant, et quidem Iohannes Pfankuchen, Iohannes Heidericus Lonicerus et Emanuel Goclenius Sobbenium vesperi et provocaverant et verbis iniuriosis famam laceraverant, duo priores privilegiis studiosorum indigni publice declarantur, tertio eadem vespera lethale vulnus ab Ernesto a Wedel nobili Pomerano infligitur, ex quo cum diutissime decumberet, audiri in senatu non potuit. Ericus Dexbachius, Helfricus Heinemannus et Michael Vietor ob petulantiam carcere mulctantur.

XVI. Iulii M. Iacobus Reichwein et M. Matthaëus Gotzius ob actionem nocturnam, qua in studiosum quendam eiusque parentes varias iecerant contumelias, relegantur, quorum ille eodem anno restitutus est.

Henricus Clampe Bremensis multis improbitatis exemplis indignum se ostendebat academiae iuribus et privilegiis. Nullas enim audiebat lectiones, tempus computationibus impendebat, plurimarum contentionum auctor, magistratus et legum auctoritatem contemnebat; diversis iuvenibus multis diebus erat molestus, ut in publicum prodire non auderent: mortem enim uni erat minatus, alterum in publica via adoritur. Citatus saepius a Rectore non comparet; tandem cum se sisteret, obloquitur petulantissime, in carcerem ire iussus reluctatur, | et Rectorem Museo egressum secutus cultrum stringit, ut opera praefecti vigilum ad carcerem deducendus esset. Mane in senatu auditus nihil habet, quod nequitiae obtendat, idcirco propter atrociam delicta omnium facultatum decreto in per-

*) *Nomen erasum probabiliter restitui poterat. Cf. supra.*

petuum ex academia et oppido relegatur cum infamia 6. Augusti, quo ipso carcere effracto aufugit. Hoc carcinomate resecto omnia fuerunt tranquilliora. Etsi enim miles praesidiarius nonnunquam studiosis negotium faceretur, data tamen est opera, ut hi adversus iniurias maturo consilio defenderentur.

Dn. Iacobum Thysium propter corruptos mores et crebriora scandala, quae academiae et civitati dabat, Illustrissimus Princeps professione historica abdicat mense Augusto.

Funera.

Dnus. Wigandus Happelius vir ordinis Senatorii et Consularis, D. Wigandi Happelii I. U. D. et hebr. linguae professoris filius, Iohannis Ferrarii primi academiae huius Rectoris ex filia nepos, 8. d. Ianuar. vita defunctus funere effertur 11. d. eiusdem mensis.

Margreta Iohannis Lunckeri Senatoris Marpurgensis vidua 23. Maii mortua sepelitur d. 25.

Andreae Marnio bibliopolae supremum honorem habemus 12. Iunii.

Catharinae Dn. Lucani I. U. D. Consilarii Hassiaci viduae, cum 11. Iunii mortalitatem exisset, exsequiae peraguntur 15. eiusdem.

Henricus Michäel Silesius 7. d. Augusti ab Antonio Buxtorffio Westphalo in palaestra oculo laesus postridie in Domino placide obdormit; funus honestum ei factum eiusdem mensis d. 10.

Clarissimum facultatis Medicae sidus, Dn. Henricus Petraeus botanicus et anatomicus professor excellentissimus, collega nobis longe charissimus, occidit 12. Augusti. Corpus ad sepulchrum datur 14. eiusdem.

Mense Aprili Clarissimus Dn. Hermannus Kirchnerus I. U. D. historiarum et oratoriae Fol.232.a. antehac professor felicissimus, cum per aliquot annos in illustrissimae Hennebergensis viduae aula privatim vixisset, honesto academiae stipendio sustentatus, vita defungitur.

Honores.

Annus hic illustris fuit duabus promotionibus, quibus tredecim viris clarissimis honores in utroque iure doctorales sunt collati.

X. Februar. a Consultissimo viro Dn. Iohanne Goeddaeo I. U. D. et Codicis professore utriusque iuris doctores renunciantur Everhardus Henricus Pincier Herbornensis, Henricus Schmerhemius Steinhemio - Westphalus, Simon Finckius Halberstadiensis et Sigefridus Happelius Marpurgensis.

XXVIII. Decembris promotore Clarissimo Consultissimoque viro dn. Christophoro Deichmanno, I. U. D. et pandectarum professore celeberrimo, summi in iure honores conferuntur novem viris doctissimis, Theodoro Beumero Montensi, Abrahamo Heymel Treisensi Hasso, Iohanni Sustermann Hildensheimensi, Henrico Willerding Hildesheimensi, Arnoldo Haussbrandt Tecklnburgensi Westphalo, Hermanno Wolffio Cassellano Hasso, Iohanni Kornmanno Hamelburgensi Franco, Iohanni Christophoro Becker Treisensi Hasso, Nicolao Vigelio Marpurgensi Hasso. Si candidatorum numerum spectes, vix splendidior ulla fuit promotio a fundata academia, qua felicitate Deus beare nos voluit medios inter armorum strepitus.

XXIX. Maii Experientissimus Medicus Doctor Iohannes Pincier, cum ipsi paulo ante professio physica iussu Illustrissimi Principis demandata esset, in Consistorio iuramentum professorium praestat.

IX. Maii Iohannes*) restituitur: Eadem gratia praestatur Iohanni Pfankuchen Marpurgensi 18. Octobris.

Ad Homagianam historiam pertinet, quod Philippus Hombergerus ad semestrem militiam damnatur. Holstenius vero, cum aliquoties auditus esset, male sibi conscius poenae metu turpiter solum vertit.

Quod superest, DEUS ecclesiam potenter tueatur adversus cruenta Antichristi consilia, patriam periclitantem servet, principem nostrum consilio et virtute contra hostes muniat, denique academiam clementer sua benedictione augere pergat. Sign: 31. Decembris Anno 1620. Iohannes Crocius, S. theol. D. et professor.

Fol.232.b.
vac.

(1621.)

Fol.233.a. ANNO A NATO CHRISTO MDCXXI Calendis Ianuariis unanimi Dn. Professorum consensu electus et publice renunciatus est Academiae Marpurgensis Rector ANTONIUS MATTHÆUS I. U. D. ET INSTITUTIONUM Imperialium Professor, sub quo professi sunt sua nomina et in album studiosorum recipi petierunt, qui sequuntur:

Henricus Berhorst Monasteriensis Westphalus.	16 April.
Henricus Stollenbecker Volckmariensis.	20 Apr.
Cunradus Otto Treisensis Hassus.	7 Maii.
Ioannes Hoffman Sontranus Hassus.	8 Maii.
Casparus Ostereich Geismariensis Hassus.	24 Maii.
Cunradus Streicherus Geismariensis Hassus.	24 Maii.
M. Daniel Stolcius Cuttenbergenus Bohemus.	29 Maii.
Ioannes Huck Unnensis Marco Westphalus.	30 Maii.
Ioannes Eichelbergius Bönensis Marco Westphalus.	30 Maii.
Ambrosius Behrman Gudensbergensis Hassus.	3 Iunii.
Israël Godaecus Allendorfensis Hassus.	3 Iunii.
Ioannes Lohman Cassellanus.	4 Iunii.
Christophorus Rotfuchsus Allendorfensis.	9 Iunii.
Ioannes Godfridus Grim Susatensis Westphalus.	} 12 Iunii.
Henricus Leimgardius Essiniensis Westphalus.	
Ioannes Hanstein Nerensis Waldecus.	27 Iunii.
Gerardus a Krodenbusch Leovardiensis Frisius Orientalis.	
Martinus Widerstein Sigenensis Nassovius.	

*) *Nomen erasum legi non poterat.*

	Ioannes Gothofredus Palthenius Rentelensis Wedderavius.	18 Aug.
	Franciscus Wolpman Verdensis Saxo.	29 Sept.
Fol.233.b.	Ulricus Fabricius Schmalcaldensis.	5 Octobr.
	Ioannes Schille Isenacensis Thuringus.	16 Octobr.
	Iodocus Bodeker Warburgensis.	27 Octobr.
	David Hartmannus Wolffhagensis Hassus.	29 Octobr.
	Christophorus Musculus Zierenbergensis Hassus. }	30 Octobr.
	Ioannes Rasch Zierenbergensis Hassus.	
	Cunradus Iohrenius Balhornensis Hesus.	31 Oct.
	Ioannes Haxthausen Hoffgeismariensis Hassus. }	31 Octobr.
	Cunradus Wetzel Hoffgeismariensis Hassus.	
	Elias Leutius Melbazensis Wedderavus.	5 Novembr.
	Wilhelmus Henselius Lychensis Wederavus.	21 Nov.
	Simon Mulus Ziegenhaynensis.	4 Decembr.
	Ioannes Grebenstein Gesekensis Westphalus.	5 Decembr.
	Iohan Iost Von Eringshausen Nobilis Hassus.	10 Decembr.
	Alhardus Philippus Von der Burgk Westphalus.	19 Decembr.
	Ioannes Von der Burgk.	19 Decembr.
	Simon Von der Burgk. }	19 Decembr.
	Rabanus Alhardus Von Derss. Hassus.	
	Casparus Omphalius Marco Clivus.	
	Iustus Gerides Burensis Westphalus.	20 Decembr.
	Hermannus Herting Saltcotensis Westphalus. }	31 Decembr.
	Ioannes Henricus Scholl Idsteinensis.	
	Eckhardus Matthaëus Marpurgensis Rectoris filius.	31 Decembr.

Paedagogici hoc anno in Paedagogeum recepti sunt.

Inscripti sunt viginti quinque, inter quos:

Fol.234.a.

Ioannes Conradus Monaeus Crucinacensis *).
Bernhardus Hermannus de Monster Westphalus Nobilis.
Theodorus ab Ascheberg Westphalus Nobilis.

Iurisdictio.

In annalibus superioris anni sub capite IURISDICTIONE facta est mentio D. Hermanni**) Scharffenii, Ordinis Teutonici advocati, quod cum protestatione praestiterit iuramentum fidelitatis, veritus, ne cum in aede Teutonica habitet, ordini isti aliquod afferret, quod ad iurisdictionem, praeiudicium. Commendator ordinis, re cognita, 5. Februarii ao. 1621 insinuari Rectori curat scriptum contradictionis et protestationis, quo tantum non expo-

*) *In margine adscriptum est:* 1649 mortuus Groningae Frisiorum, ubi agebat cum laude Professorem et Doctorem Institutionum Iuris.

**) *A priore manu scriptum erat Cunradi. Cf. Fol. 230.a.*

bratur Rectori, quod illum ad iusiurandum praestandum adegerit, qui iurisdictioni Rectoris subiectus minime sit, tametsi membrum Academiae esse possit. Qui insinuabat, Notarius erat Amenaburgensis, cui nomen est Ioanni Menzio. Testes ei astabant duo cives Mar-
 Fol.234.b. pur|genses Henricus Arnoldt sartor et Hartmannus Scheffer faber serarius [*sic*]. Rector simul ac scriptum in manus sumit et vult legere, Notarius et testes abitum parant. Rector expectare petit, quoad legerit, ut possit respondere. Illi, se non habere in mandatis, ut responsum expectent, si quid respondendum videatur, posse scripto fieri. Itaque Rector coram illis protestatur, quod accipiat tantum ad referendum collegis, ad assentiendum minime, si quid in scripto contineatur, quod Academiae praeiudicet. Postridie cogitur Senatus eiusque de scripto iudicium cognoscitur. Visum est Senatui, Rectorem debere in praesentia Decanorum D. Scharffenio indicare, si velit esse membrum Academiae, esse, quod Rectorem magistratum suum agnoscat, cum ista duo a se invicem avelli nulli modo possint, si nolit agnoscere, agnoscere amplius pro membro non posse; quod si vocatus ad Rectorem et Decanos comparere nolit et forsitan obtendat, quod Commendator partitionem inhibuerit, idem significandum illi esse per pedellum, quod Academia ipsum amplius membrum sui corporis non agnoscat. Atque hoc quidem significatum illi est, cum 14. Martii vocatus comparere noluit, causatus Commendatoris mandatum prohibitorium. Regessit autem D. Scharffenius pedello nunciatori, se non sperare, ita secum actum iri, nec credere, quod tale quid ab Illustrissimo Principe mandatum sit. Visa haec fuit tacita quaedam ad Principem provocatio. Itaque Senatus Academicus aliter facere non potuit, quin rem omnem Principi per literas aperiret, id quod fecit 25. Aprilis. Princeps postea Cancellariae Marpurgensi rescripsit, quid cum Scharffenio agi velit. Res autem ita transacta est, ut Procancellarius D. Iacobus Iungman 16. Iunii per Scribam Sigfridum Becker Rectori indicari fecerit, et vel ipse Cancellarius postridie, a concione matutina, in foro eidem indicarit, Illustrissimum Principem mandasse serio, ut D. Scharffenius Rectorem magistratum agnoscat eiusque iurisdictioni se submittat; ni faciat, statutum in illum iri poenae exemplum, promississe autem D. Scharffenium, quod mandato Principis parere et Rectorem pro magistratu suo habere deinceps velit, quem antea non tam suo iudicio, quam heri sui, Domini Commendatoris iussu abnuerit. Atque sic D. Scharffenius in gremium Academiae rediit et receptus est.

Privilegia.

Fol.235.a.

Quod metuendum esset ab Hispano milite, occupante Palatinatum, exercitum Illustrissimus Princeps conscripserat et in urbes passim distribuerat. Erant illi milites non solum hospitio excipiendi, verum etiam cibandi magnam partem. Cum autem cives omnibus excipiendis alendisque non sufficerent, pars oneris etiam in Professores et caetera Academiae membra derivata est, exceptis tantum Professoribus, qui habitarent in publicis Academiae aedibus. Videbatur quidem id detrahere nonnihil communibus literatorum privilegiis, sed parere necesse fuit, qui imperandi ius habent. Insuper, qui exercitui dux praeerat, Princeps

Lauenburgicus sal, acetum, candelas et lectos sibi subministrari desiderabat; quod onus cum cives recusarent et nec ferre possent, Professores et caeteri Academiae iurisdictioni subiecti id in se receperunt. Lectos autem suppeditarunt viduae quaedam, Academiae membra.

Novi Professores.

In Professorum numerum hoc anno coaptati [*sic*] sunt Ioannes Moltherus Medicinae Doctor et Christianus Sturmius, et ille quidem in locum D. Henrici Petraei Medici p. m. 20. Iunii suffectus est, hic vero Doctori Rodolpho Goclenio Mathematicum Professore p. m. 24. Iulii successit.

Promotiones.

Antonius Matthaeus I. U. D. et Institutionum Imper. Professor ordinarius idemque tum temporis Rector die 6. Sept. septem viros doctissimos Dn. Bertramum Selle Susatensem Westphalum, Dn. Ioannem Bogerum Brackensem Westphalum, Dn. Casparum Budaeum Lippiensem Westphalum, Dn. Theodorum Hoepingium Susatensem Westphalum, Dn. Georgium Turcken Hannoveranum Saxonem, Dn. Henricum Calcovium Cassellanum Hessum et Dn. Ioannem Curdesium Magdeburgensem Saxonem iuris utriusque civilis et canonici Doctores publice, more consueto, renunciavit.

Fol.235.b. Dn. M. Ioannes Combachius S. S. Theologiae Licentiatus et Logicae Professor die 16. Augusti Philosophiae Magistros renunciavit iuvenes tredecim. Promotionis actus typis excusus extat.

Aedilitas.

Pars muri, quo urbs prope portam Franciscanam cingitur, sub aedibus Academicis publicis ad portam sitis, hoc anno collapsa est, quo lapsu damnum aliquod vicinis M. Reinhardi Abeli p. m. aedibus illatum. Petierunt haeredes a Senatu civico, ut murum restauraret, ne plus inde damni aedes suae caperent. Renuit Senatus, et refectionis onus in Academiam translatum voluit, quod aedium Academicarum, quae isto loco muro impositae essent, vitio ruina contigisset. Cognitio istius rei, cum inter Professores et Senatum convenire non posset, a Consiliariis Principis demandata tandem fuit aedili Principis Beniamino Bramero et murariis nonnullis: hi iudicarunt, stillicidium aedium Academicarum per rimas muri incuria aedilis Academici non obturatas ea parte, qua sub dicta domo de muro in hortos et urbem prospicitur, ad inferiorem usque muri partem a multis annis penetrasse, unde ruinam tandem sequi necesse fuerit, onus itaque refectionis non Senatui, sed Academiae, cuius culpa damnum datum esset, incumbere.

Funera.

Diem obierunt hoc anno et honorifice Academia comitante sepulti sunt:

Paulus Cellarius Medicinae Doctor et Professor. Obiit 11. Ianuarii, hora quinta vespertina. Sepultus 14. eod. hora secunda.

Rodolphus Goclenius Medicinae Doctor et Mathematicum Professor. Obiit 2. Martii hora 2. matutina, anno aetatis suae 49. Sepultus est 4. Martii hora 12.

Henricus Ludovicus Scheffer Amplissimi et Consultissimi Viri Reinhardi Schefferi
Cancellarii Hassiae filius. Moritur Giessae 7. Ianuarii. Sepelitur Marpurgi 13. eod.

Rudolphus Hudtwalcker typographus. Obiit 28. Martii, sepultus 30. eodem.

Ioannes Henricus Iconii | Professoris Theologiae filius. Defunctus est 17. Aprilis et sepultus 20. eodem.

Denique Georgius Vigelius Marpurgensis Philosophiae et Iurisprudentiae studiosus.
Obiit 9. Iunii, est sepultus 11. eodem.

Antonius Matthaeus I. U. D. et
Institut. Imperialium Professor
subst. mpria.

Fol.236.b.
vac.

(1622.)

Fol.237.a. ANNO A NATO CHRISTO MDCXXII Calendis Ianuarii more solenni Academiae
huius electus est Rector IOHANNES COMBACHIVS WETTERANUS philosophiae Professor
ordinarius.

Sub cuius administratione in album relata sunt quae sequuntur studiosorum nomina:

Dethmarus Lonnerus Susatensis. 5 d. Ianuarii.

Petrus Keuchenius Clivo-Vesalius. 24

Isaacus Ludovicus a Gröben Eq. March. 1 d. Februarii.

Ernst Ludwig von der Gröben Eq. Megapol.

Robertus Keuchenius Clivo-Vesalius. 26 d. Aprilis.

Hermannus a Bert Clivo-Vesalius. 27

Iohannes Theodorus Müntz Dinslacensis.

Iohannes Slatenius Clivo-Duisbergensis.

Hermannus Ewichius Clivo-Vesalius.

Georgius Milchling a Schönstadt. 11 d. Maii.

Henricus Seitz Cassellanus. 15

Iohannes Crato Schweinsbergensis. 17

Iohannes-Henricus Esther Schweinsbergensis.

Georgius Tilemannus Buddenhausen Wettensingensis. 8 d. Iunii.

Iohannes Scherffius Hoffgeismariensis. 13

Hermannus Philippus Günstius Friedeslariensis. 14

Ioachim Opperman Hildesheimensis. 24 Iunii.

Caspar Henrich Opperman Hildesheimensis.

Iohannes a Rhor Nob. Marchicus.

Benedictus Crusius Suecus.

Iohannes Widdekindus Corbacensis Waldecus. 25

Fol.237.b.

Bernhardus Brachtenius Gottelsheimensis Waldecus.	
Iohannes-Iustus Günstius Frideslariensis.	21 Iulii.
Conradus Huttenius Corbacensis.	16 Augusti.
Egebertus Vietor Breunensis.	16 Octob.
Franciscus Engelhardus Cassellanus.	23
Iohannes Wernerus Zirenbergensis.	
Iohannes Heinius Cassellanus.	28
Iohannes Crato Lichensis.	12 Novemb.
Nicolaus Pflockius Allendorffensis.	20
Iohannes Thomas Ehmerus Rengshusanus.	22
Iohannes Iacobus Hugo Spirensis.	23
Iohannes Schleyerer Wildungensis Waldecus.	24
Hermannes Combachius Marpurgensis Rectoris filius.	31 Decemb.

Paedagogicorum a Clarissimo Viro M. Theodoro Vietore Graecae linguae Professore et Paedagogearcha in paedagogium receptorum et pro more in album Academiae relatorum nomina haec sunt.

Inscripti sunt triginta duo, inter quos:

Fol.238.a.	Iohannes Christophorus	} a Nordeck in Rabenaw nobiles Hassi.
	Conradus Reinhardus	
	Fridericus Magnus	
Fol.238.b.	Henricus Leo	} a Löwenstein fratres nobiles Hassi.
	Wernerus Sittichius	

Temporum difficultas in summa studiosorum raritate solito pene difficiliorem reddidit anni huius administrationem. Cum enim eodem anno plura mala concurrerent, monetae corruptio eiusque valoris in immensum crescentis mutatio, belli metus, morborum semina, ea Academiam devastabant, ut studiosi pauciores ad nos venirent et qui nobiscum erant discederent: at vero et haec et quae aliae accedebant difficultates gubernationem intricatam relinquebant, ut quid facto opus dubium saepe esset. A quo enim monetae corruptio coepit, quod factum seculi huius anno vicesimo, valor grandioris monetae simul coepit augeri, ut Imperialis 50 primum, inde 60, hinc 70 albis aestimaretur. Crevit de die in diem iniquitas, ut privatis hominibus pro arbitrio precium indicentibus hoc anno 15 floreni, quibusdam etiam locis 20 thaleri pro Imperiali numerarentur. Hac fraude alii ad circumveniendos alios usi sunt, quique candide cum aliis agere cupiebant, vel non poterant, vel saltem improbis agere non videbantur. Nec poterat fraudi adhiberi medicina, donec tandem, cum in immensum malum augetur, grandior moneta pro mensura commerciorum, ipsa aequitate id ipsum efflagitante et necessitate cogente, ab omnibus agnita fuit, | missis albis et florenis ex hominum phantasia et imaginatione ortis, et Illustrissimus ac clementissimus Princeps amore patriae edictum anni 1610 de re nummaria renovavit, excluso eo

monetae genere, unde mali omnis principium natum erat *). Verum in hac confusione plebs, cui res erat cum studiosis et Academia, compendium factura facile patiebatur sibi numerari iustum rerum pretium, et plus aequo etiam exigebat, cum alborum numero inhians albos, quorum tempore levioris monetae in contractibus usus fuerat, grandiori moneta et albis iusti pretii sibi compensari vellet: contra vero, quando Academiae quod debebat numerandum erat, solutionem recusabat, nisi pro cuiusque fere arbitrio acceptaretur. Quae res praeter lites cum studiosis agitata non exiguam difficultatem nobis peperit in redditibus et rationibus Academicis, collectoribus etiam reddituum nostrorum frumentum leviori moneta distrahentibus, nec tamen iusto tempore, cum aliquis adhuc eius usus esset, eam oeconomio numerantibus. Inde res nostra oeconomica dubia valde et incerta reddita fuit, et non leve damnum passa est Academia, Academico Senatu frustra saepius deliberante, quod huic malo esset consilium. Nec res componi poterat, nisi transactio qualis qualis, Academiae tamen gravior, suscepta fuisset. Quod eam ob causam huc inserere volui, ut si quando posteritas indices nostrarum rationum et reddituum (Registra vulgo appellant) inspexerit, et non omnia sibi plane respondere animadverterit, ex ea confusione, cuius similem quidem apud Aventinum et in historiis Gallicis apud Thuanum, sed parem, ut arbitror, non legimus, natam esse difficultatem cognoscat.

Fol.239.b. Rumores etiam bellici gravissimam cladem Academiae intulerunt. Cum enim non tantum minae hinc inde spargerentur de Hassia invadenda, sed et adversarum partium exercitus iam in vicinia nostra morarentur, iam etiam transitum facerent, partim metus terrebat parentes, quominus ad Academiam liberos mitterent, partim etiam viae ob milites hinc inde transeuntes minus tutae vix aditum et accessum ad nos exteris permittebant.

Cum vero ad muniendam et defendendam urbem praesidium Illustrissimus et clementissimus noster Princeps in civitate collocaret, et superiori anno auctis ob imminens periculum praesidiariis militibus, multitudini cives sufficere non viderentur, voluit Illustrissimi eius Celsitudo omnes civitatis incolas sine discrimine Academicos pariter et Consiliarios oneris partem in se recipere, tantum collegia et aedes publicas lectionibus publicis et iuventutis institutioni dicatas ab hoc onere excipiebat. Inde cum maxima praesidii pars dimitteretur, equitum vero cohors succederet, iique vel e publico essent alendi, vel singulis privatim essent alimenta subministranda ab iis quibuscum habitarent, tolerabilius Consiliariis visa est conditio, si publice alerentur. Ac quia civitatis aerarium sumptibus ferendis impar esse videbatur, iudicabant Consilarii contributionem imponendam esse civibus, e qua sumptus huic usui necessarii peterentur. Ne vero onus civium tantum humeris incumberet, mihi in Cancellariam vocato significarunt, aequum sibi videri, ut

Fol.240.a. Academia | quoque contribuat: quod si enim privatim sint alendi equites, eam ab hoc onere

*) De rebus illis nummariis et de edictis Mauriti Landgravii ad eas pertinentibus cf. imprimis Hess. Landesordnungen I, p. 492 sq. 613 sqq. (Hildebrand) Beiträge z. Gesch. der Preise und des Tagelohns in Hessen, in Jahrb. f. Nationalökon. XIX (1872), p. 145 sqq. De universis per totam Germaniam illo tempore difficultatibus nummariis egit Opel in Sybel histor. Zeitschrift XVI, p. 213 sqq.

liberam et immunem non futuram. Rem detuli ad Senatum Academicum. Conclusum unanimes consensu, per Notarium significandum Consiliariis, consentire Academiam in collationem, siquidem omnes sine discrimine, Commendator aedis Teutonicae, Consilarii et quicumque alii civitatis incolae conferre velint: quod si vero quisquam hinc se velit excipere, Academiam pristinam etiam libertatem allegare et a contributione immunem se profiteri. Id per Notarium Consiliariis relatum fuit, qui tum temporis necessitatem hoc efflagitare responderunt: sed ab eo nemo fuit, qui contributionem hanc exigeret.

Undecimo vero Aprilis nomine Reverendissimi et Illustrissimi Principis ac Dni. Dn. Wilhelmi Hassiae Landgravii etc. Dni. nostri clementissimi et Commissarii Raphaëlis von der Rabenaw Secretarius Taurellus indicavit: quum Illustrissimus et clementissimus noster Princeps Mauritius milite praesidiario civitatem ad tempus velit esse munitam, in eum usum duas mensas officialium esse instruendas. Ac quia in hoc milite sustentando Illustrissimi eius Celsitudo nolit quenquam esse immunem, eam dari optionem corpori Academico, an malit milites in aedes suas recipere, an vero 36 Imperialibus in singulos menses ad officiales sustentandos hoc onus redimere. Durior quidem visa conditio Senatui nostro, nihilominus in hunc modum caussam definivit: petendam esse moderationem, quod pauciores simus quam vulgò iudicetur. Admissa moderatio, ut 32 Imperiales numerentur. Sed nova difficultas hinc oborta, quod Assessores summi dicasterii (quos, uti olim, ita Fol.240.b. nunc quoque Academiae in contributionibus ab | universa provincia contribui solitis se adiungere voluit Princeps) immunes ab hac contributione esse vellent et pluribus Academiae membris milites in aedibus suis relinquerentur. Hinc cum exigeretur pecunia, non nisi iis gravaminibus sublatis nos soluturos responsum. Et cum Reverendissimus et Illustrissimus Princeps interea hinc proficisceretur, hoc tempore exactio ea intermissa fuit. Mense vero Decembri rediit ad nos Arcularius, qui com meatui praefuerat, exigens contributionem, in quam consenseramus. Respondit Senatus Academicus, non se negare solutionem, dummodo subtrahatur certa proportione pars eorum, qui vel contribuere nolint vel milites in aedibus habuerint. Quod responsum scripto exhibitum fuit Burchardo Hoffmanno, Praetori civitatis, et Arculario: ac ab eo tempore nulla a quoquam eius contributionis conferendae facta est mentio.

Consultatio alia quoque fuit habita, libertati Academicae conservandae necessaria. Cum enim magna cerevisiae penuria incideret, multi coacti sunt, ut prospicerent rei familiaris necessitati, domi suae cerevisiam coquere. Quod quia videbatur esse coniunctum cum diminutione eius contributionis, quae vini et cerevisiae nomine (communiter vocant Grandsteuer) Illustrissimo solet pendi, coeperunt ab Academicis collectores eius contributionem exigere. Unde res venit in consilium. Iudicavit Senatus Academicus, professores actu docentes et rude donatos, praeceptores paedagogicos, oeconomum, provisorem seu collectorem reddituum et notarium merito hac in parte iisdem frui privilegiis, quibus Fol.241.a. gaudent in vino emendo et sine ullo tributo bibendo, | vigore privilegiorum ab ipsa Academiae fundatione concessorum et ab Illustrissimo nostro Principe de novo clementer confirmatorum. Aliam vero esse caeterorum membrorum conditionem, quibus ut eandem

libertatem optemus, tueri tamen fore difficillimum. In quam sententiam scriptum comprehensum praetori responsi loco ab Academia est exhibitum: hinc exactio intermissa est.

Practerea morborum semina Academiam invadebant, ut metus etiam subesset graviorem pestem subsequituram. Nam Ungarica febris, quam milites praesidarii in civitatem intulerant, brevi multos sua contagione inficiebat. Ad quam accedebat dysenteria, per diversas urbis partes sparsa: varioli etiam hinc inde vagabantur: quae diversa morborum genera aliquanto plures e medio nostri sustulerunt, quibus ultimum pietatis officium Christiano more eos ad sepulturam honeste deducendo exhibuimus. Quorum pie defunctorum nomina hic subiicere placuit.

Anna Scharpfiana Conradi Scharpfenii dicasterii summi et principalis Hassiaci advocati, Academiae Notarii, viri, cum viveret, optimi omnibusque chari, vidua 29. d. Ianuarii mortua ultimo eiusdem sepelitur.

Henrico Schenckbar civitatis praetori 29. d. Aprilis supremi diei honorem habuimus.

Bernhard Herman a Munster, filius equitis praenobilis Dn. Bernhardi a Munster, Domini in Meinhövel, Hilbeck et Geisberk, paedagogei discipulus variolis laborans diem suum obiit decimo quinto aetatis anno, 5. d. Iunii, funus effertur 8. d. eiusdem mensis.

Fol.241.b.

Hunc paulo post sequitur studiorum individuus comes Theodorus ab Ascheberg in Rauschenburg arce dioeceseos Monasteriensis, nobilissimi quondam viri, Ioannis ab Ascheberg filius, eodem morbo infectus, 18. d. Iulii, cuius funus ad templum parochiale deduximus 21. d. eiusdem, in quo ad latus sui condiscipuli repositum est.

Martha Kleinia Dn. Christiani Sturmii Matheseos Professoris uxor dysenteriae doloribus correpta, postquam primum partum nondum satis maturum edidit, eum ad caelestia praemissum brevi subsequuta 2. d. Augusti honeste sepelitur 5. d. eiusdem.

Iohan-Daniel Crocius, Reverendi et Clarissimi viri Dn. Iohannis Crocii Theologiae Doctoris et Professoris primarii filiolus, 14. Septemb. anni superioris in hunc mundum natus, discedit 26. d. Iulii, deducitur ad templum superius in locum quietis 28. d. eiusdem.

Zeitlosia filia nobilissimi viri Dn. Iohannis a Linsing Consilarii primarii 25. d. Iulii moritur, ad cuius exequias cohonestandas 29. d. eiusdem convenimus.

Sororem brevi sequitur soror Agnes 8 annorum puella nobilis caelestis gaudii desiderio 2. d. Augusti, cui funus fecimus 6. d. eiusdem.

Anna Maria virgo decentissima, filia Doctoris Ioannis Ulneri quondam Consilarii Illustrium Comitum Nassovicorum et in eorundem gymnasio Professoris, terrae mandatur 20. d. Augusti.

Raphaël Eglinus Iconius Theologiae Doctor et Professor, Ecclesiastes in arce, vir magni ingenii et eruditionis, qui anno 1606 ad nos venit et Theologiam ab eo tempore docuit, dysenteria correptus obiit 20. d. Augusti, effertur 22. d. eiusdem.

Elisabetha Iohannis Wildneri stipendiariorum praepositi uxor in puerperio mortua 30. d. Augusti sepelitur.

Et hic quidem status fuit Academiae hoc tempore tristis satis et plenus molestiarum. Fol.242.a. Inter has tamen turbas aliqua mansit | Academiae facies. Et promotio solennis Doctorum Iuris hoc anno una fuit habita clarissimo et consultissimo viro Dn. Iohanne Göddaeo I. C. Codicis Professore honores in utroque iure conferente Dn. Iohanni Matthaeo Sigenensi Nassovico, collegae nostri honorandi viri clarissimi Dn. Doctoris Antonii Matthaei filio, eidemque sponso eadem die nuptias celebranti, et M. Georgio Adamo Heilman Mospacensi Palatino.

In facultate vero philosophica hoc anno promotio haberi non potuit, quod in hac raritate non essent qui gradum peterent.

Et haec fere sunt digna visa, quae pro more ad rei memoriam huc insereremus.

Quod superest Deo Opt. Max. toto pectore ago gratias, quod e tot tantisque periculis undique nobis imminentibus clementer nos liberaverit, eumque ardentibus precibus invoco, ut in posterum quoque gratia sua nobis adesse, et Ecclesiam afflictam ex insidiis satanae et mundi benigne eripere et liberare velit: ipsi Regi seculorum immortalis, invisibili, soli Deo honor et gloria in secula seculorum. Amen. Signatum 31. d. Decembris a^o a nato Christo 1622.

Ioh. Combachius.

sst.

Fol.242.b.
vac.

(1623.)

Fol.243.a. Anno a nato Messia millesimo sexcentesimo vicesimo tertio Calendis Ianuarii | Magno omnium professorum consensu Rector eligitur et publice renunciatur IOHANNES CROCIUS SS. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR PRIMARIUS.

Eorum qui sub hoc annuo Magistratu academicis privilegiis sunt donati, nomina haec sunt.

Eckhardus Philippus Schulerus Biedencapensis.	}	29. Martii.
Conradus Gibbelnhusius Francobergensis.		
Ericus Gravius Marpurgensis.		
Abrahamus Staudenius Francobergensis.		
Wilhelmus Celschius Goarinus.		
Iohann. Henricus Wieradius Biedencapensis.		
Albertus Gerlacus Wagnerus Biedencapensis.		
Conradus Henningius Immenhusanus.		
Michael Angelocrator Iessensis.		
Henricus Clodius Marpurgensis.		
Iohannes Feig Allendorphensis Hassus.	}	17. Maii.
Iohannes Anakerus Hombergensis Hassus.		
Henricus Textor Francobergensis Hassus.	}	27. Maii.
Christophorus Maius		
Nicolaus Maius	} Cassellani Hassi.	9. Iunii.
Petrus Matthias Norimbergerus		
Iohannes Norimbergerus	} Dreisa Minzenber- genses Wedderavi.	25. Iunii.
Reinhard Adolphus von Leerbach nobilis Hassus.		
Henrich Daniel Hotzfeldt Hotzfeldensis Hassus.	}	14. Iulii.
Arnoldus Trippius Francomontanus Hassus.		
Fridericus Matthaenus Marpurgensis Hassus.	}	29. August.
Adamus Schröderus Neocuriensis Hassus.		
Laurentius Schröderus Schwarzenbornensis.	}	29. August.
Philippus Wormbserus Marpurgensis.		
Paulus Gibelius Marpurgensis.		
Casparus Breidenstein Biedencapensis.		
Iohannes Saurius Francofurtensis.		
Martinus Dexbachius Marpurgensis.		
Iohannes Sebastianus Rachelshusanus.		
Gregorius Cruciger Marpurgensis.		
Iohannes Rhodius Spangenbergensis.		
Iohannes Almus Romershusanus.		

Fol.243.b.

Wilhelmus Scharffius Marpurgensis.	2. Septembr.
Henricus Pottgitterus Clivo Vesalius.	29. Septembr.
Theodorus Wolff Varenholdensis Westphalus.	} ult. Septembr.
Iohannes Resius Rockensusensis Hesus.	

Animi praesagium, quod a Magistratu adeundo me absterrebat, rerum eventus abunde complevit. Innumeris quippe difficultatibus hunc annum obnoxium reddidit tum belli furor, tum rei monetariae corruptio superioribus annis invecta, cui mandatis quidem itum est obviam, non tamen effectum, quo minus fructum eius acerbissimum degustaremus amplius; tum denique maxima Oeconomi et collectorum academiae negligentia atque contumacia.

Oeconomica.

Ut enim hinc ordiar, redituum collectores neque in reditibus tum pecuniariis tum frumentariis colligendis neque in his rite dividendis et iusto pretio reddendo officium superiori tempore fecerant, unde factum ut neque elapso, neque hoc anno stipendia solvi potuerint. Nortshusanus corruptam monetam pro frumento obtrudere conabatur. Etsi vero nec se isto pretio omne frumentum vendidisse, nec tam tarde solutionem ab emptoribus factam esse, atque ille praetendebat, probare posset, imo contrarium ex testimoniis ab ipso oblatis constaret manifeste, eamque ob causam arresto fere menstruo detineretur, tandem tamen cum eo transegit academia mense Februario; praesertim cum oeconomus Fol.244.n. non omnino culpa vacaret*) . . . | Quia vero Nortshusanus non solum solutionem contra datam fidem longius distulit, sed etiam transactionem per fideiussorem coepit in dubium vocare, praeterea in omnibus muneris partibus magna negligentia apparebat, redditus rationibus mense Augusto, cum ex arresto, quo iussu Commissariorum propter non solum recessum, quem vocant, detinebatur, clam aufugisset, officio eum abdicavit senatus academicus, suffecto in eius locum Otthone Fleischhauero Cassellano. Multo vero turpius se gessit collector Cugliticus et Calderensis Reinhardus Happelius. Primum enim illi parum curae fuit census et frumenta colligere, modo ipse suo stipendio frueretur. Unde ab aliquot annis recessus rationum valde creverunt. Quod hinc quoque ortum est, . . .**). Commendabat quidem uterque suam diligentiam, verum rationum indices ostenderunt, etiam ab illis Happelium non exegisse census, qui et poterant et parati erant solvere, id quod Commissarii in faciem ipsi aliquoties exprobrarunt. Accedebat summa impudentia, qua debere se academiae quicquam negabat, oblato debitorum catalogo, quasi

*) *Nonnulla verba ita expuncta sunt, ut ad ea legenda, siquidem omnino restitui possunt, maior opera adhibenda esset quam ipsius causae magnitudo flagitare videbatur. Crocius postquam academia Cassellano principi reddita Marpurgum rediit, sua manu in margine haec adscripsit: Hic manus maligna dispungendo vera Oeconomi non boni honori consulere voluit exemplo ad omnem posteritatem abominando.*

***) *Iterum duo versus et dimidiis prorsus expuncti atque a Crocio adscriptum: O maligna manus, quae vera dispunxit. Praeterea ea omnia quae tribus paginis et dimidia narrata sunt lineis transversis deleta sunt, quae de re in margine haec adscripta leguntur: NB. Esse haec expuncta iussu Sereniss. ac Celsiss: Principis Georgii [immo Ludovici] H. L. infra relatam vide ad Anni 1628 Martium.*

stipendium accipere nihil praestare teneretur. Impudentior comes erat insignis protervia: petulantissime enim, ne quid gravius dicam, magistratui se opponebat, fretus nescio quorum Patronorum auctoritate. Quam ob causam, ne gravius damnum fastuosi illius hominis insolentia rebus academicis afferret, deiectus est suo loco communi concilii sententia, praesertim cum fideiussores nollent deinceps pro illo fidem suam interponere, metuentes ne mala illius administratione gravioribus difficultatibus implicentur. Successit autem illi Iacobus Bonacker civis Marpurgensis.*) recessibus quos academiae bono conditos

Fol.244.b. Principalis auctoritas confirmavit|..... prae se ferebat, se non teneri comparere, quod non Rectori et senatui, sed tantum Principi et Consiliariis sit obnoxius .. e re academiae. Imo cum senatus .. comparasset, et si diutius muneri praeesse non possit, alium Oeconomum [?] constituent, adeoque academia omnibus modis iuветur, defendatur et conservetur. Paulo post illis et Universitati Hermannum Ulnerum commendat, ea lege, ut si dignus sit, oeconomiae praeficiatur, *cum sine dubio Georgius Rehe in posterum praeesse non possit †*). Voluntate Principis ex literis cognita petit Rector, ut negotium in academico Consistorio quam primum expediatur. ... Postea vero compertum est, epistolam academiae Oeconomo traditam esse, ad quam ille prolixè excipit et *impudenter* negat in ipsum vere scripta, *fingit autem improbe in Rectorem et Professores mendacia*, quibus etsi nunquam fidem facturus sit, iis tamen animum Principis adversus academiam concitare studebat. Atque ista replica nobis insciis a Consiliariis ad Principem mittitur, qui Rectori et Professoribus exhiberi iubet, quippe qui haut dubie sint habituri, quae adversus iniuriosum illud scriptum

Fol.245.a. (Das on [hepflische [?] schreiben) reponerent**). Praeterea cum post multiplicem tergiversationem ad rationes de anno vicesimo primo reddendas se accingeret, mox apparet, nullum solidae et levioris monetae, quae illo anno irrepserat, discrimen observatum esse. Iussus docere iuxta Literam recessuum, quam monetam, quo valore et quando acceperit, quando et quo valore expenderit, non satis se expedire potest. Quae res ut altius consideretur digna fuit visa; quapropter rationum indices de ao. 1619. 20 et 21 diligenter inter se collati sunt, an inde constare queat, quo valore moneta accepta et expensa sit, adeoque debeatne academia Oeconomo, quod falso iactabat, an hic Academiae, quod evidenter collatio docebat***). Qua in re egregiam et senatu approbatam operam praestiterunt

*) *Hic et infra plura expuncta sunt. Crocius in infimo margine addidit: NB. Manus maligna in hac historia de oeconomia foedo exemplo in favorem Georgii Rehe et complicitis delevit, quae scire intererat posteritatis. Idem in superiore margine insequentis pag.: Quae vere scripta erant, manus maligna ausu nefario dispunxit, ne veritas pateret et sublesta Georgii Oeconomi fides. Postea iterum: Maligna manus tegit Oeconomi detectam malitiam. In iis quae h. l. oblecta sunt narrationem ad Principis literas transiisse apparet.*

†) *Hic et infra ea quae opera non admodum difficili e verbis expunctis eruere potuimus, literis cursivis distinximus.*

**) *Verba adversus — reponerent a Crocii manu superimposita sunt aliis deletis. Idem in margine scripsit: O mentem, o manum malignam, quae in mali Oeconomi et illi inique faventium gratiam annales corrumpere non est verita. Et in proxima pagina: Hic maligna manus dispunxit, quibus et Oeconomi fides et patronorum contra Academiam studium erat notatum.*

***) *Verba Oeconomo — docebat Crocius postea interposuit pro deletis.*

viri clarissimi D. Iohannes Molterus Medicinarum Professor et D. Iohannes Combachius Theologus et Philosophus excellentissimus. Atque ista collatio praelecta quidem est primum Oeonomo *exauthorato*, deinde datum exemplum, quod domi relegat, examinet, tandemque si quid desideret, admoneat. *Traxit vero moram de mense in mensem, de septimana in septimanam, de die in diem, frustra apud ipsum et alios senatu instante*, quibus res est commissa. Ideo eventum tempus praestabit, et forte in annales sequens magistratus referet. *Etsi vero ... tandem tamen Illustrissimus Princeps per Consiliarios Cassellanos secretiores respondet, se iis, quae tum academia tum Georgius Rehe scripserit, consideratis, statuere, quod academia ... ad rationes accurate reddendas, satisfactionem praestandam, et omnia quae ad munus illud pertinent, extradenda adigamus ...*)* | sed potius velle omnibus modis eam conservari et augeri. Cum hanc Principis Illustrissimi declarationem et mandatum accepisse academiam, indicarem Consiliariis, eosque rogaemus, hora exsequendo mandato destinata ad nos descendere dignarentur, mittuntur Georgius a Lettow et D. Helfricus Deinhardus 12. d. Septembr. Quibus praesentibus Oeonomo literae praeleguntur in Consistorio, et iuxta illarum sententiam ab officio removebatur**). Iam quidem videre volebat Principis manum, cum vero a Consiliariis moneretur, ne fidem Consilii Cassellani in dubium vocet, tandem se acquiescere innuit. Iubebatur eo tempore omnia extradere successori, quod tum non videbatur abnuere, *sed postea tergiversatus ... extradidit.*

Interim academia fecit iussa a Principe quod potuit, id est Hermannum Ulnrum in locum vacantem substituit. Idque prius significavit Consiliariis, qui volebant hoc fieri in dicasterio. Quia vero Illustrissimus Princeps academiae specialiter mandaverat, praeterea Georgius Rehe, qui iam loco motus, Anno 1604 in Consistorio erat confirmatus, ibidem hunc actum celebrandum esse censuit academia, eaque de causa rogavit Consiliarios, ut eo veniant. Mittitur 24. d. Sept. Lettovius, qui tamen, cum intelligeret Rectoris voce mandatum Principis proponi, et iuxta illud novum Oeonomum iuste exauctorato substitui debere, mox excepit, iussum se esse a nobis discedere, nisi hoc totum sibi permittatur. Hac occasione ultro citroque de libertate academiae varia sunt dicta, quae ita contra quorundam exceptiones est defensa, ut palam profiteretur academia, se hac in re nihil suo arbitratu, sed omnia agere ex speciali mandato Principis, quod Consilium ipsi viderint. Atque ita ille discessit, Senatus vero Ulnrum substituit.

Aedilitas.

Idem gravibus de causis loco motus Georgius Rehe***), quod munus ex aliquo tempore *pari negligentia* gessit. Anni vicesimi primi historia ea de re testatur. Rationes cum hoc anno exigenterentur, compertum est magnos sumptus muro reparando impensos esse, qui murus

*) *Crocus in marg.*: Hic iterum mens et manus maligna relationem veram multis deletis corrumpit, ut iniqui Oeconomi Georgii Rehe et illi contra Academiae iura et commoda, quae Princeps sarta et integra manere volebat, faventium honori consulat.

***) Etiam h. l. Crocii manus nonnulla verba expuncta restituit.

***) *Verba expuncta non omnino recte restituit Crocius.*

Fol.246.a. Aedilis culpa conciderat. Neque tamen, quamvis monitus, sufficiens | remedium malo attulit. Observatum enim est in visitatione aedium eadem rima adhuc aquam penetrare, qua •
 • damnum muro est illatum. Similiter reliqua aedificia ostendunt, qua fide munus gesserit. Cum igitur in rationibus quoque aedilitiis fraudes hominis deprehenderentur, neque spes esset emendationis, propter bonum publicum abdicatus est hoc munere, de Senatus sententia, surrogato D. Iohanne Molthero Medicinarum Doctore et professore ordinario *).

Iurisdictio.

Collectorem Nortshusanum arresto obstringere iussus erat Oeconomus, ille ad Consiliarios provocat, et ab eis relaxationem petit. Transmisso libello indicitur dies causae cognitioni. Verum Rector audita Decanorum et professorum sententia mittit Oeconomum et Notarium qui Consiliariis indiceret, potestatem illam a Principe Oeonomo concessam esse, qua adversus Nortshusanum utatur. Recte igitur facturos, si intactam iurisdictionem academiae relinquunt, quam a Principe acceperit. Sin autem urgeant causae cognitionem in Dicasterio fieri debere, respondere iussi erant Oeconomus et Notarius, Academiam praeter Illm. Principem non agnoscere superiorem iuxta claram literam privilegiorum. Etsi vero Consiliarii, quae duo illi iussu academiae proponebant, ad Protocollum referre nollent, reali tamen argumento iurisdictionem et privilegium confirmarunt. Neque enim amplius vocarunt Academiam, neque arrestum relaxare potuerunt, sed tandem remiserunt Nortshusanum ad Rectorem et professores, qui post multos dies postquam transactum esset, eum dimiserunt. Similiter Happelius non semel academiam apud Consiliarios accusavit, qui Rectori libellos miserunt: verum responsum est, isti iudicio academiam obnoxiam non esse. Happelio vero graviter exprobravit Senatus, eumque monuit, ut desinat privilegia violare, si ipse deinceps illis gaudere velit. Homo cum vitrico Georgio Rehe a munere administratione suspensus et plane motus loco**), hanc potestatem academiae denegabat, praeterea in exceptionibus suis iniuriosis***) eam accusabat violatae iurisdictionis principalis. Qua in re nonnulli ipsi applaudebant. Verum enim vero Illmus Princeps adduci non potuit, ut suspensionem semel factam retractaret, quin potius con-

Fol.246.b. firmavit luculento argumento, cum paulo post non solum Ulnerum | commendaret, sed etiam iustissimam mutationis causam fuisse declararet, et Academiae sententiam contra Georgium Rhe et Happelium iuste latam clementer approbaret †).

Factum est aliquoties his annis, ut senatus civicus opera vigilum praefecti, inscia academia militem praesidiarium non minus academicis quam civibus hospitio excipiendum alendumque assignaret. Quod cum in his turbis iterato fieret, idque non solum iuris-

*) *Ultimum enuntiatum ex parte expunctum et ipse restituit Crocius.*

**) *Vv. Homo — loco a Crocio non prorsus convenienter primae manui postea restituta sunt, cuius haec verba satis certo agnoscuntur: Georgius Rehe cum decretum [?] suspensionis ipsi annunciaretur. Sine dubio verba quae proxime insequuntur, ad oeconomum Rehe solum pertinent.*

***) *Crocio falso restituit impudenter.*

†) *Vv. et Academiae — approbaret Crocius nimia libertate usus pro expunctis posuit.*

dictioni academicae derogare videretur, sed etiam cum oppressione membrorum, imprimis viduarum et tenuioris fortunae hominum coniunctum esset, Rector in curia senatui, cum alia de causa eo convenissent, contradicit, et vigiliarum praefecto vocato graviter exprobrat, quod cum sine consensu Senatus urbani non ausit cuiquam civium ullum militem assignare, pro arbitrio agat cum academia, a qua annuum stipendium ei pendatur. Convenit vero inter Rectorem et Senatum 22. d. decembris, approbante Principis Vicecancellario, ne deinceps academiae membris inconsulto Rectore a Senatu aut civibus miles assignetur, sed potius communicato consilio res illa geratur, ne academici iusto gravius premantur.

Disciplina.

Iohannes Henricus Goeddaeus Marpurgensis*) studiosum in coemeterio invaserat stricto gladio inermem, atque cum verba commutassent et conseruissent manus, fugientem longe erat persecutus. Quod cum Rector cognovisset, illum vocat per pedellum multis vicibus, etiam sub comminatione poenae. At vero Goeddaeus non solum non compareret, sed etiam tandem aperte profitetur, se non venire velle, nec Rectorem pro magistratu suo agnoscere. Iubetur quidem etiam atque etiam cogitare, an academica iurisdictione se eximat patris professoris consensu. Verum obscoenis verbis scurra magis quam homine ingenuo dignis pedellum Rectori respondere suo nomine iubet, gestu ipso contemptum petulantissime significans, quod Rector vix domo egressus ipse videbat, et perconctatus a pedello, quis esset, eum humaniter officii admonebat: ille autem responsabat thrasonice. Cum igitur academicam iurisdictionem improbe adspernaretur, idque cum publica magistratus ignominia, re diligenter in senatu deliberata, ab academiae societate tanquam indignus literatorum privilegiis excluditur; idque magistratui politico significatur, ne deinceps impune studiosis nostris molestus esse pergat.

Studia. |

Fol.247.a. Non potuit se recolligere academia ob belli furorem. Vix pauculi qui venerunt, commode hic vixerunt. Ex diversis locis imprimis Hungari perconctabantur nostrum statum, quem cum minus tranquillum esse ex nobis intelligerent, alio se converterunt. Neque alumni**) a festo paschali omnes redierunt. Qui redierunt a praeposito non sunt suscepti, idque quod neque civitates pecuniam istorum alimoniae destinatae solverent, neque alia in promptu essent media. Qua in re Dominus Ephorus multum laboravit, ut in eius industria nihil omnino desiderari possit: quod autem ex voto non successit, temporum iniuriae sit omnino tribuendum. Interim lectiones in omnibus facultatibus in medio armorum strepitu hactenus sunt continuatae, neque studiosis defuerunt privata exercitia.

*) Iohannes Henricus Goeddaeus a. 1605 a patre, illius anni Rectore, Albo inscriptus est inter eos qui disciplinae paedagogicae commissi sunt. Postea inter ipsius Academiae studiosos, quantum reperimus, eius nomen non recurrit. Neque magis in stemmate Striederiano exstat, unde colligi licet eum ante patris obitum-(1632) periisse. Cf. Strieder vol. V. pag. 4

**) sc. seminarii Philippini.

Honores.

Decimo sexto die Octobris iuris utriusque Doctores renunciat Vir Consultissimus et Clarissimus Dn. Antonius Matthaeus ICTus celeberrimus tres ornatissimos viros dn. Ioachimum a Newdorff Silesium, dn. Iohannem a Dörsten Susatensem Westphalum et dn. Iohannem Brandis Hildesheimensem Saxonem, Caesaream et Principalem potestatem ipsi, Dn. Vicecancellarii absentis rogatu, conferente Rectore.

Bellica onera et privilegia.

Bello durante urbs saepe in periculo et metu maximo fuit, imprimis cum Bavaricae copiae anno vigesimo primo mense Decembri Brunovicensem ducem in vicinia persequerentur et Anholdinus *) anno vigesimo secundo mense Iunio ex inopinato per inferiorem Hassiam perrumperet et in proximis pagis aliquamdiu subsisteret. Verum Deus mirabiliter nos protexit, idque tum praeter hominum opinionem, tum praeter merita nostra. Digni enim eramus, quos disposeret Deus ut Adamam et Tzebojima **). Atque iam pridem essemus subversi, nisi in media ira recordatus suae misericordiae multitudinem improborum donasset iustorum precibus. Quia vero insignem gratiam, quam nobis praestitit, fastidiose negleximus, coepit postea aliquanto gravius nos affigere. Decimo quarto enim Octobris ingressa sunt suburbia duo equitum Caesareanorum signa, duce Avantanio Hispano; erat mixtum hominum genus, Itali, Galli, Walones, Poloni, Bohemi, Ungari, Turcae, Tartari, Croatae.

Fol.248.a. Illi admodum graves fuerunt cum civibus, tum rusticis, a quibus ingentem pecuniae summam exegerunt. Et quidem rustici cum duce transigebant inconsulto magistratu. Cives vero in suburbiis de intolerabili onere conquerebantur, quo aliqua ex parte levare posse videbantur, si locumtenenti satisfaceret: is autem a civitate ad tuendum suum statum (ut loquuntur) pecuniam exigebat. Quod cum Consiliiarii significarent Rectori, et explorarent, quid academia factura esset, ille statim e doctorali convivio surgens convocat professores, qui omnibus circumstantiis diligenter consideratis concludunt, omnino suburbiis esse succurrendum, et se paratos esse significant Consiliiariis, modo hi ipsi non se subducant, deinde in id incumbant sedulo, ut accurata capitulatione tam suburbiis quam urbi omnibusque incolis de incolumitate et securitate prospiciatur. Inde centum et quinquaginta imperiales in singulas septimanas sunt promissi, qui capitulatione utrinque confirmata colligebantur ab academia, consiliiariis et civibus. Oeconomus academiae et *πολιγραμματεὺς* locumtenenti coeterorum iussu numerabant. Atque hanc oneris partem academia civium amore in se suscepit, cum ea supersedere posset, quod hinc haut obscure apparuit. Ex mutuo consensu pecuniae in unum conferri et a senatu non facta academiae mentione Locumtenenti numerari debebant, postea hoc nonnullis displicet, quorum hortatu *πολι-*

*) De Anholdi ducis Bavarici in Hassiam incursione sufficiat Rommelii hist. Hass. VII, p. 418 reliquamque rerum per Hassiam illo tempore gestarum narrationem afferre; de rebus h. l. narratis p. 567 sqq. Mauritius Landgravius m. Oct. a. 1623 filio Guilielmo substituto Hassiam reliquerat.

***) Urbes vallis Siddim in mare mortuum demersae. Cf. Hosea XI, 8. Deuteron. XXIX, 23.

γραμματεὺς Consiliariorum et civitatis portione separatim numerata, Oeconomum academiae collectas reddere iubet. Quod cum Locumtenens audiret, respondet, se nihil a studiosis (sic academiam vocabat) postulare, sed unice exspectare a civitate. Unde senatus urbanus facile agnoscebat, tum quo loco literati sint apud externos, tum quam imprudenter separatio in solutione esset facta, quippe quae non tam academiae quam civibus nocitura videbatur. Interim Academia uti coeperat, pergit subsidium conferre, quamdiu hic sunt in stativis Caesareani, qui discedunt tertio d. Novembris. Cum vix isto onere essemus levati, Sunglesiensium redituum collector senatui academico significat, non solum Caesareanos equites magnam pecuniae summam a se extorsisse, qua academicae praefecturae direptio redimenda fuerit, sed etiam Boiaricum Capitaneum petere in singulas septimanas 25 Imperiales et

Fol.248.a. decem

quartas modios	(Biertel)
-------------------	-----------

 avenae. Quod quamprimum Rector ex Oeconomio cognoscit, ad Senatum defert. Praeunte deliberatione placet ad Generosum TILLIUM Generalem belli ducem scribere atque rogare, ut praefecturas academiae in inferiori Hassia ab omnibus molestiis et oneribus bellicis liberet. Adduntur literae ad Commissarios Hassiacos Generales, quibus eorum in negotio hoc curando opera postulatur. Illi has partes demandant Consultissimo viro Domino HENRICO LERSNERO CANCELLARIO HERSFELDENSIS *), qui pro sua in academiam patriam benevolentia et studio non solum petitionem nostram de praefecturis in inferiore Hassia liberandis fideliter proponit, sed ad superiorem quoque Hassiam extendendam esse existimat, adeoque sua prudentia efficit, ut Universitas, eius ministri et collectores redituum cum omnibus bonis ab omnibus oneribus molestiis et exactionibus, quocumque tandem veniant nomine, immunes declarentur, non minus quam Nosodochia Hassiae, quae vocant, suprema, idque dato ad belli duces severo mandato. Insuperata haec erat libertas, nec unquam a nobis petita, quam multi invidabant, et intervertere omnibus modis conabantur. Quia vero optimi illius viri intercessione et Generalis Tillii singulari gratia erat concessa, grato animo suscipitur et literae speciatim ad duos Capitaneos in urbe hybernaturus datae ipsis insinuantur. Paulo post ex malevolorum instinctu ad Generalem scribitur, quod suscipiendo alendoque militi cives non sufficiant, si academia ab hoc onere libera esse debeat. Quibus molitionibus cognitis Oeconomus Hersfeldiam mittitur, ut declarationem petat. Excipiebant enim nonnulli privilegium hoc non personis, sed bonis academicis datum esse. Iam quidem literae adversus nos scriptae Oeconomum anteverterant, res tamen nostras turbare non potuerunt. Nam Generalis, cum bonorum immunitas extra controversiam esset, praeterea omnes actu docentes itemque Oeconomum et Collectorem a milite domo excipiendo plane immunes esse iubet, et eorum familias Salva guardia, quam vocant, clementer donat. Dum haec aguntur Hersfeldiae, duo signa peditum Boiaricorum 18. d. Novembr. in urbem admittuntur, Principis milite praesidiario in arcem subducto. Ex illis in omnium Professorum aedes

*) *Henricus Lersnerus Cancellarius abbatiae Hersfeldensis filius erat Hermanni Vicecancellarii academiae, qui patris fratrem in hoc munere secutus erat. Cf. Strieder tab. vol. VII p. 493.*

Fol.248.b. privatas aliqui collocantur, nulla privilegii concessi ratione habita. Tandem | ipsa quoque collegia tentantur. Quo nomine Rector uno Collega comitatus Capitaneum compellat, atque rogat, ut si privatae aedes liberari non possint, saltem collegiis parcatur, donec declaratio afferatur. Ipsi enim Capitanei non obscure innuebant, se ad Tillium scripsisse; ille annuebat et ministro mandabat, praesente Rectore, ne in collegia milites deduceret. Postridie tamen ab aliquibus res turbantur. Urgentur enim qui in collegiis habitabant, ut ipsi quoque milites suscipiant. Neque amplius dubium erat omnes graviter pressum iri, alios tamen prae aliis, quorum nomina in catalogum a malevolis relata dicebantur, nisi Generalis Tillii constans obstisset benignitas, cuius luculentum testimonium Oeconomus opportune nobis affert. Redit enim comitatus viro Nobilissimo Dno. Iohanne Iacobo a Startzhausen Commissario Boiarico Generali, qui huc missus non solum Capitaneis Tillii voluntatem coram significat, sed etiam catalogum, in quo nomina erant conscripta, manu et sigillo suo confirmatum tradit, alio simili academiae exhibito. Ea ratione cum collegia, tum privatae Professorum aedes a milite liberantur, nisi qui vellent sua sponte eum retinere. Praeterea Capitanei aliquos primum elegerant, a quibus alerentur, paulo post autem agi coepit de pecunia in singulas septimanas conferenda, ut isti hoc onere levarentur. Iam quidem Academia hortatur Philippum a Schollei Commissarium, ut ordinationem, quam vocant, a Generali praescriptam tueatur, ne nimis premantur subditi. Verum variis argumentis a senatu urbis et quaestore rusticorum nomine vocato tandem impetratur, ut in gravem exactionem consentiant. A qua Academia propter privilegium immunis esse poterat, ne tamen militum animi magis concitarentur per aliquos iam plus satis concitati et ut cives facilius in officio continerentur, visum est, ad aliquot septimanas ferre oneris partem, ea tamen lege, ut salvum semper maneat privilegium, deinde certa capitulatione omnibus et singulis de securitate caveant Capitanei. Formula concepta est, cuius confirmandae spes omnibus iniiciebatur. Postquam vero de pecunia solvenda convenisset, confirmatio aliquandiu suspensa tandem plane est denegata. Quod quibus artibus factum sit, non facile

Fol.249.a. dixerim. | Nonnulli putabant sedecim albos de centenis florenis dando esse. Rationibus autem subductis exacti sunt in academia duodecim, quod onus diu ferri non posse, facile intelligebat senatus, ideo monebat, rem totam ad Illustrissimum Principem esse deferendam, an remedium afferri possit opera Generalis, priusquam omnibus fortunis subditi exuantur.

Inter alia hoc tempore de Commissarii Hassiaci sustentatione quaerebatur. Ille volebat publicis sumptibus subditorum ali. Quia vero totam fere familiam huc transtulerat, eamque ob causam nimis grave futurum onus videbatur, neque ullum mandatum ea de re erat propositum, praeterea ex aliorum relatu constabat, caeteros Commissarios a subditis plus iusto afflictis hoc quidem tempore non exigere pecuniam, noluit academia annuere, sed ad conventum ordinum hoc totum differendum existimavit, ut ex omnium consensu aliquid statuatur. Provocabat ille ad Illustrissimi Principis Wilhelmi mandatum, quo tandem edito in sua sententia confirmatur academia. Eius enim Celsitudo deinceps hoc nomine ut caeteris in inferiore Hassia Commissariis, sic quoque Marpurgensi ab ordinibus satisfaciendum esse rescripserat. Tandem ergo senatus urbis sumptus promittit. Sed

Commissarius paulo post Illustrissimi Principis iussu exauctoratus, neque alius illi successit. Collectae vero, quia remedium aliud non est allatum, ad finem huius Magistratus multorum cum gemitu sunt continuatae.

Funera.

1. Vir strenuus et nobilissimus Iohannes Von Vinsing Illustrissimi Principis Mauritii Hassiae Landgravi Consiliarius vita defunctus sepelitur in aede summa d. 27. Aprilis.

2. Ornatissimus vir Reinhardus Hamerus in dicasterio Hassiaco Advocatus et procurator, itemque urbis senator ex hac vita discedit 12. d. Iunii: corpus in patris sepulcrum reconditur in aede parochiali.

3. Elisabethae experientissimi D. Nicolai Brunonis Medicinae professoris coniugis in Dno pie defunctae funus effertur honorifice VIII. d. Decembris.

4. Vir honestissimus M. Martinus Dexbach mortalitatem exiit d.
corpus terrae redditur d.

Quod restat Deo ex intimo pectore gratias ago, quod non solum ad gerendum hoc difficillimo tempore magistratum vires suppeditavit, sed imprimis Ecclesiam in his locis conservavit, eum insuper rogans, ut aliquem coetum per puram verbi praedicationem et Fol.249.b. legitimam sacramentorum administrationem sibi hic deinceps colligere pergat, donec adveniat ad iudicandum vivos et mortuos, academiae quoque benedicat ex alto.

Iohannes Crocius S.S. theol.
doctor et professor primarius.

Sub eodem Rectoratu a Paedagogaarcha in Paedagogeum recepti.

Inscripti sunt viginti tres, inter quos viginti Marpurgenses.

Fol.250.a.

(1624.)

Anno Christi Millesimo sexcentesimo vicesimo quarto, Calendis Ianuariis, vincente maiori suffragiorum numero, IOHANNI CROCIO, S.S. THEOLOGIAE DOCTORI et EIUSDEM PROFESSORI PRIMARIO, invito et multis modis deprecanti magistratus academicus prorogatur.

In academicam rempublicam recepti sunt, postquam legibus et statutis se parituros esse promisissent, quorum nomina sequuntur,

Christophorus Matthaeus Marpurgensis.

Eberhardus Hermannus Wasmundus Weteranus.

Nicolaus Reinegk Marpurgensis.

Iohannes Neiselius Rosenthalensis Hassus.

Henricus Gibelius Marpurgensis.

Iohannes Adamus Klein Marpurgensis.

Hermannus Porta Marpurgensis.

} 13. d. Martii.

Fol.250.b. Anno superiori mensis Martii die 22 gravissima illa controversia a morte Illustrissimi Principis ac Domini Dn. LUDOVICI SENIORIS Hessiae Landgravii, Comitis in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain et Nidda etc. pietissimae recordationis, de successione Marpurgensi eousque inter itidem Illustrissimos et Celsissimos Principes ac Dominos, Dn. LUDOVICUM IUNIOREM Actorem ex una et Dn. MAURITIUM Reum ex altera partibus, utrumque Hassiae Landgravium, Comitem in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain et Nidda etc. in Aula Caesarea tractata et ventilata fuerat*), in augustissimo illo Caesareae Maiestatis et Electorum, itemque multorum Principum Imperii conventu, qui tum Ratisbonae habebatur, sententia lata finem suum acceperat.

Huius sententiae executio a Caesarea Maiestate demandata Reverendissimo ac Serenissimo Principi ac Domino Dn. Ferdinando Archiepiscopo Coloniensi et Episcopo Hildesheimensi, Comiti Palatino Rheni, superioris et inferioris Bavariae Duci etc., itemque Serenissimo et Potentissimo Principi ac Domino Dn. Iohanni Georgio Saxoniae Duci, Sacri Romani Imperii Archimarschallo etc., utriusque Electori Imperii, in hunc usque annum dilata erat. Sed cum Saxoniae Elector se a suscipienda illa commissione ex causis gravissimis apud Caesaream Maiestatem excusasset, atque ita hoc onus ad praedictum Archiepiscopum solum redisset, executionis istius expediendae causa ab Archiepiscopo subdelegati Dn. Matthias a Meschede, Dn. Fridericus a Furstenberg, uterque Satrapa, Dn. Christophorus Wintzler et Dn.

uterque iurisconsultus, cum Illustrissimi Principis Landgravii LUDOVICI Iunioris Cels. Consiliariis intimis Dn. Georgio Riedesel in Eysenbach aulae Darmstadinae Marschallo et proprincipis locum tenente, Dn. Chunone Quirino Schutz in Holtzhausen, Comitatus Niddani Satrapa, Dn. Georgio Terellio Vicecancellario, Dn. Nicolao ab Otthera Dicasterii Giesensis Vicecancellario, Dn. Helfrico Gerlaco et Dn. Theodoro Reinking I. U. Doctoribus, die 14 mensis Martii huius anni 1624 Marpurgum intrarunt, et postridie Illustrissimi Principis MAURITII Cels. milite arce, in qua is tum erat, excedere iusso, caeterisque ad eam rem necessariis dispositis, sequenti die Mercurii, qui mensis istius erat dies 17, ante meridiem executionis istius negotium ab

Fol.251.a. Academia eiusque Professoribus, qui tum erant in | urbe (erant autem D. Iohannes Crocius, et D. Georgius Cruciger Theologi, D. Hermannus Vulteius Vicecancellarius, D. Iohannes Goeddaeus et D. Antonius Matthaues Iurisconsulti, D. Nicolaus Braun et D. Iohannes Molterus Medici, et M. Rodolphus Goclenius, M. Theodorus Vietor, M. Iohannes Combachius, D. Georgius Schönfeldt junior Syndicus et M. Christianus Sturmus Philosophi, itemque linguarum exotericarum Professor Catharinus Dulcis) auspiciati sunt. Hisce omnibus atque singulis vocatis, et solo D. Iohanne Goeddaeo, qui tum ex morbo laborabat, excepto comparentibus, Domini subdelegati de commissione sua, quam habebant, fide facta, cum Professoribus iuramentum, quo Illustriss. Principis Mauriti Cels. erant obstricti, quoad hunc actum, auctoritate Caesareae Maiestatis remisissent, sententiam super praedicta controversia a Caesarea Maiestate latam, et quae eam exceperant et secuta fuerant, mandata

*) Sic; deest quae post controversia.

Caesarea repetierunt, simulque gravissime Professores, ut iis parerent debitamque obedientiam praestarent, hortati sunt et iusserunt, eo simul addito, Illustrissimi Principis Mauritii Cels. iuribus, quae in hanc Academiam haberet, non praeiudicari, sed illa omnia reservari. Cum ea de re Rector cum Professoribus deliberasset, responsum est, sese agnoscere voluntatem Caesaris, quibus sese subducere nolint, sed submittant, atque adeo secundum ea, quae ipsis essent proposita, obedientiam debitam praestare velint: quo dicto paululum secedere iussi sunt, et Illustrissimi Principis Ludovici Cels. praedicti Consilarii admissi: sed Rectore et Professoribus mox revocatis Domini subdelegati Dominis Consiliariis significarunt, Rectorem et Professores sese ad omnem obedientiam praestandam obtulisse, ac proinde se ipsis liberum facere, ut ea porro agant, quae agenda videantur. Hic praedictus Vicecancellarius D. Georgius Terellius nomine Illustrissimi Principis Dn. Ludovici Cels. oblatione acceptata dixit et renunciavit, suam Celsitudinem eos, qui post mortem Illustrissimi Principis Landgravii Dn. LUDOVICI Senioris etc. sese in Academia Marpurgensi pro Professoribus gessissent (erant autem tum illi, D. Iohannes Crocius, D. Georgius Cruciger, D. Antonius Matthaëus, D. Iohannes Molterus, DD. Iohannes Combachius, D. Gregorius Fol.251.b. Schönfeldt junior, Christianus Sturmus et Catharinus Dulcis) pro Professoribus huius Academiae nunquam agnovisse et habuisse, ac ne nunc quidem agnoscere vel habere, atque adeo se velle, ut illi loco cederent et a professione, quam praetenderent, abirent: eos autem solos, qui vivente Illustriss. Principe Dn. Ludovico Seniore in Professorum numerum cooptati et recepti essent, se agnoscere et velle ut in statione sua maneat (qui erant D. Hermannus Vulteius Vicecancellarius, D. Iohannes Goeddaeus, D. Nicolaus Braun, M. Rodolphus Goclenius et M. Theodorus Viotor) et Academiae Privilegia, clinodia, caeteraque ad Academiam pertinentia ad se recipiant et custodiant, de iis suo tempore et Suae et Illustriss. Principis Mauritii Cels. rationem reddituri. Venia deliberandi impetrata, ipsisque denuo admissis D. Crocius quidem et suo et caeterorum cum ipso in una eademque nave navigantium nomine respondit, ipsis patienter ferendum esse, quod mutari non possit, quicquid facerent, id se facere salvo Illustriss. Principis Dn. Mauritii Cels. iure, cui praeiudicare nec velint nec possint. D. Vulteius vero et suo et qui ipsi astabant nomine, gratis actis, et salvo Illustriss. Principis Mauritii Cels. iure, promisit, se pro virili ea esse praestituros, quae sui essent officii, et virum-bonum ac subditum honestum decorent.

His ita gestis utrinque dimissi sunt, de quibus D. Vulteius D. Iohannem Goeddaem mox certiozem fecit, eademque die, qui erant de Professoribus reliqui, mox ad Illustriss. Principis Mauritii Cels. literas dederunt, et, quid actum esset, significarunt, quae in Archivo Academico*) sub num. 1. repositae sunt, sed ad eas, sicuti etiam ad alias, quae subsequutae sunt, nihil responsum est. Cum autem incertum esset, quid de Academiae ministris, quorum opera ea carere non posset, ut sunt Oeconomus, Aedilis, Pedelli, Notarius, librorum compactor, et si qui sunt alii, esset statuendum, D. Vulteius cum Dn. Vice-

*) *Literarum exempla, quae in hac narratione afferuntur (1-9), etiamnunc in tabulario academico exstant. Idem fasciculus (III N. 2) continet exemplum huius narrationis ipsius Vulteii manu excavatum.*

cancellario D. Georgio Terellio ea de re locutus, hoc responsum tulit, eos in statione sua eousque relinqui, donec de uno vel alio in posterum aliud statueretur. Et ne viderentur ii, qui sceptrum, sigilla, claves, libros et alia ad Academiam pertinentia in manibus habebant, ista volentes et sponte restituere, nolebant illi ea restituere, nisi a reliquis ea repeterentur, quod in quem finem fieret, cum isti facile intelligerent, ut sibi caverent, ea de re supplicem libellum Illustriss. Principis Ludovici Cels. exhibuerunt, ut sub n. 2 in Archivo videre est*),

Fol.252 a. quo factum est, ut Domini Consilarii illis mandarent restitutionem, qua facta sceptrum, sigilla et libri statutorum mox in Archivum sunt relata, matricula autem et claves in custodia D. Vulteii ut Vicecancellarii relictæ. Nam Rectore carebat Academia, neque erat, cui Rectoris vices essent demandatæ, ut quæ agenda essent, neque moram ferre possent, D. Vulteii, ut Academiae Vicecancellarii, humeris imponerentur.

Die 24 eiusdem mensis Martii, quæ erat dies Mercurii, iis, qui in Academia reliqui manserant, professoribus ad Cancellariam vocatis, significant Domini Consilarii, rem in eo esse, ut Illustrissimi Principis Dn. Ludovici Cels. iuramento obstringerentur, responderunt illi, se id non detrectare, hoc saltem rogare, eum actum eousque differri, donec Illustriss. Dn. Mauritii Cels. de eo certiore reddidissent, quam petitionem Consilarii se ad Illustriss. principis Ludovici Cels. relatuos responderunt. Sic illi dimissi eadem die id per literas Illustriss. principis Dn. Mauritii Cels. significarunt, ut videre est sub num. 3.

Die Veneris, qui erat 26 eiusdem mensis. renunciatum est reliquis, Suam Celsitudinem ipsorum petitioni deferre non posse, nec quidquam esse, quod ipsos movere possit, quo minus iuramentum debitum protinus præstent, præsertim quod Illustriss. principis D. Mauritii Cels. iura sua reservata sint et maneant, quibus hoc facto non præiudicetur, caverent, ne poenas mandatis Cesareis insertas incurrant, præscriptum iri formulam, secundum quam iurarent, eamque ipsis legendam datum iri, antequam iurent. Postulata simul editio iuramenti, quod Academiae professores in sui cooptatione præstare essent soliti. Responderunt illi, se ea de re pridie ad Illustriss. Principis Dn. Mauritii Cels. scripsisse, et rogarunt, ut res ea differretur, quoad responsum accepissent: sed eo non attento, iussi sunt, sese proxima die Sabbati in Consistorio Academico sistere, atque ita sunt dimissi, et sub vesperam formulam iuramenti a morte Academiae fundatoris Illustriss. ac potentissimi Principis ac Domini. Dn. PHILIPPI Senioris Landgravii Hessiæ, et iterum a morte Illustriss. principis Dn. WILHELMI Cels. eiusdem principis MAURITII Cels.

Fol.252 b. præstiti D. Vulteius Dn. Vicecancellario D. Terellio exhibuit. De formula enim iuramenti | vivo Illustrissimo principe Dn. PHILIPPO Seniore etc. ipsis nihil constabat.

*) Libellum d. XIX. m. Martii ad Mauritium scilicet datum Ludovico Landgr. exhibitum esse statuere debemus, nisi in hac obscuriore narrationis parte Ludovicus falso pro Mauritio positus est. Nam etiam istius libelli sub n. 2 asserenti dorso prior manus inscripserat Ludovici nomen per errorem manifestum, quem recentior tabularius correxit Mauritii nomine substituto. — Die XVIII. Ludovicum ipsum Marpurgum pervenisse, id quod aliunde constat, silentio esse prætermisum est quod miremur, quanquam ex ipsa narratione subsequenti patet, Landgravium tum Marpurgi fuisse. De rebus eo tempore Marpurgi gestis præter fontes genuinos et Hartmanni hist. Hass. cf. quæ L. Schmitt e diario quodam retulit in Zeitschrift des Vereins für hess. Gesch. u. Landeskunde IV (1847). pag. 192 sqq.

Proxima die Sabbathi 27 Martii ante meridiem D. Vultei, D. Braun et M. Goclenius in Consistorio Academico sese sistere iussi erant, sed D. Goeddaeus ex morbo aberat, D. Braun peregre abierat. Consilarii Illustriss. Principis Ludovici Cels. formulam iuramenti praestandi, quam conceperant, illis proposuerunt, et mox legendam etiam dederunt, concessa etiam venia cum D. Goeddaeo ea de re conferendi. Visum fuit ut dilatio denuo peteretur, atque si impetrari non posset, ea amplius non urgeretur, sed iuramentum, in quo nihil esset quod scrupulum ipsis iniicere posset, praestarent. Qua re cum admissi illi dilationem impetrare non possent, iuramentum propositum sollemniter praestiterunt: quo facto dimissi sunt, ita tamen ut a meridie hora tertia sese denuo sisterent, et D. Iohannem Winckelmannum apud hanc Academiam in pristinum statum et locum restitui viderent. Quare a meridie dicta hora cum iterum convenissent, nomine et autoritate Illustriss. Principis Ludovici Landtgravii Hessiae etc. Cels. per nobilissimum et strenuum virum Dn. Georgium Riedtesel in Eysenbach Mareschallum et proprincipis locum tenentem, itemque D. Nicolaum ab Ottera Vicecancellarium, praevia mentione sententiae et mandatorum Caesareae Maiestatis, itemque testamenti ab Illustriss. Ludovici Senioris etc. Cels. conditi, praedictus D. Iohannes Winckelmannus praesens et D. Balthasar Mentzerus absens quidem, sed tamen ut praesens, si quidem hi duo vivente Illustriss. principis Ludovici Senioris etc. Cels. huius Academiae Professores fuissent *), in pristinum locum et statum restituti sunt, addito mandato, ut, qui reliqui essent Professores, utrumque illum pro Professore et Collega agnoscerent, et ad omnia quae professioni essent annexa, admitterent, nec in quocumque uni vel alteri impedimentum aliquod iniicerent aut molesti essent, id quod qui aderant D. Vultei, D. Braun et M. Goclenius sancte promiserunt, dextrisque datis D. Winckelmanno quam primum gratulati sunt, rogantes interim ne ipsis vitio verteretur, si scriberent ad Illustriss. Principis Mauritii Cels. eique significarent, quid hoc die actum esset, quod ut facerent, se non esse impedituros Dn. Mareschallus et Dn. Vicecancellarius respondebant, atque ita discessum est, et ea ipsa hora ad Suam Cels. datae sunt literae, quae sub num. 4 in Archivo sunt repositae**). Sed ut ad caeteras omnes quae in hoc rerum statu ad S. Cels. literae sunt datae, ita ad has etiam nihil responsum est.

Fol.253.a.

Interea dum haec aguntur, qui loco moti erant, et caeteri cives Academici, qui larem Marpurgi constituerant, iuramentum subiectionis in Cancellaria, et qui in urbe erant cives, et provinciae Hessiae superioris incolae, qui hactenus iuramento subiectionis Land. Mauritii Cels. obstricti fuerant, eo remisso Landgravii Ludovici Cels. in executionem sententiae a Caesarea Maiestate latae praestiterunt. Erat quidem Illustriss. Dn. Mauritii Cels. ad videndum fieri executionem citata, sed neque ipsa neque ipsius nomine quisquam comparuit: quin imo cum ablegasset filium suum Landgravium WILHELMUM et coniugem suam Dn. IULIANAM, ut huc venirent, eos in medio cursu itineris sui revocavit.

*) De horum professorum ex hac academia discessu v. *Annales anni 1605. (Progr. a. 1882.)*

***) Praeter eos qui supra nominati sunt et Goeddaeum nomen suum subscripsit Theodorus Victor. Literae autem d. XXX. demum subscriptae sunt, propter sollemnia Paschalia, ut videtur, in d. XXVIII. m. Martii incidentia.

Accedebant interim calendae Aprilis, Illustrissimis Principibus denunciationibus faciendis solennes de ratiociniis Academicis proxima die Lunae post diem Philippi Iacobi quotannis fieri solitis, cuius D. Vulteius, D. Goeddaeus, D. Braun, M. Goclenius et M. Vietor memores, cum viderent, se nullo responso dignos haberi, literas ad Cels. Suae Consiliarios, qui Cassellis erant, 1. Iunii dabant, quibus illos ea de re monerent, ut videre est in lit. sub num. 6*) in Archivo repositis, ad quas ipsas etiam nihil responsum est, et ratiocinia Academica ob hoc isto anno neglecta et omissa.

Decima nona Iunii reddebantur D. Vultei et D. Goeddaeo decendio ante, 9. nimirum Iunii, literae mandato Illustriss. D. Mauritii Cels. a Consiliariis Cassellanis scriptae indignationis plenae, in quibus illis exprobratur, quod obedientiam praestitissent mandatis Caesareis, eique sese submisissent, ut sub num. 7 videre est, quibus mox die insequenti ipsi respondent, et modeste maculas sibi aspersas abstergunt, sub num. 8. Caeterum Illustriss. Principis Dn. Ludovici Cels., cum ei id innotuisset, sub finem mensis Augusti per literas sub num. 9 monet D. Vultei et D. Goeddaeum, ut, non attentis istis exprobrationibus, quisque officium faceret, et comminationibus factis non terreretur. Paulo ante mense Maio Illustriss. Principis Ludovici Cels. Academiae, quam ante annos octodecim Giessae erexerat, professoribus eius dimissis finem imposuerat, ut subinde unus atque alter etiam de studiosis huc Marpurgum concederet.

Fol.253.b. Etsi vero qui hic supererant Professores, caeteris dimissis, suo quisque loco officium suum facerent, quod tamen Academia esset sine capite, et illi omnibus atque singulis praestandis non sufficerent, et Illustriss. Principis Ludovici Cels. de eo, ne quid Respublica literaria detrimenti caperet, esset perquam sollicita, meminisset autem curam Academiae restaurandae ad Illustriss. Principis Mauritii Cels. pro eo iure, quod in eam haberet, aequae pertinere, de eo Consiliarios Cassellanos per Consiliarios suos moneri voluit, mense Augusto, ad id conficiendum dicta die Mensis Octobris huius anni. Verum cum in Consistorio Academico ad diem dictam iussu Illustriss. Principis Dn. Ludovici Cels. eius Consilarii nobiliss. Henricus Christophorus a Griesheim et Helfricus Gerlacus convenissent, simul etiam D. Vulteius, M. Goclenius et M. Vietor sese stitissent, ex parte vero Illustriss. Principis Mauritii Cels. nemo compareret, re infecta discessum est, protestatione a Consiliariis coram Notario et testibus ante discessum interposita. Ex quo cum constaret, Illustrissimi Principis Mauritii Cels. sibi soli ius omne in Academia arrogare, et in societatem eius Illustriss. Principis Ludovici Cels. admittere nolle, atque adeo nulla spes Academiae restaurandae appareret alia, Celsitudo ipsius Caesaream Maiestatem ea de re interpellavit, ut sibi soli Academiae restaurandae ius esset et potestas, donec de controversia ab Illustriss. Principe Mauritio de Academia mota inter ipsos conveniret, aut in iure cognosceretur.

Dum vero haec ita tractantur et aguntur, nomina sua vacante sede apud D. Vultei Academiae Vicecancellarium hoc anno 1624 professi sunt, ut sequitur

*) Sub num. 5 repositae sunt literae Vultei et Goeddaei d. V Aprilis ad Consiliarios Cassellanos de ratiociniis illis datae.

	Iustus Fewrborn SS. Theologiae Doctor et tum temporis in Academia Giessena Professor, et urbis	
	• ibidem Ecclesiastes.	16 April.
	Daniel Monachus Wetteranus Hessus.	20 April.
	Iohannes Albanus Ritter Corbachiensis.	} 12 Maii.
	Iohannes Arnoldus Nolde Corbachiensis.	
	Iohannes Butterweck Corbachiensis.	} 26 Iulii.
	Henricus Spirman Corbachiensis.	
	Antonius Rogge Susatus Westphalus.	12 Augusti.
	Iohannes Bruckmann Hannoveranus Brunsvic.	12 Augusti.
Fol. 254.a.	Eberhardus Tölken Osnabrugensis.	15 August.
	Melchior Ruellius Liechtenaviensis Hessus.	17 August.
	Philippus Raimundus Pommer Gleipurg.	24 August.
	Ieremias Stamm Giessensis Hessus.	24 August.
	Sylvester Guilielmi Ulmensis Suevus.	} 8 Septembr.
	Chunradus Ludovicus Heistermannus Fritzlariensis.	
	Iohannes Duncker	} 18 Septembr.
	Henricus Fricke { Rostochienses.	
	Zacharias Schummer }	
	Iohannes Georgius Bei Laubacensis Solmeius.	} 8 Octobr.
	Christophorus Phasianus Quecbornensis Hessus.	
	Iohannes Vitriarius Bidekapensis Hessus.	11 Octobr.
	Balthasar Volthus Lichtenbergensis Hessus.	} 20 Octobr.
	Bernhardus Angelus Russelsheimensis Hessus.	
	Chunradus Gerwigius Hombergensis Hessus.	
	M. Philippus Kirchnerus Drosenheimensis Hannovius.	} 21 Octobr.
	Carolus Caesar Kolbsemius Alsatus.	
	M. Chunradus Greberus Alsfeldianus Hessus.	23 Octobr.
	Arnoldus Gladenus Darmstadinus Hessus.	28 Octobr.
	Iohannes Gerardus Trinofanensis Nassov.	2 Novembr.
	Dietmarus Scriba Corbachiensis Waldeccus.	4 Novembr.
	Arnoldus Schuling Osnabrugensis Westphalus.	27 Nov.
	Christophorus Remetsch Spirensis.	} 7 Decembr.
	Georgius Andreas Franck Ruppertsbergensis.	
	Iulius Basilius Benghals Wulfferbutanus.	26 Decembr.
	Samuel Ulnerus I. U. Doctor.	7 Ianuar.

Anno 1625.

Huius anni principium sine Rectore fuit, in album tamen Academiae a D. Vulteio relati sunt

Bernardus Becker Marspergensis	}	Westphali.	23 Februar.
Henricus Beilstein Marspergensis			
Valentinus Bullenius Volckmariensis Hessus.			8 Martii.

Fol.254.b.

A. M. Theodoro Vietore Paedagogiarcha
in paedagogium admissi sunt

Henricus Growelius Burggemundensis.
Iohannes Albertus Ried Heidelbergensis.
Adamus-Gerlacus Schuslerus Battenfeldensis.
Chunradus Theis Amoenoburgensis.

Caeteroquin ad restaurationem Academiae nihil gestum est memorabile, quod in hos fastos referri dignum videri possit, nisi quod ex mandato Illustriss. Principis Ludovici Cels. praeceptores paedagogici 23 Februar. loco moti sunt, aliis in ipsorum locum substitutis.

Hermannus Vultei. II. [Dr.]
Academiae Procancellarius
et iuris professor primarius
Hessiae Consiliarius ssc.

*Hunc finem habuit antiqua Academia Philippina, quanquam eodem volumine albi
usa est instaurata a Ludovico Landgravio Darmstadino usque ad a. 1628 exeuntem.
Quae de ipso anno 1625 conscripserat primus instauratae Academiae Rector, Balthasar
Mentzerus Theologiae Professor, et ex eius autographo Iustus Feurbornius a. 1629, quo
ipse Rector erat, albo inscribenda curavit, iam subsequenter.*

Fol.255.a.

ACTA ACADEMICA

Anno a nato Iesu Christo redemptore nostro
MDCXXV.

Postquam controversia de successione Marpurgensi, ex testamento Illustrissimi et Celsissimi Principis et Domini, Domini Ludovici Senioris, Hassiae Landgravii etc. die 4 Octob. Anni 1604 in Domino pie defuncti, per multos annos in aula Caesarea agitata fuisset, tandem Imperator Ferdinandus II semper Augustus in diaeta Ratisbonensi Anno 1623 die 22 mensis Martii (erant Calendae Aprilis iuxta Calendarium Gregorianum) sententiam de ea tulit, et solenniter promulgavit, qua, Illustrissimo Principe et Domino, Domino Mauritio, Hassiae Landgravio etc. eo quod Celsissimi Domini patrum excell. record. testamento notorie contravenisset, excluso, tota haereditas illa Marpurgensis cum omnibus suis pertinentiis Illustrissimo et Celsissimo Principi et Domino, Domino Ludovico, Hassiae Landgravio, Domino nostro clementissimo, adjudicata fuit. Cuius Illustrissima Celsitudo a spectatissimis et nobilissimis Sacrae Caesareae Maiestatis subdelegatis in possessionem illam immissa, Anno 1624 die 18 Martii solenni ingressu in urbem et arcem Marpurgensem, partis illius superioris Hassiae, quam per annos novendecim Illustrissimus et Celsissimus Princeps et Dominus, Dominus Mauritius Hassiae Landgravius etc. tenuerat, gubernationem suscepit: et fidelitatis iuramento a subditis (qui praegresso die a iuramento, quo illi Dn. L. Mauritio obstricti fuerant, a Caesareis Dominis subdelegatis vigore Caesarei Diplomatis publice praelecti, fuerant absoluti) distinctis temporibus et quidem a professoribus 27 Martii in curia principali praestito, primum Ecclesiam a Doctoribus Calvinianae religioni addictis et contra tenorem testamenti ei obrutis repurgavit, eique sinceros invariatae Confessionis Augustanae pastores, iuxta tenorem supradicti testamenti, praefecit. Deinde ex Academia removit professores illos omnes, qui a morte Celsissimi Domini Testatoris Landgravii Ludovici senioris b. m. praeter modum et ordinem in testamento praescriptum recepti fuerunt, nimirum D. Iohannem Crocium, tunc Rectorem, D. Georgium Crucigerum Ephorum, D. Antonium Matthaicum Ictum, D. Iohannem Moltherum Medicum, Licentiatum Iohannem Combachium, Catharinum Dulcem, D. Gregorium Schönfeldium iuniorem, et D. Christianum Sturmium. Remansere autem in Academia D. Hermannus Vultei Vice-Cancellarius (cui remoto D. Crocio insignia Rectoralia fuere commissa) et D. Iohannes Goeddaeus, Icti, D. Nicolaus Braun Medicus, M. Rodolphus Goclenius Philosophus, et M. Theodorus Vietor professor Graecus et Paedagogiarcha: qui vivente adhuc Illustrissimo Dno. Ludovico Seniore Landgravio, beatissimae memoriae, in professorum numerum fuere cooptati. Revocati

quoque sunt et Caesarea autoritate in integrum restituti 30 die Martii D. Iohannes Winckelmannus primarius SS. Theologiae professor et D. Balthasar Mentzerus professor Theologus et Stipendiatorum Ephorus: qui anno 1605 mense Iulio propter denegatam punctorum meliorationis, ut vocabantur (Verbefferungs Puncten) subscriptionem a suis officiis contra tenorem testamenti saepius memorati remoti fuerant, et hactenus in Gymnasio et Academia Gissensi in annum decimum nonum fideliter docuerant. Atque sic facultas Theologica, Iuridica et Philosophica binos professores, Medica unum habuit, et magna fuit raritas studiosorum: quorum tamen numerus notabiliter | crevit ex eo tempore, quo Gissensis Academia suspensa fuit, nempe mense Maio anni 1624.

Cum autem Illustrissimus et Celsissimus Princeps et Dominus Dominus Ludovicus Hassiae Landgravius etc. Dominus noster clementissimus, ad communem Academiae administrationem amice invitaret Illustrissimum Principem et Dominum, Dominum Mauritium Hassiae Landgravium etc., eius autem Illustriss. Cels. in eam communionem consentire nollet, ad Imperatoris tribunal haec res devoluta hunc eventum sortita est, ut Illustrissimo Dn. Ludovico Landgravio soli Academiae instauratio pro hac vice per sententiam Caesaris permitteretur et demandaretur.

Interea animadversum fuit, in paedagogio discipulis proponi Catechesin Calvinianam, quod tamen ne fieret praeceptores mature fuerant praemoniti, ipsique eam remotum iri sancte promiserant: quam illusionem (quod deposita Cassellana Heidelbergensem introduxissent) gravissime ferens optimus princeps paedagogiarum et praeceptores omnes (qui conspirasse videbantur, nec, licet fideliter admoniti, a proposito suo desistere volebant) ab officiis deiici mandavit, ne pueritiam seducere in religione pergerent: sed tamen Graeca professio M. Theodoro Vietori, hactenus paedagogiarum, cum salario professorio remansit. Paedagogio igitur praefecti sunt 21 die Maii M. Iohannes Henricus Tonsor paedagogiarum, M. Balthasar Klinckerfusius, Philippus Sälzerus, M. Iacobus Bauchius, et Conradus Steinius: a quo tempore et institutio et disciplina florere coepit, Deo fidelibus laboribus benedicente.

Porro allata Caesaris sententia de Academia instauranda Illustrissimus et Celsissimus Princeps et Dominus, Dominus Ludovicus Hassiae Landgravius etc. solícite et diligenter eam in Dei gloriam et patriae salutem executurus certo tempore suos praecipuos officiales et civitatum consules Marpurgum convocavit et affixo programme publice elementer significavit omnibus Academiae civibus, ut die 24 Maii in arce ad solemnem instaurandae Academiae actum convenirent. Deo igitur benigne annuente, die 24 Maii horis matutinis in arce conventum est, ibique publice artificiosissima Domini Cancellarii D. Antonii Wolffii febris tunc graviter laborantis per Dn. Secretarium Malcomesium ex charta recitata oratione prolixè commendata fuit Illustrissimi et Celsissimi Principis pietas et zelus Heroicus in religionis sinceritate propaganda Academiaeque in pristinum nitorem restituenda, in eaque Deo clementer adiuvante summo studio conservanda. Rectorem igitur Academiae Illustrissima ipsius Celsitudo singularibus et praegnantibus de causis, quae recitatae fuerunt, clementissime nominavit et constituit D. Balthasarem Menzerum, tunc ab illo actu, propter valetudinis tenuitatem absentem, adsumto ipsi Prorectore D. Helfrico-Ulrico Hunnio. Et

in facultate Theologica D. Iohanni Winckelmanno et D. Menzero collegae de novo additi sunt D. Iustus Fewrbornius et D. Iohannes Steuberus: in Iuridica D. Hermanno Vulteio et D. Iohanni Goeddaeo de novo D. Helfricus Ulricus Hunnius (cui postea etiam Vicecancellariatus commendatus fuit) et D. Iohannes Breidenbachius: in Medica D. Nicolao Braun de novo adiuncti sunt D. Iohannes Kempfius et D. Iacobus Mülleras: in Philosophica M. Rudolpho Goclenio et M. Theodoro Vietori additi D. Iacobus Müllerus, M. Iohannes Henricus Tonsor, et D. Iohannes Kornmannus. | Gallicae linguae professio Dn. Fol.256.a Marcello Olivae Parisino commendata. Et professores quidem recens cooptati iurarunt solenniter, Illustrissimo Principi stipulata manu fidem dantes: seniores autem remissi fuere ad suum iuramentum olim Illustrissimo Principi et Domino Domino Ludovico Seniori Hassiae Landgravio etc. excellentissimae memoriae praestitum et iam ab Illustrissimo et Celsissimo Principe et Domino, Domino Ludovico H. L., Domino nostro clementissimo confirmatum. Detulerunt ex arce Professores omnes illi sceptrum et reliqua insignia Rectoralia in aedes Cugliticas et per D. Vulteiū novo Rectori D. Menzero tradiderunt: qui licet humiliter precaretur, suae et aetatis et afflictæ valetudinis, et quod progredi domo nequiret, rationem haberi, mutari tamen decretum non potuit, sed Deo sic paterne dirigente gubernationem Academiae suscepit, non suis viribus, verum unius Dei praesentia et favore et singulari Clementissimi Principis gratia et fidei Dominorum Collegarum consilio et auxilio fretus, qui singuli ex ordine ei gratulati discesserunt. Decani quoque singularum facultatum constituti fuerunt D. Wynckelmannus, D. Vulteius, D. Braun et M. Goclenius: sed hic senectutis incommoda praetendens, hanc provinciam M. Vietori imposuit, promte eam acceptanti.

Anno ACaDeMiae benIgnI IehoVae nVtV InstaVratae die 25 Maii prima convocatio habita in aedibus Cugliticis, cui professores omnes interfuere. Actum fuit de habendis orationibus inauguralibus, de lectionibus rite distribuendis in horas idoneas, de exercitiis publicis et privatis, de visitatione collegiorum, de instituenda supputatione Academica, de constituendo Syndico et Bibliothecario, de pedellis, de praeposito stipendiariorum et de salariis dominorum professorum. Syndicus electus et confirmatus est D. Iohannes Kornmannus. Iuramentum praestiterunt M. Balthasar Klinckerfusius, M. Iacobus Bauchius et Conradus Steinius, praeceptores paedagogii.

Missa fuere ab Illustrissimo et Celsissimo Principe, Domino nostro et Evergeta clementissimo, quaedam decreta distinctis temporibus, quae in censistorio asservantur, et suo tempore, certo ordine disposita, consignabuntur, reliquis constitutionibus Academicis adiungenda.

Declamationes habitae, ad quas singulas attente audiendas peculiari programmata Rector invitavit studiosos.

VII. Iun. D. Fewrborn, de unico Theologicae scientiae principio, nempe Verbo Dei, in scripturis canonicis Prophetarum et Apostolorum divinitus nobis revelato et hactenus mirabiliter conservato eiusque in Ecclesiis et scholis christianis rite tractandi modo et ratione. FIDEI VOX oMnIa VInCIt.

IX. Iun. D. Kempfius commendavit Medicinam, de eius origine, incremento, praestantia et difficultate disserens. ThesaVrVs Vitae nostrae MeDICIna VIgeIt.

X. Iun. D. Steuber peroravit de dicto iam olim in Ecclesia usurpato: Sursum corda .. ô CharI, sobrie et IVste et ple VIVenDVM. ep. Tit. 2. 12. QVae sVrSVM InspIClens haVD appete InanIa terrae. Col. 3. 1.

Fol.256.b. XII. Iun. D. Hunnius tractavit argumentum de purgatione vulgari, quae olim fiebat per flammam, per ferrum candens, per aquam ferventem, per sumptionem corporis Christi in S. Eucharistia, per duellum et per provocationem ad divinum iudicium. PerfIClatVr IVstItIa et pereat MVnDVs.

XIX. Iun. M. Tonsor orationem habuit de sermone, vinculo illo consociationis politicae, eiusque et naturam ex veris causis suis explicavit et originem ostendit et usum amplissimum monstravit in tota humana vita. VtILIVs sano serMone nIhIL DatVr VrbI.

XXI. Iun. Marcellus Oliva Parisinus praestantiam et utilitatem linguae Gallicae ostendit oratione perspicua. FeLIX LIngVarVM notItIa proDest patriae.

XXIV. Iun. D. Iacob. Muller Mathematicum et Medicinae professor, ostendit utilem et iucundam istorum studiorum coniunctionem.

InsIgues VsVs proDVCIt IVsta MathesIs.

AntIqVa aeterno MeDICIna VIgeIt honore*).

XXIX. Iun. D. Ioh. Kornmannus, oratoriae et historiae professor, laudavit pulcherrimum vinculum Veritatis et Eloquentiae, in descriptione seu commemoratione rerum gestarum. HIstorIae est bonItas DeCVs oratorIa VIVVM.

IX. Augusti. D. Ioh. Breydenbach exposuit quaestionem: An et quatenus in causis capitalibus et iudiciis publicis pro accusatoribus vel reis absentibus procuratores, defensores, instructores, excusatores, parentes, fratres vel sorores admitti debeant vel minus. VoX aeterna sonat: DIscIte IVstItIaM.

XI. Octob. D. Iustus Sinold cognomento Schütz, prof. Iuris publici extraordinarius, de eo publicam orationem habuit. LaborIbVs et DILIgentIa bona sVa DeVs VenDIt.

INSCRIPTI

Illustrissimi et Celsissimi Principis et Domini Domini Ludovici Hassiae Landgravii, comitis Cattimelibocorum, Deciorum, Ziegenhaini et Niddae etc.

Fol.257.a.

Domini et Evergetae nostri clementissimi, filii duo generosissimi

Dominus Henricus et Dominus Fridericus, fratres Germani, Landgravii Hassiae etc.

Academico more deposito beanismo in ordinem et censum Studiosorum Academiae

Marpurgensis recepti et matriculae inserti sunt die XXII Decembris Anni exeuntis

MDCXXV una cum infra scriptis Comite et nobilibus.

Emicho, Comes a Leiningen et Dachspurg.

Iohannes Hannibal Rotzmann.

Sigfridus ab Oppersshausen.

Hermannus Otto a Buseck.

Fridericus Meinhardus a Langelen.

Achilles a Benesheim.

*.) Imperfecti numeri per literas expressi culpa in versificatoris negligentiam conferenda erit.

Votum.

Aspicit Henricum gratante Academia vultu,
Hassiaci florem sanguinis egregium,
Atque ait: Haec facies patriam exhilarabit amatam,
Allatura decus Martis in Urbe Scholae.
Augeat Henrici dotes dextra ampla Tonantis,
Vivat ut Exemplar Patris avique pii.
Postquam Fridricus procul a se cornua iecit,
Cornua principibus non adamata viris,
Hoc votum esto meum, dixit: Pax optima rerum,
Dives opum, nostra floreat in patria.
Omen id ut summo confirmet ab aethere Christus,
Pectore devoto tota corona rogat.

Nunc coniunctim optant, Celsissimus ut pater, aevi
Praesentis vigeat gloria magna diu.

*Iam sequuntur nomina eorum qui ab instaurata 24 Maii Academia usque ad finem
anni 1625 praeter principes et eorum comites inscripti sunt. In studiosorum numerum
recepti sunt illis adnumeratis centum et duodeoctoginta, in paedagogium undesexaginta,
quorum nomina proximo horum Annalium fasciculo inserentur.*

[1625.]

Fol. 257. a.

Ab instaurata 24. Maii Academia ordine inscripti sunt qui sequuntur.

M. Georgius Hudt Wormatiensis. 28. Maii.
 Daniel Waldschmidius Wildungensis.
 Iohannes von Groppendorff Lübbekensis. 29. Maii.
 Iohannes von Münchhausen Ertzensis.
 Wenemarus Leonardi Tremonianus. 30. Maii.
 Iohannes Nicolaus Artopoeus Trorbaco-Mosellanus. 31. Maii.

Iunio.

Conradus Hoyerus Hervordia Westphalus. 8. Iun.
 Philippus Vigelius Lindanus Hassus.
 Hartmannus Creidius Fridberga-Wetteravius.
 M. Iohannes Velstenius Oldenburgensis. 9. Iun.
 Cunradus Steinius Freienschensis Solmeius. 10. Iun.
 Iohannes Richardus Ruffelmannus Heuchelheimensis Wetteravius.
 M. Iohannes Stecus Landenhusanus.
 Iohannes Riedesel in Eysenbach.
 Volpertus Riedesell in Eysenbach.
 Henricus Adolphus von Schlitß genant von Görß.
 Otto Hartmannus von Schlitß genant von Görß. 13. Iun.
 Georgius Philippus Ziechtenstein Moeno-Francofurtensis.
 Georgius Finckius Alsfeldianus Hassus.
 M. Ionas Gebhardus Grünbergensis Hassus.
 Georgius Eberhardus Happelius Kyrtorphensis Hassus.
 Iohannes Reinhardus Kyrtorphensis Hassus.
 Christophorus Stumpfius Alsfeldianus Hassus. 14. Iun.
 Georgius Zedmyerus Saraepontanus Westrias.
 Hermannus Rüsbergius Tremonianus Westphalus.
 Iohannes Hermannus Warichius Homburgensis Westrias. |

Fol. 257. b.

Iohannes Casparus Mercator Wetzflariensis.
 Iohannes Bartholomaeus Dutler Saraepontanus Westrias.
 Albertus Otho Preussius Laubaco-Solmeius. 15. Iun.
 Henricus Rabius Utphensis Solmeius Wetteravius.
 Henricus Sartorius Inheidensis Solmeius Wetteravius.
 Hermannus Wellerus Niedervolstadtensis Solmeius.
 Henricus Lotichius Echzellanus Wetteravius.
 M. Iohannes Conradus Wasterfeld Coronae Montanus.

22*

Iohannes Reiserus Butisbacensis.	16. Iun.
Laurentius Cnefelius Hesfeldensis.	
Henricus Wickius Alsfeldianus Hassus.	18. Iun.
Balthasar Hampelius Marpurgensis Hassus.	
Iohannes Georgius Deichmann Mindanus Westphalus.	
Casparus Heitius Stadensis Wetteravius.	
Iohannes Adamus Schäfferus Reichelheimensis Wetteravius.	
Henricus Nicolai Lippiensis.	
Henricus Elbertus Blofeldensis.	
Hartmannus Mogius Echzellanus Wetteravius.	
Nicolaus Christophorus Muldnerus Eschwecensis.	20. Iun.
Andreas Seimius Brawerschwegensis Hassus.	
Christophorus Tonsor Alsfeldensis Hassus.	
Petrus Bendelius Belmodensis Hassus.	
Thomas Faber Leisteranus Hassus.	21. Iun.
Iohannes Draudius Francofurtensis ad Moenum.	
Hermannus Mauritius Feige Allendorphensis ad Salinas.	
Iohannes Adolphus Rubelius Gissensis Hassus.	23. Iun.
M. Balthasar Klinckerfusius Allendorphensis ad Salinas Hassiacas.	
Philippus Sältzer Gissensis Hassus.	
M. Iacobius Bauchius Fridberga Wetteravius.	
Cunradus Steinius Rauschenbergensis Hassus.	
Iohannes Ieremias Chelyus Guiddersheimensis Wetteravius.	24. Iun.
Adamus Crugius Palaeopolitanus Waldeccus.	27. Iun.
Iohannes Euchenius Neoburgo-Moguntinus.	
Philippus Weitzius Langdensis Wetteravius.	29. Iun.
Balthasar Stecus Stochusanus Hassus.	30. Iun.
Reinhardus Porsius Rodheimensis Wetteravius.	
Iohannes Scheunerus Schleusingensis Francus.	
Iulio.	
Philippus Fridericus ab Hertingshausen Darmstatinus Hassus.	2. Iul.
Iohannes Fridericus ab Hertingshausen Cassellanus.	
Iohannes Cunradus Braubachius Dudenhofensis Hassus.	
Georgius Daniel Chelyus Wittersheimensis Wetteravius.	4. Iul.
Adolarius Hölenius Fuldensis.	5. Iul.
Iohannes Fischer Lauterbacensis.	
Ludovicus Adolphus Krugius Niddanus.	
Georgius Achenbachius Flostadio-Wetteravius.	
Petrus Heuserus Nider-Weisselanus Wedderavius.	
Georgius Henricus Gerlacus Marpurgensis Hassus.	

Fol. 258.a

Casparus Bernhardus Butzbacensis Wetteravius.	6. Iul.
Iohannes Scharffius Schliza Buchonius.	7. Iul.
Iohannes Georgius Lajus Suinforto-Francus.	11. Iul.
Georgius Heilman Beyenheimensis Wetteravius.	
Iohannes Fridericus Coburger Flostadinus Wetteravus.	12. Iul.
Iohannes Hermannus Fischerus Lauterbachensis.	
Iohannes Schlauhofius Alsfeldianus Hassus.	
Matthaeus Dischbein Gissanus Hassus.	13. Iul.
Iohannes Schwanckhartus Butisbacensis.	
Conradus Christophorus Callenbach Arnstadian. Turingus.	
Iohannes Hördemann Hervördiensis.	
Iohannes Georgius Rhodius Hainensis e Dytriade. [?] *)	14. Iul.
Ericus Vinthus Gestorgia Brunsvigius.	15. Iul.
Cornelius Collatius Wallensis Hassus.	16. Iul.
Iohannes Reinhardus Reissius Erdanus Solmensis	19. Iul.
Stephanus Klotz Lippiensis.	25. Iul.
Ludovicus Lambach Tremonianus Westphalus.	27. Iul.

Augusto.

Iohannes Georgius Mylius Eygelhusanus.	2. Aug.
Gothofridus Finckius	} Giessenses Hassi.
Iosephus Balthasar Finckius	
Iohannes Cunradus Finckius	
Philippus Kleinschmidt Cassellanus.	4. Aug.
Henricus Kleinschmidt Cassellanus.	
Iohannes Philippus Datzius Usingo-Nassovicus.	5. Aug.
Georgius Brem Haynensis.	
Sebastianus Brem Haynensis.	
Henricus Trygophorus Wildungensis Waldeccus.	25. Aug.
Thomas Riemenschneider Treissensis Hassus.	

Septembri.

3. die Septembris exempti sunt quatuor sequentes ex Paedagogio

Georgius Henricus Lünckerus Marpurgensis.	
Gregorius Stannarius Marpurgensis.	
Hermannus Fridericus Reccius Niddanus Wetteravius.	
Adamus Bergerus Budingensis Avimontanus.	
Ericus Georgius Hedemann Cella Luneburgensis.	8. Sept.
Iohannes Henricus Wogesserus Umstadiensis Hassus.	12. Sept.
Adamus Philippus Hofius Cronbergensis.	

Fol.258.b.

*) An corruptae nominis formae subest eius regionis significatio, quae Drey Eich appellatur, ut indicetur pagus Dreieichenhain?

Iohannes Casparus Freinßheimer Ulmensis.	13. Sept.
Petrus Haberkorn Butisbacensis.	15. Sept.
Paulus Hoffmannus Lasphaeo-Witgensteinianus.	24. Sept.
Hermannus Pabst Düsseldorpiensis.	27. Sept.
Iohannes Bawer nobilis Montanus.	
Stephanus Saalfelderus Rotemburgo Tuberanus Francus.	30. Sept.
Octobri.	
M. Iohannes Daniel Rauch Großen Carben Wetteravius.	3. Oct.
Iacobus Christianus Grunbergensis Hassus.	
Antonius Guntherus Velstein Oldenburgensis.	
Luder Ioachim Lützow nobilis Megapolitanus.	
M. Iohannes Cunradus Danhauer p. l. c. Kundringa-Brisgous. *)	4. Oct.
M. Georgius Schmidt Augustanus.	
Daniel Tegetmeier Minda Westphalus.	5. Oct.
Reinhardus Esther Sueinsburgensis Hassus.	
Iohannes Balthasar Ritter Moeno Francofurtanus.	
Henricus Arcularius Rhoda Waldecus.	7. Oct.
Henricus Orthius Lohrensis Hassus.	
Wilhelmus Bottius Hanoviensis.	8. Oct.
Wolfgangus Christophorus Scholer Hammelburgo-Francus.	9. Oct.
Iacobus Matthaei Wittenbergensis Saxo.	10. Oct.
Wilhelmus Hoffmannus Spirensis.	
Iohannes Gebhardus Morosius Saraepontanus Westriacus.	
Iohannes Ruppelius Wildungensis Waldecus.	11. Oct.
Iohannes Schellenbergerus Netranus Hassus.	
Iohannes Hugo Esweccensis Hassus.	12. Oct.
Iohannes Cnirimus Esweccensis.	14. Oct.
Iohannes Fabricius Ostheimensis Wedderavius.	
Iohannes Iacobus Ernst Grundlacensis Noricus.	17. Oct.
Iohannes Philippus Diepelius Gissanus Hassus.	21. Oct.
Iustus Eberhardus Zubrod Saedelensis Wetteravius.	25. Oct.
Iohannes Mauritius a Gilß Alsfeldiana Hassus.	
Martinus Soldanus Sontranus Hassus.	
Elias Iordanus Heringo Thuringus	27. Oct.
Nicolaus Cervinus Geravianus.	28. Oct.
Fridericus Magnus Gezzelus Michelstadensis.	
Iohannes Roslerus Darmstatinus.	
Fol. 259 a. Iohannes Henricus Vietor Darmstatinus.	28. Oct.

*) De Danhauero poeta laureato, postea professori theologiae Argentoratensi inter pugnaces Lutheranos eminenti, cf. quos laudat Holtzmann Deutsche Biographie IV, p. 745 sq.

Henricus Ellenbergerus Hombergensis.
 Iohannes Philippus Thielo Darmstatinus.
 Georgius Heer Cassellanus.

Nouembri.

Bertramus Nigrinus Susato Westphalus.	1. Nov.
Aegidius Cramher Wildungensis Waldecus.	
Nicolaus Schenck Wisbadensis Nassovicus.	5. Nov.
Iohannes Casimirus Hien Wesensis Nassovicus.	13. Nov.
Caspar Fabritius Niddanus Wetteravius.	14. Nov.
Iohan Iacob ab Otthera Cronenbergensis.	22. Nov.
Erasmus Henricus ab Herlingen Luneburgensis.	
Iohannes Stattmannus Essendiensis Marc. Westphalus.	25. Nov.
M. Bartholomaeus Rhodius Hannoveranus.	27. Nov.

Decembri.

Henricus Bessel Petershagensis Westph. Cancellarii filius.	5. Dec.
Adamus Henricus Herbertus Schleusingensis.	10. Dec.
Georg Daniel Stautanz Gissensis Hassus.	13. Dec.
Iohannes Henricus Kleinjohndt Darmstatinus.	14. Dec.
Iohannes Soppius Allendorphensis ad Salinas.	16. Dec.
Iohannes Andreas Clemmius Gleibergensis Nassovicus.	29. Dec.
Reinhardus von Eppingen Borussus.	
Iohannes Balthasar Schuppianus. *)	
Georgius von Eppingen Borussus.	
Iohannes Stumpfianus Alsfeldianus Hassus.	30. Dec.
Regnerus Baddenhausen Cassellanus Hassus.	

Hoc anno in disciplinam paedagogicam recepti sunt, quos Dn. paedagogiarcha M. Iohannes Henricus Tonsor Rectori praesentes stitit in album Academicum inscribendos.

Inscripti sunt undesexaginta, inter quos unus Vienna-Austriacus, duo nobiles Iulius

Fol.259.b. Conradus et Eberhardus Adolphus a Lutter.

Fol.260.a. *In fine adscriptum:* Summarum 237, quos inter duo Principes, Comes unus, viginti quatuor Nobiles.

HISTORICA.

IX. Ian. Sponsalia Dresdae celebrata solemnī festivitate inter Illustrissimum Principem et Dominum Dominum Georgium Hassiae Landgravium, et Serenissimi Electoris Saxoniae Domini Iohannis Georgii filiam Sophiam Eleonoram.

*) De Iohanne Balthasare Schuppianus pluribus nominibus, etiam literis germanicis claro, nato Gissae a. 1610, inde ab a. 1635 per decem fere annos professore Marburgensi, postea pastore Hamburgensi, in qua urbe a. 1661 obiit, v. post alios narrantem Carolam Bertheau in Herzogii Real-Encyclopädie f. protest. Theol. ed. II. vol. XIII. p. 723 sqq.

III. Aprilis fato functus est Mauritius Nassovius, felix et fortis Imperator belli in Hollandia.

XXX. Maii Milites Caesareani, qui in vicinis pagis remanserant, discessere.

XV. Aug. Horrenda tempestas per totam fere noctem fuit, et grando maximum frugibus et arboribus intulit damnum, unde secuta annonae caritas et multae tribulationes.

FUNERA.

II. Martii Dn. D. Nicolaus ab Ottera, Amplissimus Vicecancellarius, de Academia praeclare meritus in negotiis nostri principis Fuldam profecturus, subito torrente ad pagum Feldam subreptus obiit. Postea Gissae sepultus: cui vir Clarissimus et Consultissimus, Ictus eximius, Dn. D. Theodorus Reinking IV. Martii fuit suffectus.

IX. Aprilis. Christina Rückersfeldia, Hermanni Riedesellii, olim Oeconomi, vidua 77 annorum, abdormivit.

XXX. Aprilis. Matthaëus Schrodaeus pharmacopola annos 90 natus, placide ex hoc mundo egressus est.

XX. Maii evocavit Deus ex aerumnosae huius vitae spatiis in coelestem patriam Iulianam Dorotheam Schüzin in Holzhausen ex nobilissimis Schuziorum in Holzhausen et Dienheimiorum familiis oriundam, matronarum decus, dum vixit, ut singulare ita nobilissimum, perquam Nobilis viri Iohannis a Linsingen, qui in Domino quiescit, viduam, cui in templo civitatis iusta funebria facta sunt 25. Maii. Iehova Ditante IVstVs VI paLma fLoreblt.

VI. Octobris. Spectatissima foemina Margretha, prudentissimi Viri Alexandri Dieterichs, Consiliarii olim Cameralis in hac aula, et Secretarii per multos annos fidelissimi, vidua, pie in Christo defuncta, quem insigni constantia semper confessa fuerat, sepulturae tradita expectat beatam resurrectionem. BeLLVM Verte DeVS, pax nostros et beet agros.

Calendis Novembr. Dn. D. Philippi Gerlaci in Generali Hassiae dicasterio Assessoris filia Maria ante dimidium mensem uxor data Friderico Boerio, peste extincta fuit. Quam non multo post insecutus est pater et filia Elisabetha Virgo, et denique ipsa etiam mater, eodem mense.

X. Novembris obdormivit D. Philippus Gerlacus, generalis iudicii Hassiaci assessor et uxor et filia, intra paucos dies peste absumpti. CreDlte, VIVentes, pla Mors est IanVa Vitae.

XIII. Novembris sepulta fuit Margretha Dorothea Clarissimi et Consultissimi Viri Dn. D. Ruppelii in Dicasterio Assessoris dignissimi, filia dilectissima. Mors ChrIstI nobIs gaVDIa VIVa parat.

XVI. Novemb. diem suum obiere probitate et diligentia insignes Studiosi, Iohannes Schellenbergerus, Netranus Hassus, et Balthasar Stecus Laudenusanus, lue pestifera intra triduum extincti. GaVDent beatI qVi sVnt In ChrIsto MortVI.

XVII. Novembr. Nobilissimus Iustus Henricus Adolphus von Schütz, genant von Görz, qui magnam de se spem excitaverat singularis virtutis et eruditionis, inter medias fratris et praeceptoris, raro fidelitatis et amoris exemplo, adstantium preces (peste enim infectus putabatur) in vera agnitione et ardenti invocatione salvatoris unici Iesu Christi, placide expiravit matri terrae redditus Novemb.

In ChrIsto MorIens fIDus post fVnera ViVet. |

Fol.260.b. XXI. Decemb. Gertrudis, Dn. N. Nordeckii uxor, filia amplissimi quondam Cancellarii D. Reinhardi Schefferi, ex patria huc profecta ad curandam valetudinem, naturae concessit.

2. Ianuarii Anno 1626 consignavit Balthasar Menzerus, Constitutus Rector die 24. Maii 1625: quam functionem legitime Cal. Ianuarii Anno 1626 resignavit: quo ipso die Celsissimus princeps, Dominus HENRICUS Hassiae Landgravius etc. consentientibus omnium Professorum suffragiis Rector magnificentissimus electus et solenniter declaratus fuit:

Cuius scepra Deus regat et confirmet et ornet,
Ut Rectore sub hoc Marpurgi pristina forma
Floreat, et fructus per totum proferat orbem.

Τάνώτερα καλλίω.

Haec ex Autographo Viri Reverendi plurimum, Clarissimi et Excellentissimi Domini Balthasaris Mentzeri, S. Theologiae Doctoris eminentissimi, eiusdemque Professoris primarii, et Stipendiariorum Ephori, piae memoriae, sub meo Rectoratu Anno 1629 consistorialiter praelecta et approbata, inscribenda curavi.

Iustus Fewrbornius, S. Theol. D.

Professor et Ecclesiastes.

Fol.261.a. *Inserta est Balthasaris Mentzeri imago aeri incisa aliunde desumpta ad a. 1620 pertinens his verbis circumscriptis:* Dn. Balthasar Mentzerus SS. Theologiae D. et incl. Acad. Giessena [sic] Profes. celeb. aetat. anno LV. Subscripti sunt hi versus:

Picturam lector, quam cernis, imago piorum est,
Syncera Christum qui pietate colunt.
Affulgent Charites, Dilectio, Spesque, Fidesque,
Queis sine mortalis nemo beatus erit.

M. Bernh. Osterbaur Lud.

Fol.261.b.
vac.

(1626.)

Fol.262.a.

ANNO AERAE SALUTIFERAE

MDCXXVI, consentientibus votis et suffragiis Dominorum Professorum, annuente etiam Illustrissimo et Celsissimo Principe ac Domino, Domino Ludovico, Hassiae Landgravio, Comite in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina et Nidda etc. Principe nostro longe Clementissimo, Celsitudinis ipsius Filius, Dominus Henricus, Princeps Generosissimus, Hassiae Landgravius etc. ipsis Calend. Ianuar. Academiae Marpurgensis Rector electus et publice renunciatus est. Pro-Rector vero, qui Celsitudinis ipsius vices obiret, unanimi Patrum Academicorum concentu atque consensu designatus fuit Iohannes Breidenbach I. U. D. Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini Ludovici praedicti consiliarius, nec non Institutionum Professor Publicus, cujus sub regimine in hoc Ordinis nostri honestissimi album recepti fuerunt, qui sequuntur,

STUDIOSI.
IANUARIUS.

	Iohannes Tobias Roßbach Emß Rodanus Nassovicus.	3.
	Philippus Vilmarus, Grebensteinensis, Hassus.	10.
	Iohannes Soldanus, Sondranus, Hassus.	
	Henricus Wurmbser, Giessensis.	24.
	Chunradus Held, Weylariensis.	
	Iohannes Georgius Schütz von Holzhausen.	
	Iohannes Gothofredus von Linßing.	
Fol.262.b.	Balthasar von Weitofshausen, dictus Schrautenbach.	28.
	Iohannes Chunradus Rohr, Moeno-Francofurtensis.	31.

FEBRUARIUS.

	Philippus Beilstein Wetzlariensis.	8.
	Vincentius Müller, Hamburgensis Saxo.	9.
	M. Martinus Stauffenburger, Marpurgensis.	15.
	Henricus Havergo, Bilfeldia-Westphalus.	18.

APRILIS.

	Chunradus Tunicius, Paderbornensis Westphalus.	1.
	Chunradus Drepper, Lemgovia-Westphalus.	
	Iohannes Illo a Wolmeringhausen, Almensis.	
	Iohannes Rosenius, Lippiensis.	
	Casparus Wesphalen, Wunnenbergensis.	
	Iohannes Mückeius, Norinbergensis.	5.
	Georgius Schoberus, Lauffensis.	
	Georgius König, ecclesiae Altorphinae Pastor et in Academ. Professor petens gradum Doctoral.	
	Gottlieb Stübinger, Uratislaviensis.	12.
	Christianus Gerlach, Moeno-Francofurtensis.	
	Iohannes Laurentius Bausch, Swinfurto-Francus.	
	Thomas Schlipflein, Lemgovia-Westphalus.	
	Bernhardus Waldschmied, Francofurtensis.	15.
	Bartholomaeus Willius, Francofurtensis.	
Fol.263.a.	M. Iohannes Georgius Dorscheus, Argentoratensis.	17.
	M. Meno Hannekenius, Butiada-Frisius.	
	M. Iohannes Georgius Notter, Argentoratensis.	
	Iohannes Horb, Argentinensis.	
	David Zweiffell, Hallo-Svevus.	
	Iohannes Daniel Vietor, Giessensis.	19.
	Gerhardus Monachus, Moeno-Francofurtanus.	20.
	Wilhelmus Appelius, Assenheimensis.	

Nicolaus Petrus Crugius, Nastadiensis.	
Ieremias Causenius, Grunberga-Hassus.	21.
Iacobus Treutlinus, Ulmanus.	
Iohannes Ludovicus a Glawburg, Francofurtensis.	22.
Chunradus Scipio Netza Waldeccus.	24.
Iohannes Ernst, ex inferiori Elsunga Hassus.	25.
Iohannes Hartmannus Craius, Marpurgensis.	29.
Iohannes Athleta, Larsbaco-Epsteinus.	

MAIUS.

Iohannes Schurpfleisch, Wildungensis.	2.
Chunradus Meisterus, Wildungensis.	
Iohannes Ludovicus Lünckerus, Moeno-Francof.	
Andreas Schwindius Budingensis.	6.
Ludovicus Strackius, Mündensis.	
Iohann Daniel Dietrich, Giessensis.	7.
Petrus Kretzelius, Minsfelda Nassov.	9.
Iohannes { Milchling a Schönstad. }	10.
Carolus	
Balthasar Pistorius, Giessensis.	
Iohannes Richardus Albinus, Giessensis.	
Iohannes Philippus Rosenbach.	11.
Samuel Trautmann, Rudigisdorpa.	
Georg Daniel Ebel, Giessensis.	23.
Iohann Hermann Kitzel Giessensis.	
Iohannes Boesselius, Neidensteinensis.	
Nicolaus Volhardus, Triburiensis.	25.
Reinhardus Breidenstein, Liderbacensis.	27.
Iohannes Philippus Elpenrodensis.	31.

IUNIUS.

Iohann Daniel Vietor, Darmstadinus.	1.
Iohann Daniel Arcularius, Crofdoriensis.	5.
Iohannes Faber, Saxomontanus.	12.
Bodo ab Hodenberg, Lunaeburg.	
Ieremias Fabritius Smillinchusanus.	20.
Chunradus Arcularius, Rhoda-Waldeccus.	
Iohannes Arcularius, Rhoda-Waldeccus.	
Iohannes Chunradus Bachmannus, Giessensis.	
Isacus Faderus, Ecclesiastes Marchicus.	26.

IULIUS.

M. Leonhardus Bohemus, Ulmensis.	19.
Iohannes Gormeden, Volckmariensis.	30.

AVGVSTVS.

Iohannes Philippus Schirmer, Sarepontan.	18.
Iohannes Philippus Hinten Spirensis.	
Georg Otto Hedeman.	21.
Iohannes Philippus Seidenbänder, Wormaciensis.	23.
Dethmarus Wülnerus, Tremonianus, Westphalus.	31.

SEPTEMBER.

Iohannes Adamus Lossius.	1.
Wilhelmus Bachmann, Düsseldorffensis.	26.
Fridericus Beckmann, Cassellanus.	
Bernhardus Botkerus, Bilfeldensis.	26.
Henricus Giessenbier, Hervordensis.	
Martinus Otto.	
Iohannes Petrus Vercken, Moeno-Francofurtensis.	27.
Marcus Philippus Hausmann, Traraco-Mosellanus.	

OCTOBER.

Samuel Zimmermann, Treisanus.	2.
Iohann David Bromberus, Sontranus.	5.
Iohann Volpertus Eberus, Marpurgensis.	
Balthasar Stam, Giessensis.	13.
Iohannes Fliccius, Gronbergensis.	20.
Henricus Nicolaus, Dantiscanus.	
Iohannes Wolffius, Moeno-Francofurtanus.	23.
Iohannes Philippus Palthenius.	26.
Wolfgangus Henricus Meyer.	
Henricus Hulsius, Düdelsheimensis.	27.
Iohannes Löherus, Düdelsheimensis.	
Paulus Gerlacus Reuterus, Roehenhusensis.	30.
Franciscus Schottenius, Grebensteinensis.	
Rudolphus Rudolphi, Hoffgeismariensis.	
Hermannus Berndesius, Hombergensis.	
Georgius Lustmannus, Caldensis.	
Iohannes Cervinus Dorotheae Villanus.	

NOVEMBER.

Chunradus Lustmann, Caldensis.	1.
Iohannes Bulemannus, Immenhusanus.	
Henricus Embden, Caldensis.	2.

Fol.264.a.

Fol.264.b.

Georgius Philippus Plebanus, Weheno-Nassovicus.	10.
Iohannes Olpius, Saltzungensis.	13.
Iohannes Petrus Keip, Moeno-Francofurtensis.	14.
Chilianus Köllnerus, Schleusinga-Francus.	15.
M. Tobias Mayus, Thuringus.	
Fridericus a Wangenheim, Thuringus.	
Iohannes Chunradus Bender, Moeno-Francofurtensis.	
Henricus Stahl, Moeno-Francofurtensis.	
Chunradus Fabricius, Budingensis.	16.
Georgius Terhellus, Halberstadensis.	20.
Iohannes Iacobus Kolb, Weilburgensis.	26.
Adamus a Plato, Nobilis Pomeranus.	27.

DECEMBER.

Otto Bergmannus, Brackensis.	3.
Simon Barckhusius, Dethmoldiens.	
Andreas Phildius, Dirnsteinensis.	4.
Iohannes Henricus Gvalther, Trigvernan.	6.
Cyriacus Bartholdus, Gottinga-Brunsvicensis.	21.
Paulus Leitingerus, Entzesdorffio-Longaevallis.	24.
Iohannes Balhorn, Zusatensis.	
Philippus Henricus a Trohe Busceccens.	30.

Fol.265.a.b. PAEDAGOGICI QUI HOC ANNO A VIRO CLARISSIMO Dn. M. Iohanne Henrico Tonsore Physices Professore Ordinario et Paedagogiarcha ad Pro-Rectorem adducti et matriculae Academicae inserti fuerunt sunt sequentes.

Inscripti sunt quinquaginta sex, inter quos duo nobiles Burckhardus Wilhelmus a Trohe et Wolffgangus Henricus Baumbach Nassen-Erffurtensis.

Fol.266.a. 23. Ianuarii Clarissimus Dominus Iustus Sinold, dictus Schütz, I. U. D. hactenus Professor Iuris extraordinarius ad mandatum Illustrissimi, praestito prius iuramento consveto, in numerum Professorum Iuris Ordinariorum cooptatus fuit.

16. Martii, praesente Illustrissimo ac Celsissimo Principe et Domino, Domino Henrico, Hassiae Landgravio, Rectore Magnificentissimo, Domino nostro Clementissimo; praesentibus itidem omnium Facultatum Professoribus a Clarissimo Viro Domino M. Iohanne Henrico Tonsore, Physices Professore Ordinario et Paedagogiarcha ob egregiam eruditionis laudem atque vitae honestioris testimonia summa Magisterii adorea ornati fuerunt

Hartmannus Mogius, Echzellanus, Wetteravus.
 Georgius Heilmannus, Beyersheimensis, Wetteravus. |
 Hermannus Rusbergerus, Tromonianus, Westphalus.
 Henricus Wiccus, Alsfeldianus, Hassus.
 Petrus Weiß, Moeno-Francofurtensis.

Fol.266.b.

Reinhardus Gabriel Heckmannus Romrodensis.

Wigandus Mogius, Monachusanus.

Georgius Eberhardus Happelius, Kirdorffensis.

Christophorus Stumpffius, Alsfeldensis.

Chunradus Steinius, Freyenseensis.

Hartmannus Kreidius, Fridbergensis.

Samuel Heppius, Argentinensis.

27. Martii circa horam septimam vespertinam Erasmus Henricus ab Harlingen Nobilis Lunaeburgensis, studiosus in platea Wetterana innocens a militibus praesidiariis duobus vulneribus, uno in capite per oculum, altero vero sub corde confossus occubuit. Homicida salute a fuga petita poenam elusit.

4. Maii admodum Reverendus et Clarissimus Vir Dominus Iohannes Winckelmannus, S. S. Theologiae D. eiusdemque in Academia hac Professor Primarius, nec non Ecclesiae Giessenae Pastor et Superintendens in Virum Reverendum et Clarissimum, Dominum Georgium Koenig, Amberga-Palatinum, Ecclesiae Altorphinae Pastorem et Academiae Professorem publicum summum Doctoratus Theologici gradum et honorem contulit.

Ad mandatum Illustrissimi 8. Maii ad nos transmissum Vir Clarissimus Dominus M. Meno Hannekenius, Butiada-Frisius, praestito iuramento Professorio solenni, 21 eiusdem Professor Fol.267.a. Ethices rite designatus, 4. Iunii de quaestione hac, Anne Christianus possit esse politicus et de ipsius doctrinae politicae dignitate, simulac necessitate inauguralem orationem habuit.

17. Maii Vir Clarissimus Dominus M. Chunradus Bachmannus, Milsungensis, Hassus, iussu Illustrissimi ex Academia Giessena, in qua hactenus Poetices et Historiarum Professorem egerat, Poetices Professor salutatus, 21. eiusdem, praestito iuramento professorio consveto, orationem inauguralem de vita progressu et obitu Eobani Hessi, Poeseos quondam in Academia hac Professoris Celeberrimi, recitavit.

18. Maii miles quidam praesidiarius in tumultu a Studiosis in capite vulneratus 23. eiusdem mortalitatem deposuit. Vulneratione cognita, Pro-Rector a studiosis per ministrum Academiae citatis totius rei statum sciscitatus fuit, et statim simulac, periculosum esse vulnus, intellexit, studiosos praesentes, Theodorum Goclenium et Andream Simmeringium, Marpurgenses, tumultui scil. qui interfuerant, arresti vinculo constrinxit. Tertius Emanuel Goclenius intellecta fortassis vulneris periculositate citationem praevenit absentia. Mortuo milite praedicto, ad instantiam Capitaneorum praememoratis duobus Studiosis quidem conclave quoddam in Collegio Nudipedum pro custodia fuit assignatum: sed, antequam Decretum Consistoriale executioni daretur, Praeses et Vice-Cancellarius Principales causam praesentem, tanquam notorie criminalem, ad se pertinere arbitrati circa horam noctis decimam apud Pro-Rectorem, studiosos ad arcem Illustrissimi deducendos sibi tradi, petierunt. Pro-Rector ob multam noctem reliquorum Dominorum Professorum praesentia destitutus, prius tamen re per Syndicum cum Vice-Cancellario, Domino Hermanno Vulteio deliberata, Theodorum Goclenium, qui vocatus apud Rectorem comparuerat, per Academiae ministrum ad matris suae domum deduci, deductum donec custodia adornaretur ibi per eundem custodiri fecit.

Interim rem totam Praesidis et Vice-Cancellarii discretioni reliquit, *modo non illa, quam*
 Fol.267.b. *comminabantur, per plateas ad arcem deductione temere macula aliqua | Studiosis*
inureretur.

Postero die habita amicabile cum Academia communicatione Emanuel Goclenius, qui occultari credebatur, praeentibus Academiae ministris, in aedibus Parentis Domini M. Rudolphi Goclenii per Officiales fuit quaesitus. Idque factum hora 12; verum sine effectu.

Postmodum vero, et eadem quidem hora vulneris inspectione a Medico ab Academia, Chirurgis vero a Dicasterio ad hoc specialiter deputatis, facta, vulnus non lethale apparuit. Quo adverso, ad Academiae intercessionem duobus istis Studiosis conclave in taberna vinaria ad forum pro custodia assignatum fuit, e quo tamen 26. eiusdem, praestita cautione fideiussoria de sese sistendo, iterum fuerunt dimissi.

Profugus Emanuel Goclenius tandem etiam apud Illustrissimum ad instantiam supplicem Parentis salvum conductum obtinuit, et, ut iudicium criminale in loco extraordinario, vel in conclavi quodam Dicasterii, citra tamen praeiudicium ullius consequentiae, ventilaretur, impetravit.

24. Maii, quo die ante annum Academia nostra fuit instaurata, Vir Reverendus et Clarissimus Dominus Iodocus Fewbornius, S. S. Theologiae D. et eiusdem Professor, declarandae erga Deum gratitudinis, ut et restorationis Academiae iucundae memoriae ergo, orationem de publicis calamitatibus, unde illae suam trahant originem, et quodnam sit idoneum illas effugiendi medium, publice recitavit.

6. Iunii Vir Clarissimus Catharinus Dulcis, antehac plurimarum exterarum et longe dissitarum regionum diligens spectator, nec non lingvarum exoticarum plurimos per annos in Academia hac satis felix Informator, circa nonam pomeridianam naturae debitum solvit. Die 10 eiusdem in coemeterio summi templi sepultus quiescit.

27. Iulii, eheu! non solum Academiae nostrae sed et toti nostrae Patriae fatalis fuit. Hac siquidem die Illustrissimus et Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus dictus fidelis, Hassiae Land | gravius, comes in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina et Nidda, Dominus et Mecaenas noster Clementissimus, Academiae huius Instaurator ac Remunerator Felicissimus Munificentissimus, Pater Patriae longe desideratissimus, pacis studiosissimus, laborum patientissimus, in adversis fortissimus, totius Imperii Romani columna firmissima, beatissimae recordationis, anno aetatis 49 Imperii sui 31, intra octavam et nonam pomeridianam ad caelestia gaudia evocatus terrenam hanc deposuit mortalitatem.

Fol.268.a.

Et postquam Illustrissimae Ipsius Celsitudinis Testamentum, quo Illustrissimus itidem et Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Georgius Hassiae Landgravius, Comes in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina et Nidda etc. Dominus noster longe Clementissimus, Eiusdem Celsitudinis filius primogenitus, successor in Regimine designabatur, 9 Septembris solenni ritu fait publicatum, undecimo eiusdem mensis die Principis funus pompa satis solenni ad summum illud templum, quod est Darmstadii, deductum fuit, ubi sub Avitis illis monumentis Gloriosissimi huius Principis ossa molliter cubant. Fusius modo posita quaeque in libro peculiari, cui inscriptio est Ehrengedächtnuß des Durchleuchtigen, Hoch-

gebohrnen Fürsten und Herren, Herren Ludwigen, Landgrafen zu Heßen u. s. w. acuratissime Marpurgi typis exscripto enarrantur.

3. Augusti M. Wilhelmus Cuno Marpurgensis, hactenus Senatus Patrii Secretarius, traditis reversalibus consvetis, a Senatu Academico Vice-Oeconomus salutatus 30. Decembris solenne iuramentum praestitit.

13. Augusti Vir admodum Reverendus et Clarissimus Dominus Iohannes Winckelmannus, S. S. Theologiae D. in hac Academia Professor primarius, Ecclesiae Giessenae Pastor, eiusdemque ac vicinarum Superintendens, Theologus incomparabilis, candidus et
Fol.268.b. apertus satur dierum et vitae circa tertiam matutinam Giesse fatalem suam metam adiit. |

6. Octobris omnes Professores tam ordinarii, quam extraordinarii iique corporis infirmitate non praepediti iussu Illustrissimi ac Celsissimi Principis et Domini, Domini Georgii, Hassiae Landgravii etc. Domini nostri longe Clementissimi ad citationem praecedente die a Pro-Rectore ad praestandum homagium ipsis insinuatam hora septima matutina in maiori palatio arcis una cum Dominis Consiliariis Principalibus et Curiae Provincialis Assessoribus comparuerunt, ubi Dicasterii Consiliariis primum in fidem receptis Illustrissimae ipsius Celsitudini, data fidei dextra solenne praestiterunt homagium, secundum formulam in actis Rectoralibus contentam. Quo facto, Illustrissimae Ipsius Celsitudini per Pro-Rectorem omnium faustorum appreciatione de novo illo diu feliciterque duraturo Regimine congratulati in submissae subiectionis et humilimae devotionis symbolum poculum aureum per Syndicum offerri curarunt.

Quibus peractis, Curiae Provincialis Assessores similiter debitum subiectionis iuramentum praestiterunt. Et tandem habita concione de evitanda superbia, civibusque in coemeterio summi templi in fidem receptis, ab Illustrissima Ipsius Celsitudine convivio satis magnifico lauto et opiparo in arce fuimus excepti. Sequentibus diebus Illustrissima Ipsius Celsitudo per delegatos reliquos Academiae cives similiter ad Dicasterium citari, nec non ab iisdem homagium praestari clementer voluit.

16. Octobris postquam a S. Caesarea Maiestate Ferdinando II. Illustrissima Ipsius Celsitudo ad sententiam definitivam in puncto liquidationis in aliquod Ambactias inferioris Hassiae fuit immissa, literis ad nos missis clementer mandavit, ut vogteyas, quas ibidem sitas Illustrissimus Hassiae Landgravius, Mauritius aliquandiu occuparat, iterum occuparemus,
Fol.269.a. et proventuum Academicorum | exactores ad praestanda ea, quae Academiae exolvenda venirent, adigeremus, quod etiam 20. eiusdem per Commissarios feliciter fuit expeditum, prout illorum relatio 23. Octobris desuper confecta nobisque exhibita satis superque demonstrat.

7. Novembris Iohann Daniel Schawtanß*) Giessensis pro summo in utroque iure gradu consequendo publice disputavit, et postmodum sequentibus diebus, exantlatis examinibus consvetis, eundem quocunque tempore assumendi facultatem consecutus fuit.

21. Decembris post obitum Domini Doctoris Winckelmanni piae Recordationis Viro admodum Reverendo et Clarissimo, Domino Balthasari Mentzero S. S. Theologiae D.

*) Hinc corrigendum videtur nomen d. 13. Dec. 1625 inscriptum, ubi Schautanz exaratum esse iam intelleximus.

eiusdem Professore et Stipendiariorum Ephoro primaria Professio, quam suo iure meruerat, ab Illustrissimo clementer demandata fuit.

30. Decembris Vir Reverendissimus nec non antiquae Nobilitatis splendore ac prosapia coruscans Georgius ab Hörden, aedis Teutonicae Commendator Strenuus ac Nobilissimus, Vir omnibus bonis bene cupiens et affabilis, pie ac placide in Domino obdormivit. In D. Elisabethae Templo sepultus idem anglicae tubae clangorem praestolatur.

Iohannes Breidenbach I. U. D. Illustrissimi ac Celsissimi Hassiae Landgravii Georgii Consiliarius, nec non Institutionum professor publicus.

Fol.269.b.
et270.a.b.
vac.
Fol.271.a.

(1627.)

ANNO AERAE CHRISTI
MILLESIMO, SEXCENTESIMO, VICESIMO

Septimo currente, Calendis Ianuariis,

Clarissimorum Dominorum Professorum suffragio ex communi voto, in Rectorem Academiae huius electus, nominatus et proclamatus est

IACOBUS MÜLLERUS,

MED. DOCTOR, EIVSDEM AC MATHE

maticarum Disciplinarum Professor publicus.

Sub huius regimine annuo in Album Studiosorum, eo ordine, quem quilibet Dies et Mensis ostendit, relata sunt Novitiorum nomina.

M. Christophorus Cellarius, Lavinganus.	10. Ian.
Rudolphus Schröterus, Meininga Franc.	
Balthasar Rinch. Schleusing. Franc.	
Eustachius Blumius Schliza Faginas.	21. Febr.
Goswinus Michaelis, Susatensis Westph.	19. Mart.
Henricus Barckhusen, Lemgov. Westph.	20.
Daniel Walbaum, Minda Westph.	
Iodocus Bruningf, Osnabrug. Westph.	
Hermannus Wanderpöeb, Osnabrug. Westph.	30.
Iohannes Meier, Osnabrug. Westph.	20
Iohann. Bessel, Petershagensis Westph.	21.
Henricus Börries Mindensis Westph.	21.
Iohann. Ruland, Moeno-Francofurt.	30.
Eberhardus Jacobi, Hamburgensis.	31.
Iohannes Nagelius, Bremensis.	15.
M. Andres Schlaghaver, Mulhu.-Tyriget. [sic.]	} Prid. Calend. April.
Zacharias Sebede, Tremon.-Westph.	
Iohan. Fridericus Schäfferus, Saraepon. Westph.	
Matthaeus Straumannus, Ottovillanus Westph.	

Fol.271.b.

Cunradus Halgans, Grunbergensis Hassus.	7.	
Iohan. Ioseph. Buchsensteinus, Vormatiens.	11.	
Iohann. Petrus Buchensteinus Vormatius.		
Iohannes Richardus ad Campanam, Bolandiens.		
Melchior Lucius, Wezflariensis.		
Iohan. Christoph. Tholdius, Giesensis.	12.	
Georg. Christian Murhardt, Spangenberg.	16.	
Henricus Steltmannus, Susat. Westph.		
Iohan. Henricus Fuhrlonius, Friedberg Wetteravus.		
Iohan. Lucius, Usingensis Wetteravus.	17.	
Nicolaus a Lunen, Tremoniensis.	18.	
Alexander a Greiffenclaw, Magist. art.	}	Nobiles Treverien- ses.
Georgius Hannibal a Greiffenclaw.		
Henricus Martinius, Rhotia Waldeccus.	19.	
M. Stephanus Schweißler, Moeno Francofurt.	21.	
Iohann. Schunccius, Isenburgicus Arimontanus.		
Guilhelmus Philip. Fabricius, Büdingensis.	24.	
Nicolaus Scherselius, Solitariensis Franc.	26.	
Matthias Fierlingius, Landoviensis Waldec.		
Wilhelmus Pistorius, Saxenberg. Waldec.	27.	
Iohann. Dummerus, Girsrodensis.		
Iohannes Christoph. Schellenberger.		
Gerhardus Witte, Dethmodianus.	28.	
Arnoldus Hoffmann, Elvershusio-Brunswig.	30.	
Andreas Seipius, Holtzheimensis Wetteravus.		
Henricus Bangius, Hallenberg.	1. Maii.	
Martinus Reineccius, Volckmariensis Westph.	2.	
Iohannes Thomas, Cassellanus.		
Rudolphus Schlick, Mindanus.	4.	
Adolphus Majus, Langovia Westph.		
Nicolaus Lantz, Binstato-Wetteravus.		
Augustus Fridericus von Hertingshaußen.	8.	
Wilhelm Moriz von Hertingshaußen.		
Henricus Vangenbede, Hamburg.	9.	
Leonhardt Friederich Höe von Höenegg.		
Hanz Christoph. Höe von Höenegg *).		
Iohannes Hauboldus a Kötteriz. Eq. Mis.		
Iohannes Caspar Großgebawr, Meininga Henneb.		
Iodocus Geckhius, Hallenberg.	10.	

Fol.272.a.

*) Fili, ut videtur, clari theologi Lutherani.

Henricus Walbaum, Mindanus.	22.
Albertus Sobbe, Bucciburgo Schawenburgicus.	
Johann Carl a Rhelingen Francofurt.	
Matthias Bohemus Turanensis Boruss.	26.
Anthonius Gabriel von Donop.	2. Junii.
Simon Mauricius de Donop.	
M. Iohan Fridericus Pelargus.	
Adolphus Haremann Rinthelensis.	
Iohan. Ludovicus Zellerus Hembaviensis Palat.	5.
Michael Raidus Rotenbergensis.	9.
Iohannes Lucae Kirchainensis Hassus.	11.
Iustus Simon Felsbergensis Hassus.	15.
Ernst Christian Hedeman Zellensis Laneburg.	18.
Iohannes Porcius Uslaria Brunshwigius.	19.
Georgius Porcius Uslaria Brunshwigius.	
Iohannes Brandes Mansfeld. Brunshwigius.	22.
Arnoldt Palthe Steinfurt Westph.	6. Iulii.
Ludovicus Alberdus Schød, Pal. Ulm. et Franc.	18.
Ludovicus Gottofredus Kalhardt Heidecco Palat.	19.
Iohann Georg Goëhausen Westph.	15.
Iacobus Stephani Nassovius.	31.
Emanuel Heinhofer Augusta Vindelicus.	1. Aug.
Iustus Oldekop Hildesheimensis.	15.
Christianus Schöber, Meiningensis.	31.
David Schott Meiningensis.	
Georgius Iustinianus Wehnerus Kitzing. Franc.	4. Sept.
Iohannes Henricus Heiderich, Mognottinus. [sic.]	9.
Iohannes Raden Padeborna-Wesph.	13.
Iohannes Christophorus Molitor Norimberg.	17.
Wolfgangus Fridericus Heldius Norimberg.	
Georgius Calb Norimbergensis.	
Gabriel Harsdoffer Norimbergensis.	
Georgius Schuchart natione Hassus Eschwicensis.	
Ludovicus Stejfer Arnstatiensis Thuring.	21.
Ioachimus Follebier Rostochiens. Megapol.	
Iohannes Wolfgangus Fabricius von Wintzheim Franc.	
Daniel Rucker Rottenburg. Franc.	
Petrus Rihelius Saxo Imula-Transylvanus.	
Iohannes Lutsch Saxo Transylvanus.	
Daniel Nagel Argentinensis.	26.

Fol.272.b.

24*

Iohan. Schildroth Bergensis Hasso Thuring.	30.
David Friderus Rostochius.	8. Oct.
Iohannes Molter Bettenhusanus Franc.	9.
Gottfridt Merckelbach Susato Westph.	
Fridericus Kühlewein Lipsiens. Misnicus.	10.
Hermannus Roevenstrunck Marco Kirspens.	16.
M. Iohan. Conrad Stern Moeno Francofurt.	19.
Adamus Mardorffius Zigenhainensis.	24.
Fridericus Sturmius Cöthen Anhaltinus.	26.
Conradus a Börstell Bernb. Anhaltinus.	
Philippus Mordianus Redelingk Gasteinensis.	
Henricus a Sebottendorff Nobl. Siles.	27.
Sigmundt von Faldenhan Nobl. Siles.	
Christianus Balduinus Dresdensis.	27. *)
Michael Geismer Rostoch Magapolit.	29.
Ioachimus Elers Rostoch Magapolit.	
M. Iohan Georg Holtzelius Wormat. Vangio.	30.
Ertwinus zur Wohnung Osnab. Westph.	31.
Christianus Bussius Francofurt. Marchicus.	2. Nov.
Jacob von Salder Nobilis Marchicus.	
Matthias Werner von Salder.	
Iohan Hamerschmidt Plettenberg. Westph.	3.
Andreas Eichler Germerodensis Hassus.	
Nevelinus Tilenius Lomgov. Westph.	5.
Bernhardus Tilenius Lomgov. Westph.	
Bernhardus Heilersigk Uffeniensis Westph.	9.
Hartvicus Schwabediß Hervord. Westph.	20.
Michael Conradus Ernst Norimberg.	6. Dec.
Iohan. Matthias Hubner Norimberg.	
Iohan. Daniel Zuddelius Cassellanus Hassus.	7.
Iohan. Iacob Ebener Norimberg.	8.
Iohannes Hövoff Unnensis Marcanus.	10.
Christianus Fuchs Ubins.	
Iohannes Röhr Corbachensis Waldeccus.	13.
Iacobus Hüncken Bremensis.	18.
Iohan. Georgius Arnoldus Cassell. Hassus.	24.

Quos vero vir Clarissimus M. Iohan. Henricus Tonsor, p. t. Paedagogiarcha, Rectori
 inseribendos et civibus Academicis addendos, prid. Calend. Ianuarii 1628 sistitit, hi sunt.
 Sequuntur unum et quadraginta nomina, inter quae duo nobilium Philippi Gottofridi
 et Friderici Spiegel a Desenberg.

*) Scriptum est, sed per errorem manifestum, Septemb.

Fol.273.a.

Quemadmodum anno superiori, propter mortem Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini Ludovici, Hassiae Landgravii etc. Principis ac Maecenatis huius Academiae, dum viveret, benignissimi, piissimae memoriae, omnia plena luctus et maeroris fuerunt, acerba et tristi repetimus memoria. Verum quo illius anni conditio iniquior et durior, eo praesentis et currentis status, et principio et medio et fine, laetior et tranquillior fuit. Hoc anno Patria nostra dulcissima nacta est Principem Virtutibus Heroicis Illustrissimum, genitori per omnia similimum; quae hactenus quasi matre orba, talem in hoc anno amplexa est, quae progenie serenissima, splendidissima et Illustrissima, pietate et probitate simplicissima, animi dotibus absolutissima, corporis flore perfectissima et iucundissima, et ut verbo dicam, castitatis quasi oraculum, ac foeminarum decus celebratissimum. Hic insuper annus est, qui Academiae nostrae centenarium primum exactissime et felicissime claudit. Praeterea, ut hoc anno Academiae et scholae nostrae status, ceu flos luxurians, insigne incrementum habuit, ita et caetera omnia fausta ac fortunata extiterunt.

Fol.274.b. Magistratus fuit tranquillus, coetus discentium ac docentium pacatus, | a pestiferorum morborum spiculis ac contagio salvus, crudelique militum turba. Bellonae terroribus et devastationibus tutus, ac intestinis dissidiis, rixis, nocturnisque excursionibus et tragicis tumultibus minime pollutus.

Neque Terra nostra sanguine innocenti fuit conspurcata et inebriata, neque caedes tranquillitatem nostram Academicam turbarunt, nec inter cives nostros gliscentes animadvertimus discordias.

Hic annus Magnatum et Primorum ac Principum huius terrae animos ante longe dissitos coniunxit, fraternitatisque vinculo in dissolubili (quod nemo suspicabatur unquam) artissime colligavit, ac concordiae et pacis sempiternae nexu iterum astrinxit.

Quo vero pro more recepto, praecipuorum, quae hoc sub Magistratu feliciter ut plurimum gesta sunt, memoria recolere queamus, haec sequentia Rectoratus libro inserere, et quo die ac mense unumquodque peractum sit, annotare volumus.

IANVARIVS.

Die 4. Ianuarii, vir consultissimus et doctissimus Dominus Iohannes Gualtherus Hersfeldensis, ante Illustrissimorum Principum Iuniorum Hassiae, lineae Darmstadinae, pietatis et studiorum moderator vigilantissimus, nunc Dicasterii huius Consiliarius dignissimus, pro consequenda in utroque iure Licentia publice disputavit.

Fol.275.a. 5. Ianuarii hora 2. minut. 30. post medium noctis, vir | admodum Reverendus et Clarissimus Dominus Balthasar Menzerus S.S. Theologiae et Sinceri Dei verbi, in toto orbe Doctor celeberrimus, Professor Academiae nostrae Primarius et stipendiatorum Ephorus, qui hanc et Gissenam Academiam nominis sui splendore et fama laudatissima, simul ac saluberrimo suo consilio et auxilio fecit florentissimam, in Domino placide pie obdormivit.

10. Ianuarii. Propter instans Iubilaei festum in Consistorio maturius deliberatum et conclusum fuit, ut totum hoc negotium celebre Illustrissimo nostro Principi per literas notificaretur et committeretur, quod etiam die 14. Ianuar ita in effectum datum est.

25. Ianuarii. Illustrissima eius Celsitudo rescripsit, et ut Iubilaei festivitatem more et ritibus, in aliis Germaniae Academiis usitatis, celebremus, nobis mandavit.

25. Ianuarii hora 11. ante meridiem, vir Nobilissimus ac streuus, Dominus Philippus a Bellersheim, huius Dicasterii Consiliarius et Praeses gravissimus, vitam cum morte commutavit.

27. Ianuarii. Quibus solennitatibus Iubilaeum sit celebrandum, in Consistorio publico consultavimus, ritusque consuetos consignavimus, consignatos vero Illustrissimo nostro ad revidendum et approbandum submitte tramisimus.

Fol.275.b. Cum et Imperatorum decreta, et leges, et totius Germaniae Academiae fere omnes literatis, praesertim docentibus et discentibus speciale hoc privilegium indulgeant, ut ab omni onere, quo alias Laici et plebei afficiuntur, exempti ac immunes sint, Exactores vero a civibus Academicis non solum, sed etiam ab ipsis Professoribus et actu docentibus accessum, vulgo die *Acceß und ungelde*, continuo urgere non desisterent, ideo per libellum supplicem, ut nostra privilegia (uti Gissae) sarta tecta ac salva permaneant, ab Illustrissimo nostro Principe die eodem petivimus, tandemque a Celsitudine eius, ut actu docentes una vehe vini et duabus cerevisiae absque onere, quotannis pro familia sua fruarentur, obtinimus.

FEBRVARIVS.

26. huius Dominus M. Philippus Walther et M. Henricus Wormbser, Gissensis, Illustris Paedagogii Praeceptores, in Consistorio Iuramentum dixerunt.

MARTIVS.

Fol.276.a. Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus etc. pietissimae memoriae, cum ex singulari pietatis studio hanc Academiam, pene collapsam, instauraret, illam non tantum Viris eruditione et doctrina celeberrimis munivit, sed etiam rara et principali liberalitate 60000 florenis, iuxta camerae aestimationem, dotavit, hancque donationem literis peculiaribus obfirmavit, et quia dictae literae tantum summam, qua Illustrissimus Comes a Westerpurg Academiae Gissenae fuit obstrictus, nominant, ideo die 10. Martii in Consistorio facta est consultatio, qua ratione reliquum (videlicet 8672 f. 1 albs. 4 h.) ab Illustrissimo Principe nostro commode peti possit, quo donatio et literae donationem testantes una summa convenient, etenim computus sic se habet.

Primo Praedictus comes debet 9000 thal. Philip. ad florenos, secundum Camerae ordinationem reducti faciunt 12461 f. 14 albs.

Secundo 40000 f. ana [*sic*] 15 baßen reducti reddunt 38866 f. 10 baßen 8 hl. Ergo Summa 51327 f. 24 b $\frac{1}{2}$. 8 \mathcal{L} de 60000 f. subtracti, relinquuntur 8672 f. 1 albus 4 hl.

24. Die a Dicasterio Rectori aliquot articuli interrogatorii, litem Volperti Remmers et viduae Capitanei armamentarii Giessensis concernentes, traduntur, ad quos vidua D. Menzeri iurato respondere debuit.

APRILIS.

Cum e Palatinatu Academiae quotannis 40 f. penderentur, hactenus vero per aliquot annos et in hodiernum usque diem Academiae nihil solutum sit, ideo, ne lacuna illa in libris rationum continuaretur, vel Academiae Fiscus damno afficeretur, ad Palatinatus

Gubernatorem Don' Vertugo literas supplices misimus et proventus illos annuos postulavimus, verum tabellarius Die 7. Ap. vacuus literis rediens, tantum recepisse (ut vocant) loco responsonis attulit. |

Fol.276.b.

MAIVS.

2. Maii. In Consistorio decretum fuit, ut Illustrissimae nostrae Principi poculum 100 f. pro more et ut nostram humilem subiectionem eius celsitudini contestatam faceremus, Academiae offeratur.

9. Maii. Illustrissima et serenissima Princeps, Sophia Eleonora, Potentissimi ac Serenissimi Electoris Saxoniae, Iohan. Georg etc. Filia primogenita, postquam die Torgae cum Illustrissimo nostro Principe ac Domino, Domino Georgio, Hassiae Landgravio nuptias celebrasset, omnibus applaudentibus civibus et subditis hanc urbem Regali quasi pompa et splendidissimo Comitatu ingressa est.

16. Maii. Vir admodum Reverendus et clariss. Iustus Feurbornius, S. S. Theologiae Doctor eximius, per rescriptum Principis, in locum Primarii Professoris fuit suffectus.

Ad Professionem Iuridicam in locum emeriti et rude donati Viri Consultissimi et Celeberrimi Iure Consulti Domini Doctoris Iohannis Goeddae, vocatus est Vir consultissimus et clarissimus Dominus Anthon. Nessenus Iuris Utr. Doct. Celebratissimus, Mindensium Syndicus vigilantissimus, qui etiam comparuit, et die 25. Maii in Consistorio Iuramentum Professorium praestitit.

IUNIUS.

Interea dum dies ille, qui tandem primum huius Academiae centenarium felicissime claudere debuit, appropinquat, omnia, quae nostram celebrem et raram | festivitatem splendidiorem magisque memorabilem reddere possunt, apparamus et partim Illustrissimi nostri Principis sumptibus, partim Academiae aere necessaria diligenter curamus.

1. Iunio itaque laeta illa lux exoritur, qua non tantum haec civitas, sed etiam tota Hassia gaudio et laetitia quasi flagrat. Mane hora septima signo dato, omnis populus ex omni angulo ad audienda sacra confluit. Princeps noster Clementissimus, cum Illustrissimis Fratribus Dominis, Domino Henrico, Domino Friderico, Illustri Emerico, Comite ab Erbach, in Zeiningen, caeterisque Aulicis, nobilitate et dignitate Celebratissimis, Aedes sacras praesens visitat. Consilarii in Dicasterio, Professores in Consistorio, Senatores in curia congregati, ordine templum ingrediuntur, ubi primum Cantores suavi Symphonia Deo laudem hymnos accinunt. Post Vir admodum Reverendus et Clariss. Dominus Georgius Herdenius, S. S. Theol. Doctor Celeberrimus, orator et Concionator facundissimus, pia ac docta concione magnalia Dei, inprimis his terris praestita, celebrat, et pro paterna Academiae nostrae conservatione et tutatione gratias agit et preces fundit, quem pie et Christiane institutum actum merito universus populus applaudit et concelebrat. Hoc primo peracto ritu, pompa splendidissima Illustrissimus noster Princeps, una cum Fratribus celsissimis et Comite Illustri, praeuentibus ministris Aulicis nobilissimis, sequentibus Professoribus, magna studentium caterva prosequente, Collegium, quod vocant ad Lanum, appropinquat, ibique a Professoribus humili animorum subiectione exceptus, ad auditorium solenne deducitur, ubi vix ingressus subsellia et parietes dulcem Symphonistarum | cantum

Fol.277.b.

et laudum psalmos resonare quasi visa sunt. Mox toto silente auditorio Rector, quem non facundia nec promptitudo loquendi, sed officii necessitas impulerat, e cathedra solenni Illustriss. Principes et Comitem, caeterosque Aulicos nobilissimos, Hospites, Auditores, Spectatores, Nobilitate, eruditione, Claritate et Authoritate gravissimos, discentiumque chorum florentissimum et frequentissimum, panegyrica oratione latina alloquitur. In hac postquam Iehovae summo, Regi Regnantium, Domino Dominantium, et universi Olympi moderatori sapientissimo, gratias egisset, Illustrissimi et pientissimi fundatoris mentem, favorem et benevolentiam, clementissimamque animi promptitudinem, hanc Scholam in hac Hassiae Metropoli fundandam et erigendam, multis declaravit documentis, simul innuens, qua Maiestate vere Caesarea, dum in vivis existeret, victorum victor, ipse invictissimus Imperator Carolus Quintus, Imperat. aeterna memoria dignissimus, hanc Scholam splendidiorem privilegiis et immunitatibus praestantiorem reddere voluerit, et ut omnibus hunc rarum et singularem Imperatoris erga studia et Illustrissimum nostrum Fundatorem amorem testatum faceret, ipsa privilegia Sigillo et manu Caesarea munita et obsignata per Notarium publicum ex originali publice praelegi mandavit, qualis et quo in pretio sit nostra Academia demonstravit ulterius, et ceterorum Imperatorum invictissimorum Principum et Conservatorum Illustrissimorum, benignissimorum, inprimis vero Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris augustissimi, et Illustriss. ac Celsissimi Principis Ludovici Junioris, Hassiae Landgravii etc. Instauratoris sapientissimi et Mecaenatis liberalissimi, beneficia extulit,

Fol.278.a. tandemque mirabilem huius Scholae ortum, incrementum, statum et perfectionem et quomodo iam flore luxuriantem iam pene spiritum agentem ineffabilis omnipotentis Dei misericordia et dextra refocillavit et conservavit, a venenatis Diaboli sannis et insidiis munivit et ut pura spiritus S. officina superesset, sub umbra alarum suarum protexit, longo sermone recitavit. His actis et transactis denique Illustrissima eius Celsitudo, concomitantibus caeteris hospitibus et invitatis celsissimis, nobilissimis, celebratissimis, curiam advectus ingreditur, ibique prandium, quod in caenaculo maiori paratum erat, hilari fronte consumit. Et quo magis summum illum amorem, quo studia et literatos eius Celsitudo prosequitur, posteritati quoque declararet, idcirco plusquam principali liberalitate poculum argenteum, variis et ingeniosis Emblematis et huius Academiae Mecaenatum effigibus, affabre et eleganter, Artificis industria singulari, elaboratum et auro splendide hinc inde ornatum, per virum nobilem, Doctrina et variarum rerum experientia Celeberrimum, Iure Consultum et oratorem incomparabilem Dominum Anthonium Wolff a Tödenwarth, Comitem palatinum Caesareum et eius Celsitudinis Cancellarium dignissimum, in publico hoc convivio, ut huius diei et festivitatis quasi monimentum statueret, Academiae afferri mandavit. Insuper et nummum argenteum secularem singulis Professoribus tradi iussit, sicque tandem poculo hilaritatis primum festivitatis secularis nostrae diem feliciter clausimus. Alterum festivitatis nostrae secularis diem solennem et celebrem fecit promotio Doctoralis 5 virorum in codice sacro et profano versatissimorum, omnique Doctrina et scientia Excellentissimorum, duorum videlicet Theologorum, quorum alter vir admodum

Fol.278 b. Reverendus et celeberrimus Dominus M. Iohannes Diete|ricus, Gissae ac vicinarum partium Superintendens dignissimus, alter vir Admodum Reverendus et clariss. Dominus

M. Meno Hanekenius, Theolog. et linguae S. in hac Academia Professor praestantissimus, Promotore viro admodum Reverendo Clariss. et celeberrimo Domino Iusto Feurbornio, SS. Theologiae Doctore et Professore Primario. Quos vero Themis summis ornabat honoribus, erant vir prudentia et scientia eruditissimus Dominus Ioachimus Opffermann, Hildesheimensis, vir in studio Iuris absolutissimus Dominus Wilhelmus Anthonii, Gissensis, vir legum peritissimus Fridericus Boërius Marpurgensis, quos omnes autoritate et potestate Caesarea impetrata, vir Consultissimus et per universum orbem celebratissimus Dominus Iohannes Goeddeus, I. U. Doctor, Codicis in hac nostra Academia Professor honoratissimus, U. I. Doctores proclamabat, salutabat, et renunciabat. Et ne hic actus suo fraudatus sit splendore, idcirco Illustrissimi ac Celsissimi Principes ac Domini, Dominus Georgius, Dominus Philippus, Hassiae Landtgravii etc. per Legatos suos, virum Nobilem et Consultissimum Dominum Theodoricum Reinkönig, I. U. Doctorem et Dicasterii huius Procancellarium dignissimum, et Iacobum Müllerum Med. Doct. ac Professorem ordinarium, solennia illa, quo principali quoque Autoritate peragantur, ipsorum praesentiam clementissima voluntate sistiterunt. Promotionis actu pro more peracto, iterum convivio laute in curia parato, secundum Iubilaei nostri diem tandem laeti, laetis confictantes discursibus consumpsimus.

Die sequente, iis, qui hactenus in Musarum castris strenue et mascule pugnaverant, diesque noctesque operam suam Artium studiis collocaverant et assiduitatis testimonia Fol.279.a. Facultati Philosophicae disputando, opponendo, respondendo, ac | declamando satis declaraverant, virtutis et laborum praemia distribuebantur, summoque in Facultate Philosophica gradu quatuordecim viri Iuvenes, et Artium et linguarum cognitione excultissimi, a viro Clarissimo et Excellentissimo Domino M. Iohanne Henrico Tonsore, naturalis Philosophiae Professore publ. et Paedagogiarcha, Promotore rite designato, Imperatoria potestate impetrata, ornabantur et Magistri proclamabantur.

Ut vero promotionem Doctoralem Illustrissimus noster Princeps singulari et vere principali amplectabatur favore, ita quoque hunc actum benigno excepit animo et Celsissimam eius praesentiam per virum Consultissimum Dominum Iohan. Richardum Ruppelium I. U. Doct. et Vice Cancellarium Schmalkaldensem repraesentare voluit, quae solennitas, ut actus antecedens, iterum prandio amplo et largo, larga Dei manu parato, etiam feliciter hunc diem finivit.

Tandem quo omnia nostra et facta ad eum a quo duxerunt exordium, reverterentur, iterum quarto Iunii mane signum ad audienda sacra dabatur, ubi (ut ab initio factum) Creatori et Moderatori summo triuni Deo, Patri et Filio cum Spiritu S. nostros laudum hymnos cantavimus, et quod omnia divina sua benedictione et voluntate ita peracta et rata haberi velit, pie flagitavimus, sublatisque ad eum manibus grates diximus. Precibus sic ad Deum fuis et sacris peractis, Clarissimi Domini Professores, sceptris praeceuntibus, demum in Consistorium se receperunt ibique familiaribus confabulationibus amicisque discursibus hunc quoque diem contriverunt, et sic Iubilaeum et solennia illa quae nullus nostrum vidit neque visurus est, iterum, bono cum Deo nostro ex sententia et voto, optimo Fol.279.b. que | exitu conclusimus. Caetera quae a Clarissimis Professoribus perorando et publice

declamando nostrae festivitati seculari splendorem attulerunt, singulari scripto perspicue declarabuntur.

Cum Illustrissimus noster Princeps optimum et de re literaria egregie promeritum illum senem, Dominum Rudolphum Gocclenium seniore, in hac nostra Academia Philosophiae Professorem antehac strenuum et laboriosissimum, iam ob annorum numerum viriumque decrementum ulterius urgere minime iudicaret, eique in otio et pace reliquum vitae tempus absolvendum benigne permetteret, simul ac Ethicus ad Theologicam Facultatem evectus et in huius locum Rhetor suffectus esset, paterna solitudine eius Celsitudo per literas Professores admonuit, ipsisque mandavit, ut ad Logicam et Rhetoricam Professionem idoneos Doctores et personas eligerent ac nominarent. Quocirca hac de re publice in Consistorio die 20. Iunii Professores deliberarunt, Illustrissimoque nostro per literas virum Reverendum Dominum M. Greberum, Ecclesiae Ministrum et Diaconum inferiorem, ad Logicam extraordinarie profitendam, ad oratoriam Professionem subeundam vero virum Doctissimum Theodorum Höpingk I. U. Doctor. commendaverunt.

Decimo Iulii D. Theodorus Höpingk et M. Greberus per rescriptum Principis in ordinem Professorum cooptati sunt, hic ut Logices extraordinarius, ille ut oratoriae ordinarius Professor, qui etiam eo ipso momento homagium consuetum praestiterunt.

Fol.280.a. Die 11. Oct. Cum Illustrissimi Principes ac Domini Dominus Wilhelmus, Dominus Georgius, Hassiae Landtgravii etc. singulari Dei providentia die 24. Septembris Darmstadi inter caeteros pacificationis et transactionis articulos, de bonorum Academicorum aequa partitione decrevissent, literis ad Academiam missis, ut omnia mature recte curemus, nobis mandatum fuit, de quibus praedicto die et 13. Octobr. in Consistorio deliberatum fuit.

Die 27. Oct. Sic Illustrissimo mandante, quomodo expensae Promotionum contrahi possint, consultavimus, tandemque 10. Novemb. universum hoc negotium penitus pensavimus et quibus sumptibus parcere possimus, ad Aulam rescripsimus.

Die 6. Decembr. Illustrissimi nostri Principis hoc in loco congregati Subdelegati, a Professoribus rationem et quomodo bona Academica absque damno et detrimento bipartiri et separari possint, petiverunt. Verum quia nos Illustrissimi mens et intentio latebat, universam moderationem Dominis subdelegatis reliquimus.

Die 14. Decemb. confirmata, sigillata*) et subscripta fuit illa inter Illustrissimos Hassiae Principes et Dominos, Dominum Wilhelmum et Dominum Georgium etc. pacificatio et transactio haereditaria a Praelatis, Nobilibus et civitatibus, simulque tributum subditis Hassiae superioris impositum fuit, a quo tamen Professores et Academici immunes permanserunt.

Fol.280.b. Die 16. Decemb. Cum iam dimidium reddituum Academicarum Cassellanis traditum esset, Illustrissimus noster Princeps Rectorem, Ampliss. Dominum Vice Cancellarium, Doctorem Vulteum, Doctorem Feurbornium et M. Tonsorem, Paedagogiarum ad se

*) *Scriptum est per errorem sigilla. Rerum, de quibus agitur, accuratior h. l. non expectabitur narratio; satis habemus ea in memoriam revocare quae aliunde de contentionibus ad successionem Marpurgensem pertinentibus nota sunt. Paucis demum annis post publice emissus est liber qui inscribitur: Hauptvertrag wie solcher zwischen H. Wilhelm und H. Georgen veranlasst . . . und bekräftigt worden. Marpurg. 1633. 4.*

venire iussit ac nobis praesentibus per Cancellarium indicari mandavit, quemadmodum administrationem Academicam illam communem multa incommoda in transactione super articulo de Academia disuaserint et communionem negarint, proptereaque eius Celsitudinem, hoc quod prius attigimus, remedium invenire coactum fuisse, non tamen eam ob causam hisce bonis, quibus eius Celsitudinis Proavus Illustrissimus caeterique Principes et Nutricii benignissimi, Academiam nostram munificentissime dotarunt, illam privatum iri, sed potius Celsitudinem eius aliunde abunde illud refundere et quam primum resarcire secum habere constitutum, et ne ob praefecturas a Fisco nostro separatas Professorum salaria rarius solverentur, ideo eius Celsitudo 5000 f. reddituum de 100000 f. pecuniae foenoriae Schmalkaldensis de anno 1628 Oecono nostro numerari Clementissime promisit.

Hisce rebus gestis annuus hic Magistratus bonis avibus et felicissimo exitu tandem ad finem est perductus et primus huius Scholae Celeberrimae centenarius periodum suam absolvit. O Deus omnipotens, Pater et Filius cum Spiritu S., tuere quoque imposterum, et adversus Satanae insidias et insultus hanc tuam officinam defende, largire ut in hac educantur, qui te triunum Verum Deum colunt et adorant, qui tuum purum et syncerum Verbum incorrupte docent et discunt. pelle longe abhinc densas et caliginosas errorum tenebras haereticorumque periculosas Machinationes, illumina corda nostra ut te Deum in Trinitate unum, in unitate trinum, sicut et nunc, ita in omnem posteritatem glorificemus, adoremus, veneremur.

Actum XXXI Decembris

Anno M.DCXXVII.

Iacobus Müllerus D.

Fol.281.a.
et b. vac.
Fol.282.a.

(1628.)

ACTA ACADEMICA

Anno a nato Iesu Christo Redemptore nostro

M DC XXIIIX.

CUM DEO

Quum ad finem decurreret annus millesimus sexcentus vicesimus septimus, Rector Academiae Iacobus Müllerus Medicinae D. eiusdemque et Mathematicum Professor, publico Professorum conventu in Consistorio die 29. Decembris instituto, quaestionem de novo Rectore eligendo proposuit, et quia studiorum gratia in Academia tum temporis commorabantur Illustrissimi Principes ac Domini, Dominus Henricus et Dominus Fridericus Hassiae Landgravii, quorum natu maior Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus Henricus anno praeterito vicesimo sexto Rectoralem dignitatem sustinuerat, communibus suffragiis conclusum fuit, ut honores Rectorales fratri natu minori Illustrissimo Principi ac Domino Domino FRIDERICO*) deferrentur. Quod Senatus Academici decretum, accedente Illustrissimi et Celsissimi Principis ac Domini, Domini GEORGH Hassiae Landgravii consensu, Illustrissimae eius Celsitudini Rector Academiae D. Iacobus Müllerus significavit, et ut oblatos

*) Hic est ille princeps Darmstadinus, qui a. 1636 in Italia ad ecclesiam Romanam transit, et a. 1670 episcopus Vratislaviensis electus, a. 1682 mortuus est.

Magistratus Academici honores clementer in se suscipere non dedignaretur, publico Academiae nomine et ore humiliter exoravit. Calendis igitur Ianuariis dato circiter horam duodecimam signo Rector et Professores singuli in Consistorio conveniebant, ubi collecto pro more per Rectorem et Facultatis artium Decanum votis ProRector communibus suffragiis electus est IOHANNES HENRICVS TONSOR, Philosophiae naturalis Professor et Paedagogiarcha.

Decani: in Theologica Facultate Dominus D. Iohannes Steuberus SS. Theologiae Professor, Stipendiatorum Ephorus, et Aede Teutonica Pastor: in Facultate Iuridica Dominus Fol.282.b. D. Helfricus Ulricus Hunnius, | Pro Cancellarius et Codicis Professor: in Medica Dominus D. Iacobus Müllerus Medicinae et Mathematicum Professor: et denique in Philosophica Facultate Dominus D. Iohannes Kornmann, Philosophiae Moralis Professor et Syndicus.

Electione hac peracta omnes et singuli Professores Illustrissimum Principem Dominum FRIDERICUM designatum Rectorem Magnificentissimum in domo, quae vulgo die Sand Bogten vocatur, Pro-Rectoris sui electionem expectantem adeunt, et Domini Doctoris Iacobi Mülleri ore Pro-Rectorem electum annunciantes ab Illustrissima eius Magnificentia, ut ad publicum renunciationis et proclamationis institutae actum clementer se sistere velit, humiliter petunt. Illustrissimus igitur Princeps gratiis pro honorificentissimo Academiae de se lato iudicio et oblatis dignitatibus per aulae Magistrum Nobilissimum Dominum Georgium Plato Pomeranum solenniter praemissis una cum Fratre Illustrissimo, et Illustri Domino Emmerico Comite in Leyningen rheda vectus comitatu honorificentissimo Nobilium praecedente, subsequentibus vero Dominis Professoribus sequitur. In Auditorium Iuridicum ubi ventum est, omnia more consueto peraguntur; quibus legitime peractis devota ad Deum comprecatione, seria vero ad Studiosos commonefactione nomine Rectoris Magnificentissimi Pro-Rector finem actui huic solenni imposuit.

Sequuntur nomina Studiosorum, qui sub Rectoratu Illustrissimae eius Magnificentiae inscripti sunt.

	Otto Vogel, Salis Ufeniensis Westphalus.	5. Ian.
	Henricus Volstein, Oldenburgicus Frisius.	26.
	Iohannes Rudolphus Hedaman, Cellensis Luneburgicus.	
Fol.283.a.	Iohannes Henricus Arcularius, Waldecus.	29.
	Iohannes Bradt, Rintlensis.	5. Apr.
	Henricus Arndt, Osnaburgensis.	
	Christophorus Wolbekingius, Letza Schavenburgicus.	7. Apr.
	David Plocius, Ascaniensis.	8. Apr.
	Eberhardus Twestrenge, Hamburgensis.	
	Bartholdus Müllerus, Huxariensis.	9. Apr.
	Vitus Pfanfuch, Holtzmindensis.	
	Manchard Bawr Buchbinder.	10. Apr.
	Iacobus Schiller, Noribergensis.	
	Paulus GeorgI, Noribergensis.	
	Ioachim Rotkepl, Palatinus.	

	Tobias Probst, Noribergensis.	
	Iohannes Georgius Merckelbach, Spirensis.	18. Apr.
	Otto Godfrid Merckelbach, Susatensis.	
	Conradus Iungelius, Ostheimianus.	22. Apr.
	Adolph von der Schulenburg, Eq. March.	23.
	Lewin von der Schulenburg, Eq. March.	
	M. Gregorius Tülsnerus, Lipsiensis.	
	Ioachim Schulte, Marchiacus.	
	Johann Christian Wurffschmidt.	26. Apr.
	Marcus Arnoldus, Francofurtensis.	27.
	Godofridus Cramer, Coloniensis.	
Fol.283.b.	Philippus Damphius, Leuna Solmeius.	3. Mai.
	Iohannes Nicolaus Frenzelius, Neoweilnaensis.	6.
	Ericus Ernestus Hildebrandt, Cella Luneburgicus.	8.
	Iohannes von Bardhausen, Dethmoldiensis.	12.
	Iohannes Hartmann Wolff, Lunaeburgicus.	
	Bertholdus Sengelius, Dillenbergensis Nassovicus.	13.
	Balthasar Melbach, Treisensis Hassus.	13. Mai.
	Iohannes Dieckhoff, Bremensis.	
	Philippus Adolphus Pistorius von Nidda.	15.
	Carl Johan Arends, Brunsvicus.	16.
	Iohannes Hemelingius, Bremensis.	17.
	Iohannes Henricus Schaffnicht.	
	Caspar Chemlinus Typographus.	19.
	Iodocus Faber, Schmillinghusio-Waldecus.	20.
	Albertus Otto Zeugerus, Birckenfeldensis.	21.
	Henricus Schwartz, Wertheimensis.	26.
	Bartholomaeus Rudigerus, Wertheimensis.	
	Iohannes Balthasarus Tag, Wertheimensis.	
	Antonius Speirman, Corbacensis.	
	Tobias Nicolai Thilmannus, Nasso-Idstenias.	
	Iohannes Hülseman, Esena Frisius.	27.
	Iohannes Boytin, Stadensis Saxo.	29.
	Sigefridus a Luttichaw, Nob. Misnicus.	
Fol.284.a.	Nicolaus Juncker, Hamburgensis.	29. Mai.
	Daniel Schonejus, Hamburgensis Saxo.	
	Nicolaus Henricus Harmeins, Schawenburgicus.	4. Iun.
	Carolus Faber, Palatino Sponhemicus Hunnus.	10.
	Paulus Witthawer, Coburgensis Francus.	
	Iohannes Sochtorpius, Lippia Westphalus.	

	Andreas Grusemannus, Waldlaubersheimensis Nassovius.	22.
	Cyriacus Balfaben, Bilsteiniensis.	
	Iohannes Wiese, Obtendariensis.	
	Iohannes Cothman, Lemgoviensis.	22. Iun.
	Henricus Wernerus Schefferus, Solitariensis.	14. Iul.
	Engelbertus Grothenius, Westphalus.	8. Aug.
	Stephanus Derenthall, Revalia Livonus.	
	Georgius Wiccardus Augustanus.	9.
	M. Iacobus Schaller, Argentinensis.	16.
	Georgius Eberhard, Fraubreitungsensis.	22.
	Sigismundus Eberhard, Fraubreitungsensis.	
	Iacobus Eberhardus, Caltenortheimensis.	
	Abrahamus Mollus, Aquisgranensis.	23.
	Hubertus Spirmontius Gallus, Iuris Studiosus.	
	Iohannes Moll, Aquisgranensis.	29.
	Marcus Densin, Hamburgensis.	23. Sept.
Fol.284.b.	David Penshorn, Hamburgensis.	
	Ioh. Iacobus Ebell, Gissensis.	
	Guilhelmus Schröderus, Saltungia Bucho.	
	Paulus Haffner, Phorcensis Marchicus.	} die Michaelis.
	Georgius Hermannus, Dessa Anhaltinus.	
	Iohannes Conradus Wichtius, Usingensis.	5. Oct.
	M. Iohann-Conradus Schragmüller, Grunstadianus Vangio.	
	Iohannes Waltman, Erfurtensis.	
	Henricus Schuttius, Dorheimensis Wetteravus.	10.
	Henricus Tiling, Bremensis.	14.
	Iohannes Uffenbachius, Moeno-Francofurtanus.	
	Hermannus Cubachius, Susatensis.	
	Theodorus Benckendorff, Lubeccensis.	17. Oct.
	Cornelius Schmidt, Wordta (?) Alsatus.	
	Iohannes Grave, Lubeccensis.	
	Iohannes Alpinus, Suecus.	18.
	Iohannes Daniel Witgenstein W. W.	22.
	Hermannus Ludovicus Halbwinerius, Gissa Hassus.	
	Iohannes Adolphus Morsamerus Ottovillanus.	23.
	Georgius Schonfeldius, Rosaevallinus Hassus.	26.
	Levin Georg von Jagow, Marchicus.	2. Nov.
	Philippus Sigismundus Beer, Lunaeburgicus.	
	Ludovicus von Schweichfeldt, Brunsuic.	
Fol.285.a.	Bartholomaeus Reichard, Memminga Suecus.	5. Nov.

Laurentius Eccardi, Altenburgo Misnicus.	6.
Albertus Waltersbœff, Lunaeburgensis.	
Anthoſ Günther Prot, Oldenburg.	10.
Christianus Prot, Oldenburg.	
Hermannus Elertus, Lippiacus.	
Iuſtus Vordemannus, Hattend. Schaumb.	13.
Iohannes Alberti, Löbenſteinio Variscus.	
Henricus a Clausbrück, Misnicus.	14.
Theophilus Rebentrost, Ioachimi-Vallensis Bohemus.	29.

Sequuntur Paedagogici a me inſcripti.

Inſcripti ſunt ſeptuaginta, inter quos ſex nobiles :

Fol.285.b.	Rabanus Hilmarus Spiegel a Pickelsheim.	
	Rudolphus Wilhelmus a Raw	} ab Holtzhaufen.
	Iuſtus Raw	
Fol.286.a.	Iohann-Daniel a Dernbach.	
	Iohann-Wolffgangus ab Ulm Giſſenſis.	
	Theodorus Spiegel a Pickelsheim.	

Fol.286.b.

XI. FEBRVARI.

Undecimo Februarii appropinquante hora octava vespertina inter ſuſpiria ad Chriſtum Redemptorem ardentiffima vitam in his terris placide finivit vir Strenuus et Nobiliſſimus Iohannes Burckardus von Guttader Capitanus in hac Marpurgo ſpectatiſſimus.

XXV. FEBRVARI.

Cum hoc tempore rumor pervasiſſet totam civitatem, eſſe Studiosos quosdam veteranos, quos potius helluones et turbones dixeris, qui perſonati iuniores Studiosos invadere, contumeliis eisdem impetere, ab iisdem computationes poſcere et exigere, ſicque exactiones illicitas in eisdem uſurpare in animo haberent, unde etiam factum, ut iuniores quidam metu exactionis iſtius Giſſam | contenderint: viſum fuit Proceribus Academicis programmata publico ſtudioſis ſignificare Magiſtratum viros quosdam robore firmos et apparatu omni inſtructos habiturum, qui hoſce tumultuantes et graſſantes comprehenderent, et in cuſtodiam compingerent, ut in illos deinceps digna relegationis poena cum infamia ſtatueretur. Itaque ut eo magis heluones et turbones iſti a graſſationibus et debacchationibus cavere ſibi diſcerent, inſuper decretum fuit, Relegationem illam typis exſcriptam parentibus vel patronis eorundem transmittere, ut malos mores, quos Leges coercere non poſſunt, arma et remedia haec dura coerceant, quo id effectum fuit, ut non tantum male iſti feriat ab eiusmodi exactionibus, ſed etiam ab omni bacchandi libidine vel conſuetudine abſtinuerint.

XXIIX. FEBRUARI.

Eiuſdem menſis die XXIIX Inſignia et Privilegia Doctoralia in Theologia collata ſunt viro Reverendo et Clariffimo Domino Simoni Leiſring Weiſſenfeldenſi Miſnico Illuſtriſſimae

aulae Darmbstatinae Ecclesiae, Promotore Reverendo et Clarissimo viro Domino Iohanne Steubero, SS. Theologiae D. Ephoro, et in AEdē Teutonica Pastore. In Medicina Insignia Doctoralia collata Viro Clarissimo Domino Iohanni Olpio Salzungensi, Promotore Viro Experientissimo et Clarissimo Domino Nicolao Braun, Medicinae Doctore, eiusdemque Professore.

XXIII. MARTII.

Fol.287.b. Facta erat superiori anno XXVII divisio bonorum Academicorum, qua praefecturae Hassiae Inferioris Illustrissimo Principi ac Domino, Domino WILHELMO Hassiae Landgravio etc. adiudicatae fuerunt, quam bonorum decessionem Illustrissimus et Optimus Princeps ac Dominus | Dominus GEORGIVS Hassiae Landgravius etc. Dominus noster Clementissimus supplere clementer promiserat. Die igitur XXIII. Martii Illustrissima eius Celsitudo Dominum Ludovicum Philippum Fabricium Secretarium ad nos misit, qui postquam multa de gratia Illustrissimi erga Academiam suam praefatus, Academiae literas donatitias tradidit, quibus bona Academica ab eiusdem Celsitudine munificentissime et largissime redintegrata fuerunt: pro qua singulari munificentia et plus quam paterna cura debet Illustrissimae eius Celsitudini Academia haec Marpurgensis indefessas suas ad Deum preces atque vota: imo perpetuam nullisque seculis emorituram gratitudinem.

XXIV. MARTII.

Cum in anno millesimo sexcentesimo vicesimo tertio Rectore Domino D. Iohanne Crocio de editis superiorum annorum rationibus Universitatis Oeonomo Georgio Rehen mota controversia*), et haec ipsa tandem ad Illustrissimos ac Celsissimos Principes ac Dominos, Dominos Ludovicum et Georgium Hassiae Landgravios etc. Dominos nostros Clementissimos devoluta: factum, ut vicesimo quarto Martii, anno MDCXXIIX ad mandatum Illustrissimi nostri Principis in Academiae Marpurgensis Consistorio Dominus Helfricus Gerlach I. U. D. Consiliarius, et ad hunc actum deputatus Commissarius una cum Rectore, accersitisque aliquibus Professoribus conveniret, sinistrumque illud libro Rectoris per nominatum D. Iohannem Crocium de Oeonomo eius rationibus, aliisque insertum iudicium foliis inscriptum deleret, expungeret, ac in perpetuam rei memoriam adiecto inferius Principalis Rescripti tenore Actus [sic]**) Rectoratus inseri iuberet. |

Fol.288.a. Est autem hic:

Ludwig von Gottes Gnaden, Landgraf zu Hessen, Graf zu Katzen Elmbogen, Dieß, Ziegenhain vnd Ribda etc.

Bester vndt Hochgelahrter, Rätthe vndt liebe getrewe: Auff euer vnterthänig relation schreiben vom 3. May Georg Rehens rechnungs streitigkeit besagend, haben wir den sachen gnädig nachgedacht, vndt so viel wir vns dern pro et contra nach vnd nach gehörten discours erinnert, halten wir fast dafür, es möchte das odium religionis viel zum streit geholffen haben, sintemahl es sich in den handlungen selbst ereugnet haben soll, daß man anfangs von Georg Rehen fünfßehen

*) De hac controversia conferantur ea quae ad a. 1623 relata sunt.

**) Verba leviter turbata esse videntur.

tausend, bald sechstausend, ohn lang hernach weniger, vnd schließlich nur eintausend gulden gefordert, ohn angesehen D. Moltherus vnd Licentiat Combach (entfangenen bericht nach,) ettliche Monat alles durchsucht, vndt wo nicht etwas zu ihrem intent befindlich gewesen, dasselbe auffgeschlagen; So hat auch Georg Rehe die berechnete angenommene vndt unterschriebene Register für sich, welche alle Irthumbß zu bezüchtigen, oder dieselbe ohne sonnenclaren beweisthumb umbstoßen vnd vbern hauffen zu werffen, bedenklich. Wir geschweigen, daß Georg Rehens anclägere nichts bewiesen, autore vero non probante reus absoluitur, zumahl hoc casu, da die vorgefallene Münzgebreden in die abschied ausdrücklichen gesetzt gewesen. Ermelter Georg Rehe, (wie vns glaublich anlanget,) soll sich zu nachmahlicher liquidirung alles liquidi vor diesem, da noch Fol.288.b. alles in recenti memoria gewesen, erbotten | haben, ihme aber die nothwendige hiezü gehöriger documenta nicht gefolget werden wollen: Wir geschweigen, daß ettliche sachen, zu dieser entscheidung gehörig, nicht mehr vorhanden, welches D. Crocii process verdächtig machet. In gleichem, daß man die Bögte desmahls, da D. Crocius vnd Combach die sache geführet, noch wol haben können, vnd da man ihrer gleich nicht mächtig gewesen were, weren doch ihr lißerzettel vnd Quittungen schon lengst vbergeben. Aus diesem vnd andern mehr Bedenden schließen wir, daß D. Crocius billich anzuhalten gewesen were, klaren vnd beständigen beweisthumb zu führen, oder aber Georg Rehen vber die einzmals gefaste und acceptierte Register ohnmolestirt vnd ohnverschreit zu lassen. Wie aber dem und damit der Universitet wißentlich nichts begeben, der alte Oeconomus, als ein alter Diener in seinem hohen alter auch nicht hülflos gelassen, vndt die sach auf ein oder den andern weg ohn allen ferner vffschub erlediget werde, do befehlen wir hiemit in gnaden, daß ihr als vnjere hiezü verordnete Commissarii D. Vultejum, D. Goeddeum, D. Braun, M. Goclenium, vndt M. Vioreum nahmhaft befragen sollet, ob sie als alte, vnd zu Marpurg gebliebene Professores (denn dieser streit die andern so fest nicht angehet) an Georg Rehen etwas zu klagen, anforderung an ihm hetten, auch ob mit ihrem rath, wissen vnd bewilligung, die von D. Crocio vorgenommene action angefangen, erklären sie sich mit Ja, so sollt ihr dieselben von newem schleunig, vnd mit benennung aller verzüglichkeit hören, Georg Rehen zur antwort admittiren, die sach zum schluß befördern, vnd vns samt befügung ewers vnterthänigen bedendens, daraus in schriftten referiren, erklären sie sich mit Nein, so soll das vngleich iudicium, so D. Crocius in librum Rectoris von Georg Rehen gesetzt, cassirt, alles bey denen dabevor berechneten vnd unterschriebenen Registern vnd abschieden gänzlich gelassen, vndt darauff Fol.289.a. mit Georg Rehen geschlossen werden, nicht anders noch weniger, denn ob | D. Crocius sein Clag vndt forderung nicht angefangen hette.

Hierauf hat Georg Rehe seine endliche lieferung nach inhalt der subscribirten Register vn Abschied zu thun, vndt würde ihm sein erwerb wiederzugestellt, verlaßen wir vns, daß alles also, vnd zwar vngefeumbt verrichtet werde, vnd bleiben euch gnädig wol gewogen. Datum Darmstadt am 26. Iunii, Anno 1626.

Ludwig V. Z. H.

Den besten vnd Hochgelahrten, vnjeren Praesidentes, Rätthen zu Marpurg, vnd lieben getrewen, Philippz Wilhelm von Bellersheim, vndt Helwerico Gerlac_o dero Rechten Doctori sampt vnd sonders.

XI. MAII.

Compertum est hoc tempore Studiosos maximam partem non tantum gestare bombardas, sed etiam easdem in urbe et extra eandem in hortis displodere et exonerare maximo cum vitae et urbis periculo, quapropter publica sanctione interdictum fuit: Ne quis ex Studiosis, quisquis etiam et cuiatis esset, bombardas tum in urbe et aliis tum extra urbem, et nominatim iis in locis, quae venationi hortisque excolendis sunt destinata, gestaret, disploderet, exoneraretve. Qui contra fecisse deprehendatur, is telum Rectori tradat, et Relegationis poenam sustineat.

Fol.289.b. Quod decretum propter causas gravissimas constitutum fuit, mulier enim in horto id temporis pene telo fuisset icta et traiecta. sunt quoque in urbe passim stabula foeno referta et stramine contexta, in quae si tela ignea inciderent, quis ambigeret praesenti id cum pernicie multorum hominum futurum.

IIX. IUNII.

Octavo Iunii apoplexia correptus obiit vir Clarissimus et Excellentissimus Dominus Rodolphus Goclenius, Logices in hac Academia Professor dum viveret celeberrimus. Eius igitur in locum Facultas Philosophica Dn. M. Casparum Ebelium, Scholae Wormatiensis Rectorem, consentiente toto Senatu Academico Illustrissimo nostro Principi nominavit, qui de nominatione hac clementer acquievit, eius tamen adventus ad intercessionem Senatus Wormatiensis in proximum annum dilatus fuit.

Commissa quidem erat ad tempus Professio Logica Viro Reverendo Domino M. Conrado Grebero Ecclesiae huius Hypo-Diacono, quam etiam spartam fidei suae commissam diligenter exornavit. Cum vero animum principaliter studio Theologico designasset, nec mutationem hanc Illustrissimus noster clementer ferret, ipso clementer dimisso in locum suffectus praenominatus Dn. M. Casparus Ebelius.

XII. IUNII.

Fol.290.a. Die undecima Iunii, quae erat dies Iovis, solemnitas quatuor I. U. Doctorum renunciatio promotore Consultissimo Viro Domino Anthonio Nesenio I. U. D. et Professore Pandectarum ordinatio etc. facta est. I. Iohannis Christiani Schereri Consiliarii, et Scabinatus Saxo-Coburgici Assessoris. II. Iohannis Georgii Schereri Curiae Provincialis Würtembergici Advocati. III. Nevelini Tilhenii Lemgovia Westphali. IV. Wigandi Dexbach Marpurgensis Hessi, quorum hi sorte locati, illis vero in officiorum, quibus fungebantur honorem primas sua sponte detulerunt | Die tertia Iunii Natalitia Academica celebrata sunt a Clarissimo Viro Domino Theodoro Höpping Eloquentiae Professore de PACE HASSIAE orationem doctam recitante.

XXIII. IUNII.

David Schotten Hennebergicus periculose vulneraverat civem quendam, cuius rei gratia arresto data fidei dextra adstrictus, quo posthabito clam sibi fuga consuluit. Citatus ergo nomine Academiae, et terminus menstruus ipsi ad transigendas causas suas praefixus est. Ast cum per supplicationem termini istius prorogationem peteret, intercedente pro ipso Consistorio vel Dicasterio Hennebergensi Consistorium decrevit remissionem

poenae ob violationem Arresti, ut tamen se prima quaque die sisteret, et cum Adversario causam transigeret denuo ipsi imperavit.

Ultima Augusti Wolfgangus Loriseca in memoriam Rodolphi Goclenii Praeceptoris cum adhuc viveret, optime de se meriti orationem elegantem, in qua Goclenii cum PANE comparatio instituebatur, recitavit.

XI. OCTOBRIS.

Undecima Octobris, quae erat dies Veneris, Sabina Catharina viri Nobilis et Consultissimi Domini Christiani von Siebenthal Consilarii et Assessoris Dicasterii huius filia catharro suffocativo periit.

XXII. NOVEMBRIS.

Nicolaus Hampelius hoc ipso tempore Pezelii Mellificium Historicum recudere coeperat, cuius rei indicium certum cum ad Pro-Rectorem deferretur, in Consistorio decretum fuit, librum ob multa in Religionem Augustanam impia esse confiscandum, totumque negotium Fol.290.b. ad Illustrissimum nostrum deferendum. | Princeps re deliberata cum suis libri confiscationem ratam iussit, utque a tertia libri huius parte tum recudenda, tum alibi dividenda Hampelius in totum abstineret, serio mandavit. Quod Illustrissimi nostri mandatum Hampelio in pleno Consistorio Pro-Rector significavit cum adhortatione seria, ut huius Principis mandato pareret, nec librum vel ipse recuderet, vel alio in loco recudendum curaret, cui mandato Hampelius sese humiliter submitit, eique obtemperatum in omnibus data dextra sancte promisit.

XI. DECEMBRIS.

Undecima Decembris promotio Magistrorum XIV. in solempni panegyri Academica peracta est, promotore M. Iohann-Henrico Tonsore, Physices Professore et Paedagogiarcha. Nomina illorum sunt haec:

Martinus Otto Francus Rhora Hennebergicus.
 Iohannes Schürpfleisch Palaeopolitanus Waldeccus.
 Bernhardus Waldschmidt Moeno-Francofurtanus.
 Christophorus Tonsor Alsfeldianus Hassus.
 Wilhelmus Appel Assenheimia Wedderavus.
 Petrus Heuserus Nidder-Weissellanus.
 Gerhardus Monachus Francofurtanus.
 Andreas Seumius Brauerschweinensis Hesus.
 Philippus Vigelius Lindanus Hesus.
 Iohannes Fliccius Crombergensis.
 Iohannes Georgius Mylius Tautphensis.
 Henricus Orthius Lohrensis.
 Nicolaus Volhardus Triburiensis.
 Henricus Gibelius Marpurgensis.

SOLI DEO SIT GLORIA.

Iohannes Henricus Tonsor
 Philosophiae Naturalis
 Professor et Paedagogiarcha.

His finiuntur quae tertio albi Marpurgensis volumini, quod in tabulario universitatis nostrae repositum est, inscripta sunt. Insequuntur quinque folia vacua, quae cum ad novi anni album recipiendum apte adhiberi non possent, ab eo anno novum inceptum est volumen. Quod cum ad solam academiam Darmstadinam pertineret, quae primis quatuor annis vetere albo usa est, postea Gissam migravit, ubi in manuscriptis bibliothecae academicae exstare matriculam Marpurgensem ab a. 1629 ad a. 1636 certo testimonio accepimus. Simul inde ab a. 1628 post pacem restitutam fundamenta novae academiae Cassellanae poni coepta sunt.

Sic opus, quod a. 1872 inceperamus, per complures annos protractum eadem faustissima editionis occasione identidem oblata, exitum felicem habuit.



224 22/28 132 Luj. 2 Zähl.
5.20 0.40 5.60

224 22/28 132 Lij. 2 Jull. 5,20 0,40 5,60

